



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino  
Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus VI. De Sacramento Matrimonij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. CXX.

An Concionatores predicantes, in peccato mortali peccent mortaliter, etiam si peccatum sit occultum? Et quid, si publicum sit peccatum? Idem quod dictum est de Concionatore dicendum est de Lectore Sacre Theologiae, & Sacrae Scripturae? Ex part. 3. tit. 4. Ref. 196. alias 197.

Quoad hoc in tom. 7. tit. 4. Ref. 28. & cursum in alio vers. eius primz annot.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent D. Thom. in 4. sent. dist. 19. quest. 2. art. 2. num. 2. ad 4. Paludanus in 4. dist. 19. quest. 3. art. 3. Caietan. in 2. 2. quest. 187. art. 3. Nauar. in manuali, cap. 21. num. 141. Angelus verb. predicator, num. 7. & alij, asserentes esse peccatum mortale predicare in peccato mortali, non solum publico, sed etiam occulto, non habita prius contritione. 2. Sed tu contrariam sententiam tene cum Soto in 4. dist. 2. quest. 5. art. 6. Suarez in 3. part. 10. 3. dist. 16.

Yell. 3. Valent. tom. 4. dist. 3. quest. 5. punct. 3. Cabrera de Sacram. quest. 64. art. 6. d. ff. 1. §. 7. num. 67. Dicendum est igitur, non esse peccatum mortale predicare in peccato mortali occulto; sed tantum in peccato mortali publico; quia actus predicandi ex sua natura, neque est consecratus, ut adus Sacramentorum, cum gratiam ex opere operato non conferat, ut conferunt Sacramenta; neque est conlocutus ex aliqua institutione Ecclesiae, neque conlocutus deponitur iure diuino, vel positio humano, cum & Propheta in lege veteri predicauerit, & in nouo Testamento multi nondum factis Ordinibus initiati predicare soleant. Ergo, &c. 3. Idem quod dictum est de Concionatore de etiam de Lectore sacrae Theologiae, & sacrae Scripturae (& in hoc differt a Concionatore) si in peccato publico, dummodo ab sit scandalum, quicquid in contrarium asserant D. Thom. & Palud. ubi supra. Syluest. verb. correctio, quest. 16. Angel. verb. correctio, num. 4. & verb. predicare, num. 7. sed nostram sententiam docent Cabrera, & Suarez loco citati, & alij.



TRACTATUS SEXTVS De Sacramento Matrimonij.

RESOLVTIO PRIMA.

An maior usus rationis requiratur ad contrahenda sponsalia, quam ad peccatum mortale? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 272. alias 273.

Sup. hoc infra in Ref. 5. Sed hic.

§. 1. AFFIRMATIVE' respondet Bonacina de matr. quest. 1. punct. 4. n. 4. & alij penes ipsum; quia ad peccatum mortale sufficit consensus, & aduertentia mali praesentis; ad sponsalia vero requiritur cognitio futurorum. 2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Basilio Pontio de matrim. lib. 4. cap. 1. vbi sic asserit. Ea deliberatio, siue ea libertas cum ea consideratione necessaria est ad contractum matrimonij, & ad sponsalia, quae necessaria est ad peccatum mortale. Ita ille, & ante illum Sanchez tom. 1. lib. 1. dist. 16. num. 16. Et ratio est, quia si ea futurorum prouidentia, quam postulat Bonacina, & alij, desideraretur in contrahendis sponsalibus, incaute à iure praescriptum esset tempus septem annorum, ut incaute sponsalia, quod decernitur in l. sponsalib. 2. ff. de sponsalib. & in c. literis, c. accessit, c. ad dissoluenandum, de despons. impub. Deinde si is usus rationis, qui in septennio communiter adest, sufficit ad obligandum pro voto solemniter facti, & pro voto Religionis, quae est obligatio status perpetui. Ergo maiori ratione sufficit ad contrahenda sponsalia. Vide Fernandez in exam. Theol. mor. part. 3. c. 17. §. 1. n. 6. Coninch de Sacram. dist. 21. dub. 5. num. 49. & alios.

septennium completum? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 274. alias 275.

§. 1. DIXIMUS in superiori resolutione valde aliter de hi sponsalia. Nunc videndum est an contrahantur licite. Affirmant Syluius in 3. part. q. 43. art. 1. Rebelius part. 2. lib. 4. quest. 5. n. 4. Bonacina de matrim. quest. 1. punct. 4. num. 6. Henriquez lib. 11. cap. 11. n. 17. & alij; & ratio desumitur ex praecipio posito in cap. 2. de despons. impuberum. vbi sic habetur. Districte ius inhibemus, ne aliqui, quorum verusque, vel alter ad aetatem Canonibus determinatam non peruenerint, coniungantur, nisi forte aliqua urgentissima causa necessitate interueniente, in ipso pro bono pacis talis coniunctio tolleretur. 2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, & quoad pueros pater nullum esse peccatum, nam vt asserit Pontius de matrim. lib. 12. cap. 5. n. 2. si malitia supplet aetatem, illa sponsalia valent, si non supplet, nihil agunt, neque iniuriam inferunt alicui sacramento; ergo nullo modo peccant. Et hoc vltimum probat etiam neque parentes peccare, quia cum sponsalia non sint Sacramentum, nec Sacramentum, nec alicui alteri efficitur iniuria, cum nec illis sponsalibus non oriatur obligatio, saltem respectu illius, qui doli capax non est, nec aliquid illicitum permittitur. Ergo, &c. Et ita haec sententiam docet Coninch. de Sacramen. dist. 21. dub. 5. conch. 2. num. 53. Villalobos in summa tom. 1. dist. 1. 2. dist. 4. num. 7. Filliucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 7. n. 219. Sanchez tom. 1. lib. 1. dist. 17. num. 4. Gatticrez de matrim. cap. 2. num. 14. & nouissime Barboia in collat. tom. 2. lib. 4. tit. 2. cap. 2. num. 4. qui omnes respondent ad ca. 2. Nicolai Pontificis de despons. impuberum. Sed mihi magis placet responsio noua, quam adducit Pontius ubi supra, qui intelligit textum de coniunctione, hoc est, habitatione in eadem domo. Vel dicendum est ante Clementem III. valuisse matrimonium de

RESOL. II.

An sit peccatum mortale contrahere sponsalia ante

de presenti inter impuberes, quæ erant veluti conditionalia matrimonia. Nicolaus autem, qui multis annis præcessit Clementem III. ea prohibuit, nisi magni alicuius diffidij vitandi causa fierent, atque ius istud in dicit. cap. 2. non corrigat alia iura, quæ matrimonium de presenti inter impuberes relatuunt in sponsalia, cum sit antiquius, sed statuit ne ralis contractus de presenti inter impuberes fiat, nisi ex magna causa, quem contractum de presenti inter impuberes posteriora iura Clementis, Lucij, & Innocentij III. vim tantum sponsalium re ipsa habere vel declararunt, vel denovo statuerunt. Ita Pontius.

RESOL. III.

An septennium requisitum ad contrahendum sponsalia esse debeat omnino completum? Et quid, si duo, tres, octo, vel decem dies ad completum septennium desint? Et an in foro conscientie valida sint sponsalia, etiam multo ante septennium contracta, si malitia suppleat ætatem? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 273. alias 274.

Sup. conten- to in hoc, & seq. §. in Ref. seq. per totam, & supra in tr. 3. ex doctrina Ref. 203. §. vi. ad me- diam. §. 1. AD hanc questionem affirmatiue respon- det Coninch de Sacra. disp. 21. dub. 5. n. 51. quia sicut quando iura alicui rei præscribunt cer- tum pretium, hoc consistit omnino in iudicabili, ita etiam quando alicui actioni præscribunt certam ætatem agentis; quia ideo certum pretium, ac æta- tem agentis præscribunt, ne quisquam suo iudicio possit ea mutare; sufficeret tamen inchoatum esse vltimum diem anni septimi, quia eodem modo re- quiritur ætas septem annorum ad sponsalia, sicut re- quiritur in maribus ætas quatuordecim annorum ad condendum testamentum, sed in fauorem testamen- ti, ad hoc sufficit inchoasse vltimum diem anni 14. vt patet in l. qua ætate ff. de testam. & qui testamta, &c. Ergo idem sufficit in sponsalibus, quæ non sunt minus fauorabilia; Ita Coninch, & hanc sententiam docet etiam Pontius de matrim. lib. 12. cap. 5. num. 3. Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 16. num. 4. & alij. Hæc opinio est probabilis.

Sup. hoc plus in Ref. 1. not. primæ huius Ref. in eius §. vi. 2. Sed ego contrariam probabilem etiam esse existimo, quæ asserit sufficere septennium moraliter esse completum, vt si ait. Guttierrez de matrim. c. 22. num. 6. duo, vel tres dies, deficerent. Sed plus addit Rebellius part. 2. lib. 4. quæst. 5. concl. 2. num. 2. qui citat Sotum, Victoriam, Veracruz, Syluestrum, D. Antoninum, & D. Thomam, nempe valida esse spon- salia, etiam si octo, vel decem dies ad completum septennium desint.

Sup. hoc late infra in Ref. 5. 3. Et hæc omnia intelliguntur in foro externo, & quando non constat malitiam supplere ætatem, nam in foro conscientie valida erunt sponsalia etiam multo ante septennium contracta, si malitia suppleat ætatem, cum eam sufficiens vsus rationis præuenierit. Et ita ex multis docet Rebellius, & Pontius locis citatis, quidquid in contrarium asserat Richardus in 4. dist. 27. art. 3. q. 1. Durandus q. 3. art. 2. & Argenti- na art. 4. existimantes septennium ita esse requisitum, vt si vterque sponsus, vel alter sit minor se- ptennio, irrita sint ipso iure sponsalia.

RESOL. IV.

An sufficiat ad valide contrahendum sponsalia diem vltimum septennij inceptum esse? Et asseritur, quod ad valorem sponsalium non requiri-

tur ætas mathematicè completa, vnde septennium non physicum, sed morale requiritur? Et an ob defectum duorum, vel trium dierum, aut vnus hebdomadæ, vel dimidij anni defectus impedimen- tum non sit, quin septennium completum esse dicatur? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 65.

§. 1. Negatiue respondet Gaspar Hurtado de ma- trimon. disp. 1. difficul. 14. num. 59. Cas- trus Palaus tom. 5. d. sp. 1. punct. 6. num. 6. vbi pro- bar, diem inceptum non sufficere; sed necessariò completum esse debere: quia vsquequò completum sit, non integer dies, & consequenter neque integer, & completus mensis, qui ex integris, & completis diebus coalescit. Deinde, quia, quoties tempus est à iure determinatum, currit de momento ad momen- tum, argum. leg. 3. §. Minorem ff. de minorib. & ibi Glossa, & Doctores. l. Pater. §. Sexaginta ff. de adulte- riis. & ibi Bart. l. Eos. §. Sin autem, C. de appellacionib. & ibi Baldus leg. 2. §. Dies ff. quando appellandum sit, & ibi Glossa. Et probari potest ex bimestri concessò ad deliberandum de Religionis ingre-ssu, cap. Ex publico, de conversione canig. & ex ætate ad Professio- nem requisita, cap. 15. sess. 25. de Regularibus, in quibus dies inceptus non habetur pro completo, vt probat Thomas Sanchez lib. 2. d. sp. 24. num. 22. ergo idem est dicendum in septennio pro sponsalibus requisito: Neque obstat textus in l. Qua ætate, quia ibi est specialis dispositio, quæ ad alios casus extendi non debet, præcipue cum non sit eadem ratio: quippe testamentum testatori fauorabile est, & nullatenus onerosum. At sponsalia, sicut & Religionis Profes- sio, partim fauorabilia sunt contrahentibus, partim onerosa: merito ergo in testamento dies inceptus pro completo reputatur; secus in sponsalibus, & Religionis Professione.

2. Sed affirmatiue sententiæ adheret Pontius lib. 12. cap. 5. num. 5. Coninch disp. 21. dub. 5. num. 51. Guttierrez cap. 2. nu. 5. Et ratio est: quia non minus fauorabile est matrimonium; quàm testamentum: sed ad testamentum vltima dies incepta censetur præ completa, vt statuitur l. Qua ætate cit. ergo. Et ita hanc sententiam tenet etiam Texeda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. num. 57. & Pater Perez de matrim. disp. 5. sect. 5. num. 6. Fateor tamen senten- tiam Hurtadi facis probabilem esse; licet ipse im- merito affirmatiuam fallam vocet.

3. Adde, vt alibi adnotauimus, non desse Docto- res asserentes, quod ad valorem sponsalium non re- quiritur ætas mathematicè completa: vnde septen- nium non physicum, sed morale requiritur. Quorum autem dierum defectus morale complementum impedi- at, non conueniunt Doctores. Nam Ioan. And- reas cap. Litteras, num. 2. de sponsal. impuber. Hen- riquez cap. Accessit, eodem nu. 3. & Vega lib. 6. Summ. casu 101. asserunt, ob defectum duorum, vel trium dierum, non impediri. Eman. Rodriguez i. tit. Sum. cap. 244. num. 2. conset neque vnus hebdomadæ defectum. Sorus vero in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 2. ad 3. Viuald. Candelab. 1. part. de sponsalibus cap. 2. num. 15. rem amplius extendunt: Quinimò Guttiet- rez dicto cap. 2. num. 8. audet affirmare, dimidij anni defectum impedimentum non esse, quin septen- nium completum esse dicatur; vt sponsalia valida sint, & præsumantur.

RESOL. V.

An sponsalia valida sint, si vsus rationis ante septen- nium in contrahentibus reperitur? Et an ad sponsalia valide contrahenda sufficiat ratio-

Sup. hoc in Ref. præteri- ta §. 2. & in alio §. eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. præteri- ta §. 1. post medium.

Alibi in Ref. præteri- ta, & etiam pro omni con- tento in hoc §. ibidem §. 2.

*nis usus, qui ad lethale peccatum sufficit?*  
 Et notatur sponsalia ob defectum aetatis, vel usum rationis nulla posse postea fieri valida, si post legitimam aetatem, & usum rationis expressè, vel tacitè ratificentur à sponsis, modo sponsi sciant à se ipsis antea initia sponsalia fuisse inualida?  
 Quod si nesciant sponsalia fuisse inualida, non fient valida per ratificationem simul habitando, vel sibi officula tanquam sponsis impingendo, vel mittendo munera, &c. sed debent consentire de nouo? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 63.

Sup. hoc supra in Ref. 3. eundem in §. ult.

§. 1. **N**egatiuè respondent Hurtadus de matrimonio, disp. 2. diff. 14. n. 61. Castrus Palaus tom. 5. disp. 1. punct. 6. num. 8. & Pater Vasquez interrogatus de hac sententia. Et ratio est: quia aliàs dispositio iuris, praescribens septennium, esset frustratoria: quia ex vna parte, quando est usus rationis perfectus ante septennium, valèdè fiunt sponsalia secundum aduersarios: & ex altera, quando non est talis usus rationis, etiam post septennium completum, non fiunt valèdè: ergo ad nihil deseruit dicta dispositio, quam si malitia supplet aetatem, sponsalia eodem modo fiunt, aut non fiunt valèdè, siue ea dispositio extet, siue non extet. Ratio autem à priori est: quia quamuis pro matrimonio iure ipso fiat exceptio malitiae suppletis aetatem, non tamen pro sponsalibus: ergo absque iure, simò contra ius ipsum absolute absque exceptione requiritur septennium ad valorem sponsalium, admittitur dicta exceptio, quae non fuit facta à iure: quia frustra fuisset facta dicta praescriptio aetatis pro sponsalibus, quae non fit frustra in matrimonio: quia malitia supplet aetatem in matrimonio, non tantum est usus rationis perfectus, vt est in sponsalibus; sed etiam potentia ad generandum expedita, quae non solet esse expedita ante aetatem requisitam pro matrimonio; ac proinde si ante eam est usus rationis perfectus, & potentia expedita, valèdè fiet matrimonium, & post eam etiam valèdè fit, si usus sit rationis perfectus, quamuis non sit potentia ad generandum expedita.

2. Sed, his non obstantibus, communiter affirmatiuè sententia adherent Doct. res, quos citat Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 16. num. 9, quibus adde Corninch disp. 21. dub. 5. num. 51. Poncius lib. 12. cap. 5. num. 5. Rebellius lib. 4. quaest. 5. & alij. Et ratio est: quia septennium praescribitur, quia ante illud tempus usus rationis perfectus non praesumitur. Si ergo de usu rationis praesumptio fuerit, vel potius certitudo, cessat finis legis, & consequenter illius dispositio. Et forte ob hanc causam dixit Iuriconsultus in leg. In sponsalibus, l. 1. ff. de sponsalibus. ad sponsalia satis esse, quòd sponsi, quid agant, intelligant. Et confirmatur exemplo matrimonij, pro quo contrahendo, esto, à iure requisitus sit in foemina duodecimis annis completis, & in viris quatuordecimis. At si malitia, hoc est, potentia generandi, & discretio ante illam aetatem alicui adueniat, validum matrimonium contrahet, cap. De illis, el. 2. de desponsat. impuber. quia in eo cessat ratio, ob quam illa etas 12. & 14. annorum praescripta est: at eodem modo cessat in habente ante septennium perfectum usum rationis. Ergo sponsalia ab eo contracta valida esse debent.

Sup. hoc supra in Resol. 1.

3. Sed hic rectè queritur, an ad sponsalia valèdè contrahenda sufficiat rationis usus, qui ad lethale peccatum sufficit. Negat Henriquez lib. 11. cap. 13. n. 9. Rebellius 2. part. lib. 4. quaest. 5. n. 1. Bonacina qu. 1. punct. 4. n. 4. Quia ad peccatum mortale sufficit consensus, & aduertentia mali praesentis: ad sponsalia verò requiritur cognitio futurorum, cum sponsalia sint promissio futuri matrimonij. At maior requiritur usus

rationis ad prouidentiam futurorum, quàm ad consentium alicuius actus praesentis. Certum affirmatiua sententia tenenda est, quam tuetur cum Sanchez, & Meracio P. Perez de mai. disp. 5. §. 6. n. 4. quia usus rationis ad culpam lethalem sufficiens satis est ad obligandum te Deo per votum simplex Religio: ergo & ad quidpiam homini promittendum: & ad promittendum matrimonium: non enim ad hoc contrahendum sub grauiori peccato obligabitur, quàm ad illud faciendum, quòd Deo mouente nec facilius huius voti relaxationem, quàm promissum matrimonij consequi poterit. Ergo, &c.

4. Nota tamen, sponsalia ob defectum aetatis, vel usus rationis nulla, posse postea fieri valida, si post legitimam aetatem, & usum rationis expressè, vel tacitè ratificentur à sponsis. Quod fit contentendo de nouo, vel simul habitando, vel sibi officula, tanquam sponsis impingendo, vel mittendo munera, quae à sponsis mitti consueuerunt; modo sponsi sciant à se ipsis antea initia sponsalia fuisse inualida. Quòd si nesciant sponsalia fuisse inualida, non fiunt valida per ratificationem: sicut etiam ad ratificandam Professionem, vel votum inualidum, requiritur in ratificante scientia voti facti, vel professionis, & nullitatis eius. Vnde, si quis ex errore, quo patet, priora sponsalia fuisse valida, ea ratificet, quia per se efficit: & pariter si ex dubio de valore eorum ea ratificet, non tenebitur, vbi nouerit fuisse nullas, quia ea ratificatio fuit ex errore, nec praesumenda est voluntas se obligandi absolute, sed solum ex suppositione falsa valoris priorum sponsalium, nisi conuictus voluisse ita se obligare, etiam si sciret priora sponsalia fuisse nulla. Et ita docet Texeda in Teol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 67. & alij communiter.

## RESOL. VI.

An sponsalia metu graui contracta valida sint, si iuramentum accedat, vel iuramentum seruandum sit, nec relaxetur?

Et an tale iuramentum minime obliget, & in non indigeat relaxatione?

Et notatur iuramentum metu extortum non solum confirmare contractus alios inualidos, sed nec etiam obligare, & proinde nulla indigere relaxatione: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 277. alias 278.

§. 1. **A**ffirmatiuè responder Henriquez lib. 11. cap. 9. num. 6. & alij penes Sanchez ubi infra, num. 2. saltem quoad obligationem iuramenti, quia iurans soluere vsuras, tenetur obseruare iuramentum, ex cap. debitorum de iure iur. quamuis iuramentum confirmet contractum. Ergo, &c.

2. Haec sententia, vt ait Aragon. in 2. quaest. 89. art. 7. circa solutionem ad 3. §. sed vltra, est satis probabilis: sed ego contrarium probabilissimum etiam esse puto, quam tuetur Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 21. num. 3. & post illum Barbosa in eod. lib. tom. 2. lib. 4. tit. 2. cap. 11. n. 2. vbi sic ait: Nota quòd sponsalia metu graui contracta non firmantur iuramento, nec ratione illius obligant, aut relaxatione indigent. Sic ille. Igitur dicendum est sponsalia metu contracta esse inualida, nec effici valida accedente iuramento, quia iuramentum metu extortum cum non confirmet contractum, relinquit illum in priuino valore, aut nullitate: quare ex illis nullum oritur publicae honestatis impedimentum. Vnde dicendum est etiam tale iuramentum minime obligare, & ita non indigere relaxatione. Probat hanc opinionem ex cap. ex litteris, de despons. impub. per quam irrita sunt sponsalia metu contracta, & Alexander de Ne-

no *ibi* num. 5. explicat in casu de quo loquitur Summus Pontifex in dicto textu interuenisse iuramentum.

3. Adde quod dum contractus aliquis ob publicam utilitatem prohibetur, si iuramento stabilizatur, iuramentum nullam parit obligationem, nec relaxatione indiget. Sed hoc accidit in casu proposito. Ergo, &c. Vnde patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ; nam contractus vsurarius prohibetur principaliter ad bonum priuatum, non enim interest reipublicæ, siue hic ciuis, siue ille pecuniam per vsuram extortam comparet, sponsalia verò coacta ob publicam utilitatem interdiciuntur.

4. Non relinquam hic tamen adnotare in gratiam Confessorum, esse probabilem illam sententiam, quæ asserit iuramentum metu extortum, non confirmare contractus alios inualidos, sed necetiam obligare, & proinde nulla indigere relaxatione. Et ita docet Sanchez *tom. 1. lib. 4. disp. 20. num. 3. in fin. & disp. 21. num. 5. in fin.* licet ipse contrariam sententiam putet probabiliorē. Vnde stante probabilitate alterius sententiæ, multa iuramenta non obligabunt, si metu extorta sunt, & facta ad confirmandos contractus ipso iure nullos.

## RESOL. VII.

An in sponsalibus sufficiat consensus sicuti?

Et Resolutio huius dubij pendet ex illa questione: an promissionis contractus sine animo se obligandi vero, sed tantum sicuti, obliget promittentem?

Et cursum docetur eum, qui sicuti promisit aliquam ducere, tantum teneri ratione damni illati, si corruptus, non aliter?

Et etiam deducitur, quod qui sicuti promisit, & sub ea spe virginem decepit, teneri implere promissum, etiam si disparis conditionis sit, vel in nobilitate, vel in diuitiis dummodo reuera nullum aliud signum exterius fuerit, quo indicaret dolo promittere? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 104. alias 205.

§. 1. Resolutio huius dubij pendet ex illa questione, an promissionis contractus sine animo se obligandi vero, sed tantum sicuti obliget promittentem; & communiter negatiuè respondent DD. Ita Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 9. num. 5.* & vniuersim de omni pactione docent Angel. *verb. pactum, num. 4.* Syluest. *eodem verb. quest. 4. Armilla ibidem, num. 2.* Taberna *ibid. quest. 2.* & de promissione ad sponsalitia, Veracru *par. 3. speculi, art. 19. post 5. concl. 3.* Corduba *lib. 1. quest. 13. dist. 2.* vbi alios citat, & vniuersè de omni contractu docet Richardus *in 4. dist. 27. art. 1. quest. 2.* Guilielmus de Rubéis *quest. 1. art. 1. Gabriel quest. 1. art. 1. notab. 3.* Docent igitur eum, qui sicuti promisit aliquam ducere, tantum teneri ratione damni illati, si corruptus, non aliter. Vide etiam Molinam *de iust. tom. 4. disp. 352.* Et ratio horum omnium est, quia obligatio promissionis prouenit ex lege positua, quam quis sibi imponit. Sed nulla lex obligat, nisi legislator velit ut obliget. Ergo quando quis promittit animo non se obligandi, promissio, quæ est lex priuata, non obligat.

2. Sed aduersus hanc sententiam insurgunt duo lumina ætatis nostræ, Basilius Pontius *de matrim. lib. 2. cap. 4. & lib. 12. cap. 2.* & Gabriel Vasquez *disp. 6. de matrim. cap. 3.* hanc sententiam secutus est etiam Turrianus *in 2. tom. 2. disp. 64. dub. 15.* Probant igitur hi Doctores, quod eo ipso, quod quis profert verba promissionis, & quæ scit esse promissionis, & illi, cui fit promissio, sunt insinuatæ, ex naturali

iure teneri ad seruandam veritatem, cum promissio debeat esse fidelis, itaque qui promittit, non potest sua voluntate, tollere eam naturalem obligationem, & non potest esse voluntas proferendi externa signa promissionis, siue contractus, siue implicito animo se obligandi. Et hæc omnia probat validissimis rationibus Pontius *vbi supra*, quæ etiam procedere in votis demonstrat.

3. Ex quibus patet responsio ad argumentum Sanchez. Nam respondetur obligationem promissionis non oriri ex voluntate promittentis, sed ex naturali iure, quod debet esse coniuncta verbis veritas in futurum, quam non potest auferre à verbis, qui promittit. Vnde infert Pontius eum, qui sicuti promittit, & sub ea spe virginem decepit, teneri implere promissum, etiam si disparis conditionis sit, vel in nobilitate vel in diuitiis, dummodo reuera nullum aliud signum exterius fuerit, quo indicaret cum dolo promitti: disparitas enim illa conditionis non est argumentum sufficiens doli, neque fictionis. Et hæc omnia solidè, vt semper solet, conatur probare. Sed his non obstantibus primam sententiam Sanchez, & aliorum nempe promissionem sicutam non obligare, puto in praxi tutam, & probabilissimam esse, quam nouissimè tenet Villalobos *in sum. 10. tr. 21. dist. 2. num. 1.* Coninch *de Sacram. disp. 21. dub. 2. num. 7.* Molin. *de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 352. num. 4.* Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 2. num. 10.* & alij.

Sup. hoc inf. in Ref. 148. §. vlt. & Ref. 149. & 150. & etiam Ref. 151.

## RESOL. VIII.

An si in sponsalibus sicuti iuramentum apponatur notum tamen animo se obligandi, oriatur obligatio præstandi, quod promissum est?

Et an ex hoc non oriatur obligatio iustitiæ erga partem, vel per talem promissionem non inducatur impedimentum publicæ honestatis? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Refol. 33.

§. 1. Affirmatiuè respondet Ioan. Præpositus *in 3. part. D. Thome quest. 9. de sponsal. dub. 4. num. 41.* quia obligatio iuramenti non oritur ex eo, quod aliquis se velit obligare, sed ex eo, quod re ipsa voluntariè Deum assumat in testem rei futuræ, nam reuerentia Deo debita obligat, vt id præstemus, quod sub diuina attestazione nos facturós promissimus, ne alioquin Deum testem falsi accersere censeamur. Igitur quamuis vi promissionis nulla oriatur obligatio erga partem, oritur tamen obligatio religionis erga Deum faciendi id, quod iurauimus, cum res sine peccato fieri possit, & legibus non prohibetur. Ita ille, & ante illum Caietanus *in 2. quest. 19. art. 7. ad 4. Couarr. de pactis, part. 1. §. 5. num. 2.* Sotus *de iust. lib. 7. quest. 1. art. 7. ad 4.* Aragon, *in 2. quest. 89. art. 7.* Henriquez *lib. 1. cap. 13. num. 2. in glossa lit. Z.* & alij. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed contrariam non minus probabilem esse puto, quam cum multis tueretur Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 9. num. 9.* quibus addo Mercetum *in 3. part. D. Thom. quest. 43. de matrim. dub. 1.* non enim Deus acceptat iuramentum nisi secundum hominis intentionem, ex *can. humane aures 22. quest. 5.* Nota tamen quod stando etiam in prima opinione, ex illa non oritur obligatio iustitiæ erga partem, vel per talem promissionem induci impedimentum publicæ honestatis, defectu consensus, quod docet Præpositus *vbi supra* & est valde notandum.

Sup. hoc iud. infra in Ref. 23. §. Verum, & in Ref. 24.

RESOL.

## RESOL. IX.

*An sponsalia impuberum ita firmentur iuramento, ut neutri liceat pubertatem adepti rescilire?  
Et quid maxime in predicto casu parte iniuria? Ex  
part. 3. tr. 4. Ref. 345. alias 346.*

sup. hoc in  
Ref. seq.

§. 1. **N**on posse rescilire mordicus docet Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 51. quæst. 3. n. 22. & adducit cap. ex literis el. 2. de spons. affirmatiuam tamen sententiam tenet Basilius Pontius de matrim. lib. 12. cap. 9. num. 7. vbi sic ait. Quæres quid dicendum sit, si impuberum sponsalia iuramento confirmantur? Nonnulli dicunt rescilire non posse, etiam si ad annos pubertatis peruenerit, docet cum aliis Sanchez. Addit tamen, ut eiusmodi iuramentum confirmet sponsalia, necessarium esse, ut sint proximi pubertati. In quo non loquitur consequenter, sed euerit sententiam quam primò defenderat. Sed mihi longè probabilius videtur, etiam si iuramentum interponatur, adhuc remanere sponsalia impuberum eiusdem rationis, quia iuramentum sequitur naturam obligationis cui adiungitur; sed sponsalia impuberum iure communi dissoluantur, altero eorum reclamante, cum ad pubertatem peruenerit. Ergo idem etiam est quamuis iuramentum accedat. Ut enim dicamus alium effectum habere iuramentum, deberet esse in hoc specialis iuris dispositio, quæ non est. Ita Pontius, qui multas alias rationes adducit aduersus Sanchez. Et hæc opinio videtur mihi satis probabilis, unde impuberes possunt à sponsalibus rescilire post annos pubertatis, licet sponsalia iuramento firmauerint.

2. Nota tamen quòd opinio Sanchez est etiam probabilis, & illam etiam tenet Egidius de Coninch de Sacram. disp. 23. dub. 2. concl. 3. num. 9. vbi sic asserit, Impuberes contrahentes sponsalia, si ea iuramento confirmant, non possunt postea parte iniuria iis renuntiare.

## RESOL. X.

*An impuberes possint rescilire à sponsalibus iuramento firmatis, postquam ad annos pubertatis peruenerint?  
Ex part. 3. tractat. 4. Refol. 287. alias 288.*

sup. hoc in  
Ref. præteri.  
ca.

§. 1. **N**egatiuè respondent communiter Doctores ex cap. ex literis 2. de sponsalibus, contrariam tamen sententiam probabilem esse docet Villalobos in sum. tom. 1. tract. 12. diffi. 12. num. 27. vbi sic ait. [Algunos tienen probablemente, que si los desposorios se confirmaron con juramento, se pueden dissoluer, porque el juramento sigue la naturaleza del acto à que se interpone, como dize la ley fin. C. de non num. pecun. y assi parece que estos desposorios incluyen esta tacita condicion, salvo si llegando à la edad resistiere, assi lo tienen Iuan Andres, y Paludano.] Sic Villalobos, qui tamen negatiuam sententiam tenet, & quidem meritò, si impuberes, quando sponsalia iuramento firmarunt, erant, ut supponimus, doli capaces.

## RESOL. XI.

*An quis puber factus possit statim rescilire à sponsalibus, non expectata alterius pubertate?  
Et notatur factum puberem, si vult, debere statim recla-*

mare, alias si in mora fuerit, censetur tacite sponsalia confirmare, & statim dicitur fieri, quod non erit. dum sit? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 181. alias 182.

§. 1. **E**x neotericis noster Pater Antonius Naldus vir quidem doctus, in summa vtr. sponsalia de sponsalibus impub. & eandem sententiam tenet ibi glossa & Cardinalis num. 2.

2. Sed hæc sententia non est admittenda, & affirmatiuam prorsus tenendam esse puto, quoniam tenent Pontius de matrim. lib. 12. cap. 9. num. 3. Coninch de Sacram. disp. 23. dub. 2. num. 6. Gurtierrez de matrim. cap. 29. num. 2. Barbosa in collect. tom. 2. lib. 1. cap. 7. n. 6. quibus adde Doctores, quos citat Sanchez tract. 1. lib. 1. disp. 51. num. 9. Et ratio est, quia frustra expectatur euentus cuius nullus est effectus, cap. cum contingit, de off. alleg. et ego in primò dictus puber potest altero pubertatem adepti reclamare, poterit etiam statim. Textus vero non est illis, in vers. si verò, loquitur quando is, quoniam potest sponsalium erat impuber, factus puber nunc, at verò in verb. mulier, quando sponsalia tempore puber erant, & reclamare altero impubere existente, qua distinctione posita apparet veritas nostræ sententiæ, & responso ad argumentum Naldi ex dicto cap. de illis.

3. Notandum est verò hic cum Coninch, & Sanchez vbi supra, factum puberem, si vult, debere statim reclamare, aliàs si in moras fuerit, censetur tacite sponsalia confirmare, statim autem dicitur fieri, quod intra triduum fit, ex l. finali, C. de error. aduocat. ff. de l. finali, C. de iudiciis; in foro verò conscientia iuris est cum reclamare ad tollendam obligationem, quæ interius statò tempore dissentit, etiam exterior id eodè exprimat.

## RESOL. XII.

*An in contractu sponsalium valde apponatur pena persolueda ab iniuste resciliente?  
Sed notatur iniuste rescilientem non teneri solvere penam ex pacto rescilienti impostam, si iam firmatus firmetur? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 310. alias 311.*

§. 1. **N**egatiuè communiter respondent Doctores, quos citant, & sequuntur Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 30. & Gurtierrez de matrim. cap. 17. docentes rescilientem etiam iniuste non teneri eam penam solvere. Probant id ex cap. penam 19. de spons. & l. Titia, ff. de verb. obligat. & l. mulier, C. de spons. vbi eiusmodi stipulationes dicuntur non obligare, quia matrimonia debent esse libera.

2. Sed ego puto cum Basilio Pontio de matrim. lib. 12. cap. 19. num. 8. & Coninch vbi infra, in sponsalibus licitè apponi posse penam iniuste rescilienti, tam iure ciuili, quam canonico, ut ipse Pontius reliquissimis rationibus totum hoc probat, ad quem remitto. Verùm propter iura supra citata, & maxime propter comunem ferè Doctorem sententiam hæc probabilis est, ut notat Coninch de Sacram. disp. 23. dub. 5. concl. 2. num. 29. & Layman in Theol. moral. tract. 10. part. 1. cap. 10. num. 8. iniuste rescilientem non teneri solvere penam ex pacto rescilienti impostam, etiam si iuramento firmetur, ut tenet Sanchez disp. 33. num. 21. & alij contra Lessium lib. 2. cap. 17. dub. 7. numer. 56. & Molinam tom. 1. tract. 2. disp. 151. num. 22.

RESOL.

RESOL. XIII.

An sponsa possit resilire à sponsalibus, quando sponsus promittit se ab alia impudice tangi per oscula, & tactus, amplexus, &c?

Et quid, si huiusmodi oscula, & tactus forte essent frequentes?

Et an sponsalia, etiam si iurata sint, dissolvantur, si alter ex contrahentibus fornicationem admisit? Ex part. 3, tr. 4, Ref. 282. alias 283.

§. 1. Notandum est ex cap. quem admodum 23, de iureiurand. si alter ex contrahentibus fornicationem admisit, sponsalia dissolvi, etiam si iurata sint, dissolvuntur tamen in fauorem innocentis, & ideo si innocens adhuc velit contrahere, alter tenetur. Et hoc procedit, etiam si sponsa per vim cognita fuerit, & omnino reuens. His suppositis ex Basilio Pontio de matrim. lib. 12, cap. 17, nu. 3. & aliis communiter, queritur an sicut sponsus potest resilire à sponsalibus, quando sponsa permittit se impudice tangi per oscula, amplexus, &c. an, inquam, hoc sit licitum sponsi, quando sponsus id efficeret. Respondedo negatiue cum Reginaldo tom. 2, lib. 31, cap. 36, num. 262. & Sanchez tom. 1, lib. 1, disp. 55, num. 5. quia id sponsæ non est dedecus, nec est mutatio aliquis momenti, & solum pares sunt ratione mutæ fornicationis ad dissoluenda sponsalia. Verum de hac sententia dubitat Gutierrez de matr. c. 31, n. 1 in fine, & illam limitat Coninch de Sacram. disp. 23, dub. 7, n. 56. & Layman in Theol. mor. lib. 5, tr. 10, p. 1, c. 2, n. 11. nisi forte eiusmodi oscula & tactus essent frequentes ita vt indicarent propensum valde sponsi in alterum animum, vt merito possit timeri, ne ipse minus sit sponsam amaturus, aut fidem ei non seruaturus.

RESOL. XIV.

Femina Nobilis contraxit sponsalia cum Caio, queritur, an possit ea dissolvere propter oscula, & tactus impudicos cum altera?

Et difficultas est, virum liceat virique sponso & sponsalibus resilire, quando vterque fornicationem commisit post sponsalia?

Et notatur cum sponsalia valida sunt, tunc si post cognitionem causam ad dissoluenda sponsalia, quis cognoscit carnaliter sponsam, an tunc ius dissolendi sponsalia?

Idem est, quando viri copulatus matrimonio cum vxore post cognitum eius adulterium eam cognoscit, quod amittit ius petendi diuortium?

Et quid, si supradicta sponsalia erant nulla ipso iure, an per copulam valida fiant, si contingat ipsa copula cum scientia illius defectus, qui erat in sponsalibus?

Et quid, si sponsus ignorat ius resiliendi, & cum ea ignorantia cognoscit sponsam, an censetur sponsalia ratificare?

Et notatur, quod in foro interiori conscientia sponsus non amittit ius resiliendi, si accedat ad sponsam sine animo perseverandi in sponsalibus?

Et an accedens ad sponsam absque animo cedendi proprio iuri, possit resilire à sponsalibus & solum compensare damnum?

Imo non tenetur recompensare damnum illatum, quando accedens protestatur sponsa se ad ipsam accedere cum voluntate non renuncianti iuri resiliendi à prioribus sponsalibus?

Et an que supradicta sunt de fornicatione carnali, locum habeant in spirituali, scilicet in heresi, & maxime quando Hæretici cohabitatio est innocenti periculosa? Ex part. 10, tr. 11, & Misc. 1, Ref. 18.

Tom. 11

§. 1. DE hoc casu interrogatus, probabiliter affirmatiue respondi, mixta auctoritate Caltri Palat, & rationibus ab ipso adductis rom. 5, disp. 1, punct. 25, num. 8. cui adde Leandrum de Sacrament. tom. 2, tr. 9, disput. 2, quest. 37. & Hurtadum disp. 2, difficul. 11, num. 42. & Ochaguiam, tract. 1, de matrim. quest. 23, num. 1. eò quod prædictis osculis, & tactibus fides in sponsalibus data violetur. Quippe contrahentes sponsalia promittunt nedum corpus suum non tradere alteri in matrimonij vsum, sed sibi inuicem reseruare, vt matrimonio contracto, eo vti possint: quam tamen sponsonem admittens oscula, & tactus, violat: ergo illi fides non est necessario seruanda, quia frangenti fidem fides seruanda non est. Præterea, esto ex prædictis osculis & tactibus sponsus, spectata hominum conditione, non reputetur vilior, sicuti reputatur sponsa; at negari non potest, reputari impudicum; & suspicionem non leuem ingerere, sponsam minus esse amaturum, & fidem non seruaturum: quæ videntur sufficere ad sponsalium dissolutionem.

2. Non nego tamen, opinionem negatiuam esse probabiliorē, quam olim ego docui, & tunc nouissimè Pater Perez de matrim. disput. 9, sect. 16, num. 8. & alij, asserentes, hoc procedere, si ex parte Fœminæ oscula, & tactus fuerunt admissi; sedis autem ex parte viri; vt erat in casu nostro: quia ob prædicta oscula, & tactus vilior redditus non est, nec probum est Fœminæ cum illo contrahere. Excipit tamen Coninch, nisi oscula, & tactus ita sint frequentes, vt indicent propensum valde sponsi in alteram animum, & merito timeri possit, quod sponsam non sit amaturus, aut fidem non seruaturus. Idem tenet Layman, lib. 5, tract. 10, part. 1, cap. 2, num. 10.

3. Sed difficultas etiam est, vtrum liceat vtrique sponso à sponsalibus resilire, quando vterque fornicationem commisit post sponsalia? Sanchez lib. 1, disp. 55, num. 10. sequutus Henriquez, lib. 1, de matrim. cap. 14, num. 6. & Coninch disp. 23, dub. 7, num. 65. sentiunt, non fœminam, sed solum virum posse in eo euentu ab sponsalibus resilire. Probant, quia ex parte sponsi in eo casu datur compensatio delicti, non autem respectu sponsæ; quia delicta sunt valde imparia. Hæc sententia est satis probabilis: sed non minus probabilem affirmatiuam esse existimo, quam tenet Palus vbi supra num. 10. & Perez, sect. 16, num. 2. cum Leandro, quest. 34. Ratio est, quia in causa matrimonij vterque sponsus æqualis est: ergo mutua fornicatio compensatur, ita vt delictum vnus compensetur cum delicto alterius. Firmo, quia cum vterque coniux post contractum matrimonium, commisit adulterium; vir adulter non potest mulierem adulteram repudiare, quamuis adulterium vxoris sit grauius adulterio viri, vtpote ignominiosius, & periculosius; ergo similiter nec sponsus potest repudiare, seu dissolvere sponsalia, quando vterque commisit fornicationem post sponsalia; tamen sponsus subeat maiorem ignominiam, ac damnum per fornicationem sponsæ, quam subeat sponsa per fornicationem sponsi.

4. Respondent aduersarij, longè difficiliorē esse separationem tori, quam sponsalium. Sed contra est, quia licet multo facilius soluantur sponsalia, quam matrimonium, quoad torum, sponsalia enim ob quamlibet notabilem mutationem superuenientem dissoluntur; separatio verò tori non ita facile fieri potest: attamen quoad fornicationem æquiparatur in iure, scilicet ex cap. Quem admodum de iureiurando; vt nimirum sicut fornicatio,

Ff

quæ

Sup. hoc in Ref. seq.

Sup. hoc in Ref. not. præterite, §. 2. in fine.

Sup. hoc in Ref. præterita.

Docuit in Ref. not. præterite.

Sup. hoc ibidem in fine.

Sup. hoc in Ref. seq.

quæ matrimonio superuenit, dissoluit ipsum quoad torum; ita ut omnino dirimat sponsalia: ergo sicut fornicatio ex parte vtriusque coniugis compensatur, ita ut neutri liceat separatio tori: ita & fornicatio ex parte vtriusque sponsi. Quod amplius firmatur iuxta sententiam Sanchez, & omnium Doctorum, tenentiam fornicationem solius sponsi sufficere, ut sponsa possit sponsalia dissolvere: ergo vtrique sponsus æqualis est quoad hunc effectum dissolutionis sponsalium: ergo optime poterit dari iusta delicti compensatio vtroque fornicante, ut nemini liceat sponsalia dissolvere, sicut datur ex parte vtriusque coniugis adulterantis compensatio delicti adulterij.

5. Notandum tamen est hic, Primò ad ornatum huius materiæ, quòd, cum sponsalia valida sunt, tunc si post cognitam causam sufficientem ad dissoluenda sponsalia quis cognoscat carnaliter sponsam, amittit ius dissoluendi sponsalia. Patet, quia si vir matrimonio copulatus cum vxore, post cognitum eius adulterium eam cognoscat, amittit ius petendi diuortium; ut docet D. Thomas in 4. disp. 35. quest. vnic. art. 1. in corpore, ut patet ex lege si vxor. 13. in fine, ff. de leg. Iulian de adulteris. Ergo similiter sponsus per talem copulam amittit ius dissoluendi sponsalia, & hoc etiam si habeat voluntatem non remittendi ius suum; quia hæc remissio non fit ab homine, sed à iure; si autem sponsalia ipso iure erant nulla, per copulam valida fiunt, si contingat ipsa copula cum scientia illius defectus, qui fuit in sponsalibus; & cum consensu permanendi in prioribus sponsalibus, cognoscendo esse irrita. Patet, quia iste consensus sufficiens est ad sponsalia de nouo celebranda; cur ergo ea non celebrabit? Quod si ignorat ius resiliendi, & cum ea ignorantia cognoscat sponsam; non censetur sponsalia ratificare; quia ex leg. si per errorem: nihil est magis contrarium consensui; quam error. Ita Ochagavia, tr. 1. de Sacramento matrim. quest. 23. n. 33. & alij. Vnde ego his diebus consului, non potuisse quendam à sponsalibus resiliere; quia post fornicationem sponsæ, illam carnaliter cognouerat.

6. Notandum est tamen hic cum amicissimo, & doctissimo Patre Martino Perez ubi supra sect. 17. num. 6. quod in foro interiori conscientie sponsus non amittit ius resiliendi, si accedat ad sponsam sine animo perseuerandi in sponsalibus. Ita sentit Hurtado, disp. 2. difficult. 16. Et ratio est, quia copula nullo iure continet explicitam, vel implicitam voluntatem renuntiandi proprio iuri; nam potest fieri sine ea voluntate, imò cum expressa voluntate opposita non renuntiandi: ergo accedens absque animo cedendi proprio iuri, poterit resiliere ab sponsalibus; & solum tenebitur recompensare damnum illatum, si alia via, quam ducendo sponsam potest damno illato satisfacere. Imò existimo, non teneri ad compensandum damnum, quando accedens protestatur sponsæ, se ad ipsam accedere cum voluntate non renuntiandi iuri resiliendi à prioribus sponsalibus; quia scienti, & volenti nulla fit iniuria. Dixi in conclusione: in Foro interiori; nam quæ dixi, vera sunt pro foro interno; pro externo verò semper iudicabitur, virum accessisse cum animo renuntiandi proprio iuri.

7. Sed an ea, quæ supradicta sunt de fornicatione carnali, locum habeant in spirituali, scilicet in hæresi; fere omnes Doctores affirmant, uti videre est apud Sanchez disp. 55. num. 3. Gutierrez cap. 31. in fine num. 5. Basilium Ponce, lib. 12. cap. 17. num. 3. Sed hoc intelligendum est, tum quando hæretici cohabitatio est innocenti periculosa: tum quando hoc delictum contingit illis in partibus, in quibus

delinquentem infamem reddit, ut in Hispania, Sicilia, aliisque Catholicis regnis.

## RESOL. XV.

An liceat vtrique sponso à sponsalibus resiliere, quando vterque fornicationem commisit post sponsalia? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 283. alias 284.

§. 1. **N**eutrum posse in tali casu à sponsalibus resiliere, docet Martinus Bonacina de matr. Resol. part. 1. punct. 8. n. 6. & Paludanus in 4. sent. disp. 27. q. 2. art. 3. n. 17. Primò, quia delictum vnius compensatur cum delicto alterius. Secundo, quia quando vtrique coniugis post contractum matrimonium commisit adulterium, vir non potest facere diuortium, quamuis adulterium femine sit grauius adulterio viri. Ergo neque sponsus potest facere diuortium seu dissolvere sponsalia, quamuis sponsus maiorum subeat ignominiam per fornicationem sponsi. Hæc omnia Bonacina, probabiliter quidem.

2. Mihi verò contraria sententia magis placeat, asserens solum virum posse in eo euenire à sponsalibus resiliere. Et ita docet Coninch de Sacram. disp. 27. dub. 7. con. 6. num. 63. Henricus lib. 11. cap. 12. num. 6. Reginald. in prax. tom. 2. lib. 31. cap. 3. 6. n. 16. Gutierrez de matr. cap. 31. n. 4. Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 55. num. 9. quibus nonnullimè addendus est Basilium Ponce de matr. lib. 12. cap. 17. num. 3. & Layman lib. 4. tr. 1. 10. part. 1. cap. 2. num. 12.

3. Nec argumenta Bonacinae sunt satis firma; nam ad primum respondeo, quòd non potest in tali casu dari compensatio, quia delicta sunt valde impari, longè que ignominiosius est sponso talem dicere, quàm sponsæ tali nubere, & ex fornicatione sponsæ longe grauius damnum sponso imminet, propter incertitudinem securitatis prolis. Ad secundum argumentum, quòd vir adulter non potest ratam adulteram repudiare, respondeo, hoc simile non habere locum, quia longe difficilius est separatio voti, quam sponsalium.

## RESOL. XVI.

Verum sponsus possit contrahere matrimonium, quando aliquo occulto vitio laborat, cuius si alter cognoscens esset, possit iuste à sponsalibus resiliere?

Ex quo infertur quædam virginem post sponsalia corruptam potuisse sponsum defictum occulto ignorans cogere matrimonium contrahere, & stare sponsalibus?

Et cursim deducitur, an adulter ex iniuria possit licite exigere debitum à coniuge illius adulterij ignorati? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 286. alias 287.

§. 1. **H**æc quæstio est satis practica, & ego virgo non erat. Ideo assero cum Basilio Ponce de matr. lib. 12. cap. 18. num. 5. & 6. Coninch de Sacram. disp. 23. dub. 12. n. 91. & seq. quòd distinguendum sunt defectus in duplici genere. Primum est eorum defectuum, qui insunt vni ex contrahentibus, sicut cum culpa, aut sine illa, qui reddunt nuptias minus appetibiles, non tamen perniciosas. Vt si mulier, quæ existimatur pulchra, quia absens est sit deformis, & existimatur honesta, non sit virga, sed corrupta, vel vi. vel sponte, quando tamen fuderet in postremum honestè viueret: si enim id non proponeret, iam nuptiæ non solum essent minus appetibiles, sed etiam perniciose.

Sup. hoc cur-  
sim infra in  
Ref. 231. §.  
Sextus, & si  
scire velis  
quid e contra  
in hoc casu  
lege ibi §.  
Sed hic obi-  
ter quæro.

Sup. hoc late  
infra in Re-  
sol. 120.



ciosa; morbus scilicet contagiosus, improbi mores, à quibus desistere non vult; grauis infamia, siue personalis, siue generis, quæ possit honestam familiam deturpare. Si ergo sunt defectus primi generis, dico non teneri contrahentem aperire eos. Nota tamen, quod patienti huiusmodi defectus nullo modo licet, vel dicto, vel facto posituè simulando contrarium, alterum vana spe ad nuptias suas allicere. Dixi posituè simulando, quia tales defectus, maximè quando cum aliqua infamia coniuncti sunt, quis non teneretur manifestare, & ideo etiam interrogatus potest eiusmodi defectus dissimulare. Vnde recens nuptialicitè, & consulto potest vti aliquo artificio, quo impediatur ne vir deprehendat corruptam, imò, et si femina malefaciat promittenti sibi nuptias, concedendo vsuram corporis, tamen aut nullo modo, aut leuiter peccat tali artificio tegendo se esse corruptam, ne alter hoc deprehendens eius nuptias auerteretur; nam in tali casu non proprie se fingit virginem, sed vitium occultat, & etiam si aperte diceret se esse virginem, non credo per hoc præcisè peccaturam mortaliter, nisi esset periculum ne vir postea eam corruptam deprehenderet. Si verò defectus sunt secundi generis modo quo supra dictum est; non licet cum horum ignaro contrahere, nisi similes defectus pateretur. Ex his facile colligitur an is, qui defectum aliquem patitur, possit ignarum eius defectus tenentem implere sponsalia, cogere vt adimpleat. Et quidem si sunt defectus posterioris generis, non potest, etiam si post sponsalia in eos defectus incidit. Et idem dicendum est de patiente defectus primi generis, si dolo induxit illum ad sponsalia contrahenda. At si patiens defectus primi generis non illum induxit ad contrahendum, probabile satis est posse cogere, vt impleat; probabilius tamen videtur non posse illum resiliens cogere. Et hæc omnia desumpta sunt à Pontio, & Coninch *vbi supra*, qui horum omnium rationes adducunt in aliis libris non ita passim obuias.

2. Ex his inferitur, me olim rectè consuluisse contra Villalobos in *summa tom. 5. tract. 12. diff. 14. n. 3.* quendam virginem post sponsalia corruptam potuisse sponsum defectus occulti ignarum cogere matrimonium contrahere, & stare sponsalibus. Nec valet argumentum Villalobos, nempe adulterum ex iustitia non posse exigere debitum à coniuge illius adulterij ignara; nam ego puto adulterum licitè debitum exigere in tali casu, & ita docet Coninch *vbi supra, n. 87.* qui citat Caietanum, vtrumque Sorum, & Henriquez, quidquid cum Villalobos sentiat Nauarrus *cap. 22. n. 23.* Couarruias in *4. decret. part. 1. cap. 7. n. 4.* Atmilla *verb. Adulterium, n. 8. in fine,* & Angelus *ibidem n. 3.* sed tu tene nostram sententiam, quam etiam docet Sanchez *tom. 1. lib. 1. disp. 68. n. 4.*

## RESOL. XVII.

An si sponsa tempore sponsalium pulchra esset, dissoluantur sponsalia, ea facta notabiliter deformi?  
Et an valde magna deformitas debeat esse sponsi, quæ de nouo accidens det sponsi ius resiliendi?  
Idem est de vehemēti suspitione morbi Gallici, & de oris grauelentia. Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 284. alias 285.

§. 1. Notandum est sponsam non teneri contrahere matrimonium, si sponsa oculos, vel oculum, aurem, seu nasum amiserit, vel si morbus contagiosus, paralysis, vel lepra superueniat. Idem dicendum est de vehemēti suspitione morbi Gallici, et si non plenè probetur, & de oris grauelentia. Tom. 11.

lencia, quando immedicabilis est. Et hæc omnia habentur & deducuntur ex *cap. quemadmodum, de iur. iurando.* Hoc supposito, difficultas est de superueniente deformitate. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez *10. lib. 1. disp. 57. n. 4.* quia res non in eodem statu permanet, estque notabilissima mutatio, & talis, qua à principio existente sponsus non contraxisset, & ideo Innocentius in *dicto cap. quemadmodum n. 3.* ait. Dissoluantur sponsalia, quando notabilis deformitas superuenit, quia non manet res in eodem statu, cum non sit femina apta facere id propter quod ducitur, scilicet tollere viro fornicandi occasionem, quia ad eam tam deformem accedere non valet. Ita Innocentius, & Sanchez.

2. Sed aduersus illud nouissimè insurgit Ioannes Gutierrez de *matrim. in c. 21. n. 5.* quia textus in *dicto cap. quemadmodum*, tantum permittit dissolui sponsalia ob oculorum, vel nasi amissionem, vel ob paralysis. At deformitas, de qua nunc agimus, vt aduersatur pulchritudini vultus præcedenti, non est huiusmodi. Ergo, &c. Nec obstant verba Innocentij, quia de deformitate textus in *dicto cap. quemadmodum*, intelligenda sunt, non verò de alia inferiori diuersi generis, nempe [por auerhe hecho de hemofa sea sin perder los ojos, y narizes, ni tener otra enfermedad de las expresas en derecho.] Si quidem patet vtrum posse accedere ad non pulchram, imò frequenter contingit viros habentes pulcherrimas mulieres cum aliis non pulchris fornicari. Nec valet dicere, quod illa infirmitates in *dicto cap. proponuntur*, exempli gratia: nam respondeo esse extendendas ad alias similes eandem rationem vel grauiorem habentes; non autem ad deformitates procedentes ex defectu pulchritudinis, quæ multo inferior est, & minimè comprehensa sub dispositione *dicti cap. quemadmodum.* Hæc omnia Gutierrez contra Sanchez, vbi citat pro sua sententia Couarruiam, Carrerum, Martienzo, & Lopez.

Verùm his non obstantibus sententia Sanchez mihi probabilissima videtur, quam post illum docet Basilius Pontius de *matr. lib. 12. cap. 17. n. 5.* & Filliucius *tom. 1. tract. 12. diff. 12. num. 18.*

3. Notandum est tamen hic, quod Doctores loquuntur communiter de sola deformitate accidente sponsæ, quia in viris non ita requiritur pulchritudo. Quare valde magna debet esse deformitas sponsi, quæ de nouo accidens det sponsæ ius resiliendi, qualis posset fortè esse, si totum omnino nasum perderet, aut si tota facies feedè exureretur, aut alia ratione ita fieret deformis, vt spectantibus horrorem aliquè incuteret, aut si vnà cum deformitate accedat aliud malum, vt si perdat oculum, & sit periculum, ne perdat secundum; aut si ineptus reddatur ad suum officium exercendum, aut officium acquirendum ad sustentationem familiæ necessarium. Aliàs quando deformitas non est excessiua, non dat sponsæ iustam causam resiliendi. Et hæc omnia adnotauit Coninch de *Sacram. disp. 23. dub. 8. num. 66.*

## RESOL. XVIII.

An nulla dotis promissione præuia possint dissolui sponsalia ob paupertatem sponsæ superuenientem?  
Et quid, si illa sponsalia essent iuramento firmata?  
Et notatur, quod si sponsa subito accedat noua hereditas, quæ eius status plurimum melioretur, ita vt sponsa sit iam multum inæqualis illi, non ideo potest sponsalibus renunciare.  
Eadem est ratio, si sponsa noua hereditas accedat. Ex part. 3. tract. 4. Res. 285. alias 286.

§. 1. **N**egatiue responder Paludanus in 4. *diff.* 27. *q. 1. art. 2. n. 14.* Lopez, Rodrig. & alij, penes Sanchez de *matrim. to. 1. lib. 1. disp. 59. n. 3.* quia sibi sponsus imputare debet, quod nullum de dote tradenda pactum inierit. Et hanc sententiam probabilem esse docet Sanchez loco citat. in fine, & Villalob. *vbi infra.*

2. Mihi verò contraria sententia placet, quam tuetur Basilius Pontius de *matrim. lib. 12. cap. 17. n. 8.* Villalobos in *summa tom. 1. tract. 12. diff. 12. num. 19.* Henriquez *lib. 11. c. 14. n. 6.* Sanchez *vbi supra n. 4.* & alij. Et ratio est, quia negari non potest, quin hæc non sit notabilissima mutatio, quæ si à principio existeret, sponsalia non contraherentur; adde quod promissio intelligitur facta rebus in eodem statu permanentibus, ex *cap. quemadmodum, de iureiurando.* Ergo, &c. Et hæc sententia procedit, etiam si illa sponsalia fuissent iuramento confirmata, quia iuramentum intelligitur rebus notabiliter non mutatis, ex *eodem cap. quemadmodum.*

3. Notandum est tamen hic, quod si sponso subito accedat noua hereditas, qua eius status plurimum melioretur, ita vt sponsa sit iam multum inæqualis illi: non ideo potest sponsalibus renuociare, quia per hoc non potest dici deceptus in sponsæ conditione, aut per errorem in eam consensisse, quia non errauit circa obiectum consensus, sed circa propriam conditionem, circa quam consensus non fertur; eademque est ratio sponsæ, si ipsi noua hereditas accedat. Et hanc sententiam prius solum Sanchez *vbi supra n. 7.* auctorem habebat, nunc verò illam docet Coninch de *Sacram. disp. 23. dub. 8. n. 69.* Gutierrez de *matrim. cap. 33. n. 4.* & Reginaldus in *praxi tom. 1. lib. 31. cap. 1. num. 363.*

4. Notandum est etiam hic à Confessariis, an iurans se aliquam ducturum, nulla dotis promissione præmissa, teneatur ipsam ducere, si cum ipse diues sit, nullam ei dotem assignare velit. Quidam affirmant teneri, quando vir diues esset, & onera matrimonij sustinere posset. Alij verò negant, ego vtramque sententiam probabilem esse puto, vide Sanchez *tom. 1. lib. 1. disp. 60.* & Guttierrez de *matrim. cap. 33. num. 5.*

## RESOL. XIX.

An sponsalia inter consanguineos iniuncta cum conditione, si Papa dispensauerit, sint valida, & obligent in conscientia, impetrata dispensatione?

Et an liceat vtrique contrahenti ante, & post impetratam à Pontifice dispensationem, altero iniuncto, à sponsalibus resiliere?

Et an hoc etiam procedat, si talis promissio fuerit iuramento confirmata?

Et an si magna expensa facta sint causa talis promissionis pro impetranda dispensatione, resiliens à dictis sponsalibus teneatur illas restituere?

Et inferetur consanguineos contrahentes matrimonium per verba de presenti sub conditione, si Papa dispensauerit incurrere in excommunicationem latam in Clementina vnicà de consang. Ex *part. 3. tit. 4. Ref. 289.* aliàs 290.

Vt melius doctriam euentem in hoc, & seq. §. dissoluantur lege infra *Ref. 25.* signanter à §. Et dato, & *Ref. 143.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam mordicus tenet Adrianus in 4. *sent. tract. de sponsalib. dub. 10.* quem ex recentioribus sequuntur Basilius Pontius de *matr. lib. 3. c. 15. num. 5.* Coninch de *Sacram. disput. 29. dub. 1. concl. 5. num. 18.* Paulus Comitulus in *resp. mor. lib. 1. quæst. 145. per totam.* Rebellius *part. 2. lib. 2. qu. 10. scilicet. 6. num. 46.* quibus adde DD. quos citat, & sequitur Sanchez *tom. 1. lib. 5. disp. 5. q. 3. n. 12.* Et ratio est, quia earum rerum, quæ suapte natura

nec malæ sunt, nec vlli iustæ legi repugnantes, habent ac firma potest esse pactio, sed pacificè de futuris nuptiis inter propinquos, ex concessione Romani Pontificis, nec turpe est, nec vllam legem perfrangit; ergo iniuncta de ea re pactio rata esse debet, quando Romani Pontificis non infirmetur auctoritate. Dicitur de non est verum illud fundamentum, quod pendens à voluntate Principis est impossibile, quando Princeps illud concedere solet, vt accidit in casu nostro. Ergo, &c. Adde quod idem institutum spem facta sub conditione, si Princeps eum legitimauerit, est valida. Secundò, venditio rei feudalis, seu iuramentum simpliciter facta inuolida est, valet tamen si facta sub conditione, si dominus feudi, aut Princeps voluerit. Tertio, votum Episcopi transeunt ad Religionem, si Papa dispensauerit, validum est. Quarto, quod est controuersia super aliquo beneficio, licet non possint pacificè simpliciter de pensione (alias esse limitata) si tamen faciant pactum super ea cum conditione, si Pontifex consenserit, suspendo dictam pensionem in euentum, quo Papa consentiat, licita est conuentio, & ita quotidie practicanur. Et tamen prædictæ conditiones pendentes à Principis voluntate. Ergo, &c. Vnde ex his omnibus apparet, hanc sententiam esse satis firmam, & probabilem.

2. Verum contrariam sententiam esse etiam probabilem existimo, & ita illam vocat Sanchez *vbi supra*, & illam absolue tenet nouissimè Bononus Valerius in *differentiis vtrinque feri, vbi mar. disp. per totam.* Barbosa in *colleç. tom. 2. lib. 4. tit. 1. cap. n. 11.* & Riccius in *praxi part. 1. ref. 217. num. 2.* Genentis in *praxi cap. 13. num. 5.* Mollicus in *sum. tom. 1. tract. 4. c. 5. num. 34.* Ragucius in *Lucterna rocherorum de matr. q. 127.* Henriquez *lib. 1. cap. 10. n. 4.* quibus addo Sorum, Ledesimam, Grassium, Nualdum, quos citat Sanchez loco cit. *num. 5.*

3. Dicendum est igitur secundum hos DD. de *legem* promissionem esse nullam, & proinde licet non esse vtrique contrahenti ante, & post impetratam à Pontifice dispensationem altero iniuncto sponsalibus resiliere. Et hoc etiam procedit, si talis promissio fuerit iuramento confirmata. Verum si magna expensa facta sint causa talis promissionis pro impetranda dispensatione, resiliens à dictis sponsalibus teneatur illas restituere. Et rationes horum omnium inueniuntur apud Valerium loco citato. Ex his inferit Gutierrez *gg. canon. lib. 1. cap. 22. num. 17.* consanguineos contrahentes matrimonium per verba de presenti, sub conditione, si Papa dispensauerit, incurrere in excommunicationem latam in *Clem. vnic. de consang.* quia ea conditio tanquam impossibilis trahitur, & ideo manet purum matrimonium. Sed Doctores primæ sententiæ hoc negant, quia secundum illos ea conditio reputatur possibilis.

## RESOL. XX.

An pactum appositum in contractu matrimoniali, vel sponsalibus, quod vir perpetuo habeat in demortuo uxoris, sit validum?

Et an si pactum fuerit iuramento confirmatum, liceat resiliere, & mulier teneatur virum sequi?

Et obiter notatur valere pactum, nequis possit inuoluntatem, quod frequenter fit in remissionibus inuoluntarum, & hoc etiam si non solum pactum sit reuerentiale, sed etiam perpetuum? Ex *part. 3. tit. 4. Relat. 1.* aliàs 212.

§. 1. **H**ic casus frequenter solet accidere, & ideo ad illum affirmatiue respondeo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Sanchez *tom. 1. lib. 1. disp. 40.*

disp. 40. n. 2. quibus ego addo Layman in Theol. moral. lib. 5. tr. 10. part. 2. cap. 2. n. 3. & Bail. Pontium de matr. lib. 12. c. 20. n. 8. & in tali casu si contrahentium. posse exigi penam tenent multi. neque hoc repugnat libertati coniugij. Limitanda tamen est haec doctrina, nisi noua causa emergat mutandi domicilij, tunc enim etiam si pactum sit iuramento confirmatum, licebit resiliere, & mulier tenebitur virum sequi.

2. Notandum est tamen hic obiter cum Pontio ubi supra num. 9. contra Ancharanum conf. 75. num. 3. Aleiat. conf. 34. n. 3. lib. 5. & alios, valere pactum, ne quis possit ingredi in aliquam ciuitatem, quod frequenter fit in remissionibus iniuriarum. Et hoc non solum si pactum sit temporale, sed etiam perpetuum. Et rationes pro supradictis adduxit Pontius loco citato, vnde Confessarij sedabunt multas conscientias, & respondebunt ad querelas partium.

RESOL. XXI.

An sponsalia iurata dissoluantur ex mutuo consensu, etiam si iuramentum intuitu pietatis emissum fuerit?

Et supponitur sponsalia ex mutuo consensu contrahentium dissolui, & hoc intelligendum est, de sponsalibus puberum, nam de impuberum sponsalibus alia est iuris dispositio; quippe impuberes sponsalia contrahentes resiliere non possunt, quousque pubertatem nacti sint, & merito, ne passim resiliant, & passim contrahant.

Et aduertitur, quod adueniente pubertate, qui prius illam atigerit resiliere potest, nec opus habet expectare pubertatem alterius, quinimo statim ac pubertatem atigerit reclamare debet, alioquin sponsalia firmanit, ac si post pubertatem contraxisset.

Et an pro foro conscientiae sufficiat, si interius reclamatio fiat, vel anteneatur illam manifestare coram Episcopo, vel eius Vicario, & ipsis deficientibus coram honestis personis? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 77. alias 76.

§. 1. Sppono, sponsalia ex mutuo contrahentium consensu dissolui ex textu in cap. 2. de sponsalibus, ubi Innocentius inquit: Videtur, quod instar eorum, qui societatem interposita fide contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, hoc posse in patientia tolerari. Res enim per quascunque causas nascitur, per eas dissolui potest, si solubilis est, vt regula iuris, & cap. Omnis res 27. quast. 2. & obligationes, quae consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluantur, §. vlt. Institur. Quib. mod. oblig. collant. Debet autem huiusmodi remissio sponte fieri, non coactè, alias nulla erit. Ex hac doctrina procedit, quod etiam si iuramento sponsalia confirmata sint, possunt ex mutuo consensu dissolui: quia iuramentum, quod in fauorem alterius factum est, tacitam imbibit conditionem, nisi alius remiserit.

2. His suppositis, quaeritur, an si iuramentum sponsalibus adiectum, esset principaliter in honorem Dei factum, possint sponsalia confirmata mutuo consensu remitti: vt, si Titius, v. g. iuret Caia pauperi se eam ducturum, vbi tota promissio cedit in fauorem Caiae: & affirmant Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 25. n. 8. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. n. 8. posse sponsalia mutuo consensu dissolui, etiam si iuramentum sit principaliter in honorem Dei factum.

3. Sed contrarium videtur tenendum ex mente D. Thomae in 2. quast. 89. art. 9. ad 2. in illis verbis: Quod homo potest alteri promittere aliquid dupliciter. Vno modo, quando promittit aliquid pertinens ad utilitatem ipsius, puta si sub iuramento promittat se seruiturum ei, vel pecuniam daturum; & a tali promissione potest absolueri ille, cui talis promissio facta est: intelligitur

enim iam soluere promissionem, quando facit secundum voluntatem eius. Alio modo, quando promittit aliquid alteri; quod pertinet ad honorem Dei, vel utilitatem aliorum, puta, si aliquis sub iuramento promittit alicui se intraturum Religionem, vel aliquod opus pietatis futurum: tunc ille, cui promittitur, non potest absolueri promittentem: quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo. Haec D. Thomas, vbi affirmat expresse, cum aliquid promittitur intuitu pietatis, & Religionis principaliter, remitti non possit. Eandem sententiam sequitur Sotus lib. 8. de iust. quast. 1. art. 9. ad 2. Ledelma de matr. quast. 43. art. 13. Syluest. verb. Iuramentum, 9. qu. 5. Nauar. in Summa c. 22. Couarr. de pact. 1. par. §. 3. m. 1. Et probatur manifesta ratione: quia, quando iuramentum est principaliter in honorem Dei praestitum, confirmando aliquam promissionem homini factam; Deus est principalis creditor, cui ex merito talis iuramenti fuit acquisitum ius: ergo sine auctoritate Dei, vel eius, qui eius vicem gerit, nequit remitti, nec relaxari. Confirmatur: quia iuramentum factum Deo intuitu pietatis, & principaliter propter honorem eius, aequiualeat voto, vt bene Sotus: ergo, cum in voto nulla persona priuata possit dispensare, eò quod soli Deo sit ius acquisitum, nec etiam in eo iuramento.

4. Nec obstat dicere, quod quamuis iuramentum Deo sit praestitum, ipse Deus recipit illud in utilitatem partis, ergo pars, cui debetur, remittere potest; sicut alia debita condonate. Respondetur enim, hanc rationem esse valde sterilem: & idèd, concessò antecedente distinguo consequens: nam, si iuramentum proprie, & principaliter intuitu partis praestitum est, verum est: si autem intuitu pietatis, & Religionis principaliter, & in honorem Dei illud acceptantis, fallum est. Quare egregie dixit Sotus in huiusmodi promissionibus homini factis sub iuramento semper esse inquirendam promittentis, seu iurantis intentionem: atque si fuerit principaliter in fauorem partis, cui fuit facta promissio; iuramentum per consensum eius potest relaxari; si verò principaliter in honorem Dei, ac intuitu pietatis; minime potest. Et bene addit D. Thom. 2. 2. quast. 88. art. 3. promissionis iuramentum confirmatorium erga hominem praestitum, relaxari non posse sine eius, cui fuit praestitum, consensu: quia per illud iuramentum, ius homini acquisitum est: quo iure priuari non debet sine eius consensu, sicut nec de aliis bonis propriis.

Verum, licet huic opinioni ego adhaeream, sententiam tamen Sanchez, tanquam probabilem, admitto: quam etiam tuetur Pontius de matr. lib. 12. c. 9. n. 2. Gattierrez cap. 24. n. 1. Coninch disp. 23. dnb. 1. & Caltr. Palaus tom. 5. disp. 1. punct. 17. n. 4. & alij.

5. Notandum est tamen, quòd licet supra dixerimus, quòd sponsalia mutuo consensu dissoluantur; tamen hoc intelligendum est de sponsalibus puberum: nam de impuberum sponsalibus alia est dispositio, vt constat ex cap. De illis, et 1. cap. A nobis, de spons. lib. impuber. quippe impuberes sponsalia contrahentes resiliere non possunt, quousque pubertatem nacti sint: & merito ne passim resiliant, & passim contrahant. Adueniente pubertate, qui prius illam atigerit, resiliere potest: neque opus habet expectare pubertatem alterius, cum solum ex eius consensu post pubertatem permisso sponsalia dissoluantur. Quinimo statim ac pubertatem atigerit, reclamare debet, alioquin sponsalia firmanit, ac si post pubertatem illa contraxisset. Hanc tamen dissentiam, & reclamationem, esto, Thomas Sanchez n. 16. & Gattierrez n. 7. censent, pro foro conscientiae sufficere, si interius fiat, mihi contrarium placet: nam, sicut ad contrahenda sponsalia non sufficit interior consensus, nisi

Quoad hoc ne deferas legere in to. 8. tr. 4. litem doctrinam Ref. 50. & 51. quamvis nò plene dicant sup. hoc casu.

Sup. contentio in hoc vers. Adueniente, & sequenti Quinimo magis la. è supra in Ref. 11.

exteriori manifestetur: sic nec sufficere potest ad contracta dissoluenda dissensus interior, nisi manifestetur exteriori: vti notauit Pontius *dicto cap. 9. num. 5.* Manifestari autem expedit coram Episcopo, vel eius Vicario; & ipsis deficientibus, coram honestis personis, iuxta textum in *cap. fin. de appellationib.* & tradit, aliis relatis, Sanchez *lib. 1. disp. 51. num. 17.* & Gutierrez *cap. 28. num. 7.*

## RESOL. XXII.

*An si sponsalia communi consensu dissoluantur, hoc non obstante, oriatur ex eis impedimentum publica honestatis?*

*Et breuissime deducitur, quod durat impedimentum publica honestatis etiam post mortem alterius sponsi.*  
Ex part. 3. tract. 4. Ref. 221. alias 222.

Sup. hoc in Ref. seq.

§. 1. DE hoc casu olim magna altercatio fuit, nam quidam contraxit sponsalia cum filia, & postea illis ex communi consensu dissolutis cum matre contrahere volebat, tunc sine Summi Pontificis dispensatione hoc efficere minimè posse asseruerunt multi Theologi, nam ita docet Sanchez, *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 65. n. 21.* & probat hanc sententiam, quia nulla maior sponsalium dissolutio accidere potest, quam alterius sponsi morte, sed in tali casu durat etiam impedimentum. Ergo.

2. Sed ego tunc contrarium consulaui, & in meam sententiam atraxi multos viros doctos ex Dominicano familia, & ex Societate Iesu, & præter Sa verb. *Matrimonium. n. 12.* citatum à Sanchez, adduxi pro hac opinione Basl. Pontium *de matrim. lib. 7. cap. 36. num. 9.* Gutierrez *de matrim. cap. 103. num. 11.* & Rebellium *part. 2. lib. 3. quest. 14. n. 3.* qui citant declarationem Cardinalium sic asserentem. Si sponsalia soluantur de consensu, Congregatio censuit esse inualida. Ad rationem verò, quam adducit Sanchez, respondebam, quòd adest dispar ratio inter vtrumque casum; quia in morte qui contraxit sponsalia, censetur in eadem voluntate decessisse, vel saltem debuisse decedere, quamdiu alter non dissentit, quod non accidit in casu nostro, nam adest voluntas expressa dissolutionis sponsaliorum. Non est ergo audiendus Sanchez, licet vir doctissimus, in hoc casu, sed omnino dicendum est cum supradictis Doctoribus, ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis nullum nasci impedimentum.

## RESOL. XXIII.

*An si sponsalia dissoluantur ex mutuo consensu cesset impedimentum publica honestatis oriur ex illis?*

*Et quid est dicendum, si morte alterius dissoluerentur?*  
*Et an hoc impedimentum oriatur ex sponsalibus sicte celebratis, videlicet ore tenus absque consensu interiori?*

*Idem est de matrimonio sicte contracto ex defectu consensu.* Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 12.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. NEGatiuam sententiam docent duo viri docti ac strictæ amicitie vinculo mihi coniuncti, Reuerendissimus Candidus, & Auersa: Ille *tom. 1. di. quest. 28. art. 11. dub. 2.* Ille *de Sacram. Matrim. quest. 17. sect. 5.* Idem etiam docet Layman *lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 9. num. 3.* Trullench *de Sacram. lib. 7. cap. 9. dub. 13. num. 8.* Bassæus *verb. Matrimonium 7. num. 56.* Dicastillus *de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 39. num. 406.* & amicissimus P. Perez *de matrim. disp. 8. sect. 2. num. 4.* vbi sic asserit; Dico secundo; quando sponsalia dissoluantur

mutuo consensu contrahentium, adhuc non cessat impedimentum publicæ honestatis contractum ex sponsalibus validis, & certis. Ita opinatur etiam Doctoribus primæ sententiæ, & ratio meo iudicio efficacior hæc est; quia impedimentum natiuitatis non dependet à voluntate contrahentium, sed ab Ecclesia, quæ constituit, ut impedimentum publicæ honestatis confurgat ex sponsalibus validis; sponsalia verò non ob id non fuerint valida, quod postea dissoluantur, vt constat. Ratio autem motiua, propter quam inductum est ab Ecclesia impedimentum publicæ honestatis, adhuc militans eo quod non debeat matrimonium contrahi inter aliquas personas, quæ sibi factæ sunt propinquæ per sponsalia: aliis enim posset hoc impedimentum cessare quoque post mortem alterius sponsi: non enim sponsalia videntur magis dissolui per mutuum consensum, quam per mortem, per quam perpetuo dirimuntur, vt ostensum est. Nec valet dicere cum Hurtado esse discrimen: nam sponsalia quæ mutuo consensu dissoluantur, cessant immediate, & ratione sui, & sponsi videntur vnus definit ad alium pertinere, & contra non verò quæ morte alterius dissoluantur, quia illa mediata tantum, & ex defectu subiecti, & ipsi videntur semper vnus pertinere ad alium, & contra, ac proinde ex istis vt potest peruenit ad licet per validis oritur hoc impedimentum, & non ex illis. Non, inquam, valet, quia sponsalia per mortem etiam euanescent, imò etiam magis, quia per mortem perpetuo dissoluantur: dissoluta per mutuum consensum, iterum per novum consensum contrahi possunt. Immediate etiam, & ratione sui per mortem euanescent, quia immediate euascent omnis consensus, & radix illius, nempe humana. Vnde sicut sponsi videntur, vnus definit ad alterum pertinere per mutuum consensum, in mortuo magis mortuo alterutro. Non ergo est peculiaris ratio, nec speciale discrimen. Ita Perez, & vniuersales Sanchez.

2. Sed ego de hoc casu interrogatus ab Eminentiissimo Domino meo Cardinali Franciotti, inter purpuratos Patres pietate & doctrina conspiciendo, affirmatiuè respondi, Sancta declaratione Sacre Congregationis Concilij à Pontio adducta, vt ego alibi obtinui, & de qua etiam ex Cornijo mentionem facit & sequitur Leander *de Sacram. tom. 3. tract. 19. disp. 19. quest. 4.* Hanc etiam sententiam tenet Castus Pilaus *tom. 5. disp. 4. par. 10. num. 8.* Martinus de San Ioseph in *Monit. Confess. tom. 3. lib. 1. tract. 33. de matrim. nu. 5.* Remigius in *prax. Confess. tract. 5. cap. 8. §. 14. num. 4.* Caspensis in *conf. Theol. tom. 3. tract. 26. disp. 9. sect. 11. num. 69.* Operarius *de Sacram. tract. de matrim. disp. 4. quest. 7. num. 51.* Metternus *de Sacram. in supplem. quest. 57. dub. 2. num. 4.* & me citato Hermanus Busenbaum in *medulla Theologia moral. & ratio est, quia talia sponsalia mutuo consensu soluta, sunt nulla & inualida. Secus dicendum est si morte alterius dissoluerentur, nam in eo casu, sponsalia illa perpetua censentur: non nam ille qui obiit iudicaretur in eadem voluntate decessisse. Et ideo Ioan. Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 7. de impedimen. matrim. dub. 14. n. 12. sic ait; Petitur an hoc impedimentum oriatur, si sponsalia valida mutuo contrahentium consensu dissoluantur? Respondeo non oriri vbi Tridentinum receptum est: Ita respondit Congregatio, quæ censuit esse inualida, quod videtur intelligendum ad hunc effectum, vt ex istis hoc impedimentum non oriatur, & ita existimo peculiarem esse*

dispositionem pro eo modo dissolutionis sponsalium: si enim dissoluantur morte vnius partis ante matrimonium contractum, vel iudicis sententiam, nihilominus pariunt hoc impedimentum, cum subsequens dissolutio non obstat, quominus fuerint valida. Ita ille, & iterum ego.

Sup. hoc in Ref. leg. & sup. cursum in sine Ref. fol. 8.

3. Verum, quia hic sermo incidit de impedimento publicæ honestatis, quæ primo, an oriatur ex sponsalibus sic celebratis, & videlicet oretenus absque consensu interiori, & affirmatiue responderi Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 19. quæst. 3. cum Sanchez lib. 7. disp. 68. num. 14. Pontio lib. 7. cap. 36. num. 16. & alii penes ipsum, asserit enim, quod valeat promissio sponsalitia in tali casu, eo ipso, quod exterius liberè & scitè absque ioco profertur, oblique tam ex iustitia, quam ex fidelitate, & quod sponsalia validè celebrentur per consensum debitum. Deinde motuum ob quod statutum est ab Ecclesia hoc impedimentum, fuit impedire scandala & publicam indecentiam, vt constat ex cap. inuentis 3. de sponsalibus; sed hæc æquè eueniunt quando sponsalia exterius apparent valida, & solus consensus internus ad eorum valorem desideratur, cum defectus ille interni consensus lateat omnes: ergo quando defectu consensus non constat exterius, prædicta sponsalia inducent illud impedimentum.

4. Sed negatiuam sententiam sustinet Hurtadus de matrim. disp. 21. difficut. 1. Rebellius lib. 4. quæst. 14. num. 3. Coninch de Sacram. disp. 12. dub. 5. num. 69. Malcardus tom. 1. lib. 3. part. 1. tractat. 11. docum. 8. n. 2. & Cornejo in 3. part. D. Thom. tom. 2. tract. 6. de impediment. matrim. dub. 30. quæst. 2. vbi sic ait: Ex quibus infero, non oriri hoc impedimentum, quando sponsalia aut matrimonium inuvalida sunt defectu consensus interni, quiquid dicat Sanchez lib. 7. disp. 68. n. 14. & disp. 70. num. 11. Probatur, quia Concil. Tridentinum loco citato, & iura relata definiunt, non oriri ex sponsalibus quacumque ratione inuvalidis: ergo Concilium comprehendit omnem inuvaliditatem, etiam eam, quæ prouenit ex defectu consensus, non solum externi & apparentis, vt in infante, aut futioso, sed etiam iure interno: ergo in foro conscientie non dirimit matrimonium sequens, nec etiam in exteriori, si probari possit. Ita ille; cui adde Martinum Perez de matrim. disp. 8. sect. 3. n. 3. vbi probat ex sponsalibus inuvalidis solius interni, & occultati consensus defectu, nullum consurgere publicæ honestatis impedimentum. Moueor præcipuè, quia Concilium Trident. non potuit loqui clarius, & vniuersalius, quam cum dixit se prorsus tollere illud honestatis publicæ impedimentum, dum sponsalia non erunt valida quacumque ratione, seu causa, verbis his vniuersalissimis omnem completens causam inuvaliditatis eorum, ac proinde etiam interni consensus defectum; quem profecto si cum cæteris comprehendere voluisset, nullis aliis clarioribus, aut vniuersalibus verbis vti potuisset.

5. Respondet Sanchez Tridentinum intelligi quacumque ratione externa, & apparenti sint sponsalia irrita, oportere autem sic intelligi, quia tale impedimentum est institutum ob publicam honestatem ad vitandum scandalum; atque ideo defectus consensus, ob quem non inducitur impedimentum debet esse externus. Sed contra est, quia Tridentini verba illa vniuersalia omnem nullitatem siue externam, & apparentem, siue etiam occultam comprehendunt. Præterea dictum caput vniuersum de sponsalibus in 6. post Tridentinum manet illæsum quoad sponsalia irrita, defectu consensus, vt constat apud omnes: at ex sponsalibus inuvalidis solius interni consensus defectu, iuxta illud Bonifacii VIII. decre-

tum non oritur tale impedimentum: ergo. Vnde ego huic sententiæ magis adhæreo. Non nego autem, vt optime obseruat Dicastillus de Sacram. 10. 22. tract. 10. disp. 7. dub. 39. num. 403. affirmatiuam sententiam probabilem esse.

## RESOL. XXIV.

An ex sponsalibus nullis ex defectu consensus, vel ob aliud impedimentum occultum oriatur impedimentum publicæ honestatis?

En an dato casu, quod sponsus de facto contraheret cum sorore sponsæ suæ de præsentem, teneatur ad priorem reddere, si autem coniunctio carnalis accederet cum secunda, tunc neutram possit accipere in vxorem, sine vero cum posteriori contrahat sponsalia, ea nulla sint, proinde que cum priori contraxit, solum sunt valida? Et notatur, quod ex sponsalibus conditionatis nullum oritur impedimentum publicæ honestatis, donec conditio fuerit impleta: Ex part. 9. tit. 6. & Misc. 1. Ref. 51. alias. 52.

§. 1. **A**ffirmatiue respondent Sanchez lib. 7. disp. 68. num. 14. Pontius lib. 7. cap. 35. n. 10. Layman lib. 5. tract. 10. cap. 9. num. 4. & alij: quia hoc impedimentum statutum est propter indecentiam, quam secum trahit matrimonium cum consanguinea in primo gradu illius, quacum sponsalia contraxisset: hæc autem indecentia semper oritur, quoties constat publice, sponsalia valida fuisse, tametsi de facto irrita sint. Vnde, cum Concilium dicit, ex sponsalibus, quacumque ratione valida non fuerint, non contrahi hoc impedimentum; intelligendum est verbum, quacumque ratione, quæ cognoscitur, & scitur.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Verus, & supra cursum in sine Ref. 8.

2. At mihi magis placet opinio negatiua, quam tenent Hurtadus de matrim. disp. 21. difficut. 1. n. 4. Coninch disput. 32. dub. 5. num. 69. Rebellius lib. 3. quæst. 14. Quia Concilium generaliter dixit, ex sponsalibus quacumque ratione inuvalida fuerint, nullum impedimentum contrahi: ergo absque fundamento restringitur ad ea, quæ sunt publice inuvalida: alias neque ex sponsalibus validis omnino occultis impedimentum oritur, siquidem, nulla indecentia esset in tali contractu cum consanguineis sponsæ. Quapropter non est spectanda indecentia publica, quæ apud homines oriatur; sed quæ oritur spectato ipso contractu.

3. Et ideo Pater Perez de matrim. disp. 32. sect. 21. num. 7. absolute asseruit, impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, quod ex sponsalibus oritur, tantum oriri ex sponsalibus cum determinata persona, ac certa; & ex absolutis, siue à principio, siue postea impleta conditione, & tantum ex validis, & non ex nullis, siue ex defectu consensus, siue ob aliquod impedimentum, quamuis occultum: prædictumque impedimentum publicæ honestatis esse perpetuum, nec dissolui morte alterius, nec mutuo consensu, nec quia alter resiliuit. Ita ille, quibus omnibus adde Texedam tom. 1. lib. 4. tract. 2. contr. 21. num. 9.

4. Sed nota hic obiter: Dato casu, quod sponsus de facto contraheret cum sorore sponsæ suæ de præsentem, dico, quod teneatur ad priorem redire: si autem coniunctio carnalis accederet cum secunda, tunc neutram potest accipere in vxorem: non priorem; quia obstat affinitas: non posteriorem; quia impedit publicam honestatem. Sin verò cum posteriore contrahat sponsalia, ea nulla sunt; proinde quæ cum priori contraxit, solum sunt valida.

5. Nota secundò: Ex sponsalibus conditionatis nullum

nullo modo oriri impedimentum publicæ honestatis, donec conditio fuerit impleta: quia tum demum incipiunt esse vera sponsalia: confurgit autem, si coram Parocho, & testibus contractum fuerit conditionaliter matrimonium: quia hoc habet vim sponsalium usque dum adimpleta fuerit conditio: nam postea ex illo matrimonio oritur affinitas. Et hæc omnia docet Opatovius de Sacram. tract. de matrim. disp. 4. quest. 7. num. 31.

## RESOL. XXV.

De quibusdam sponsalibus? Ex part. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 70.

Sup. hoc in Ref. seq. & lege doctrinam Ref. not. seq.

§. 1. **P**riora sponsalia non officere, sed posteriora observanda esse firmiter existimo.

2. Mouere ad id tenendum, quia dicta sponsalia fuerunt contracta cum impedimento dirimente, sine conditione, si Papa dispensauerit. Nec facit quoddam tacite subintelligatur conditio, sed est necesse, ut expresse apponatur leg. conditiones extrinsecus, de cond. & demonstr. gloss. in cap. 1. §. ille vero, in verb. conditionem, de sponsalib. in 6. Quod recte docet Sacra Rota in Valentiniana matrimonij, die 10. Novembris 1595. coram Seraphino, tom. 2. decis. 1156. num. 1.

Sup. doctrina contenta in hoc & seqq. §§. supra in Ref. 19. & infra lege doctrinam in Ref. 143.

3. Et dato, & non concessio, quod dicta sponsalia fuissent contracta sub dicta conditione, si Papa dispensauerit, etiam sequuta dispensatione dicendum est, non posse suffragari, cum post illam non interuenit nouus consensus; & ratio est, quia ius perpetuum prohibet dicta sponsalia, & propterea nec sub conditione contrahi poterunt, l. inter stipulamem §. 2. Sacram. ff. de verb. oblig. ubi si res à commercio eximatur, super ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguitur, nec reuulscit impedimento cessante, l. continuum 137. §. cum quis ff. eodem tit. Deinde ut actus retro extendatur, oportere quod potuerit intercedere à principio, l. si is qui pro emptore ff. de usu cap. Sed matrimonium, & sponsalia non potuerunt esse à principio temporis quo fuerunt inita, obstante impedimento, ergo non potuerunt retrorahi. Secundum assero rationem, quod ex facto à iure improbatum non potest oriri aliqua obligatio, l. cum lex ff. de fideiussor. Sed in contractu conditionalis sola spes est in obligatione, & propter illam spem contractus retrorahitur, sed in nostris terminis nulla fuit obligatio ratione prædicta, ergo opus est nouo consensu.

4. Dicendum est itaque quod intentio Papæ, quando dispensat in gradu prohibito, sit solum dandi facultatem contrahendi, non autem approbandi, & ratum habendi quod illicitè gestum est. Card. in c. super eo, & ibi Abbas num. 8. & Præpos. num. 5. de cond. appof. Aret. conf. 142. Syluester in verb. matrim. lib. 3. q. 9. Sotus super 4. distin. 29. q. 2. art. 1. & alij.

5. Et ita nostram sententiam, præter Doctores quod hic ad faciendam possim adducere, Sacra Rota Romana perpetuo docuit, ut patet apud Seraphinum ubi supra, & apud Manticanam decis. 205. & apud Gregorium X V. decis. 410. & in causa Taurinensi sponsalium die 2. Decembris 1594. coram Gypso, & in causa Vlixiponen. matrimonij 21. Iunij 1613. coram Sacro, & in causa Colimbriensi sponsalium 26. Octobris 1616. coram Buratto, & in Bononien. transactionis 5. Decembris 1607. coram Coecino decis. 374. n. 6. & 7. & nouissime coram eodem in vna Hispanensi sponsalium die 6. Martij 1657. cuius decisionem omnino videndam inuenies impressam in fine mex sextæ Partis decis. 2. in qua

Que nunc

adducuntur ad faciendam Doctores pro hac sententia, & validissimis rationibus confirmatur, ac recte ponderetur ad argumenta contraria.

6. Deinde, dato & non concessio, superdicta sponsalia priora fuisse valida, nec consensus nouus esset in illis necessarius; tamen dicendum est, adhibenda esse secunda sponsalia, ut potest conuenire, & ratio est, quia quando duo contrahunt, vnus de lucro acquirendo, alter de damno vitando, huic potius fauendum est, quam patenti: sed secunda femina damnum patitur, & id agit, ut damnum euitet; prior vero ut lucrum acquirat, ergo illi potius fauendum est, quia prior, vel nullum, vel leue patitur nouementum; & comparatur exemplo contractus venditionis, in quo sequuta venditio, sequuta traditione, præualeat priora, quæ C. de rei vendic. Et idem hæc sententiam tenet, me citato Leander de Sacram. tom. 2. tract. 2. disp. 2. quest. 19. & me citato Bossius de matrim. cap. 9. §. 28. num. 90. & me citato Martinus de Silobio in monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 6. de matrim. num. 15. Idem docet Pontius de matrim. lib. 12. cap. 1. num. 1. Caspensis in Curs. Theol. tom. 2. tract. 26. disp. 1. §. 6. num. 88. & ex Societate Iesuy Rebellus 1. q. 9. §. 4. num. 36. Coninch de Sacram. disp. 1. q. 9. §. 1. concl. 4. n. 34. Caltrus Palus tom. 5. disp. 1. par. 2. num. 6. Lessius in 3. part. D. Thom. c. 3. de Sacram. matrim. dub. 5. num. 53. Reginaldus tom. 2. lib. 3. c. 1. & Escobar in Theol. moral. tract. 7. exam. 9. cap. 6. num. 106. & alij penes ipsos.

7. Nec aduersus superius dicta obstat opinio Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 46. n. 5. Trullench de Sacram. lib. 7. c. 2. dub. 8. memb. 4. Vigens in Supplem. Partis 9. dub. 5. n. 14. Texede tom. 2. lib. 2. tract. 1. controu. 5. q. 2. num. 260. & aliorum, aliter opinio prima sponsalia valere, etiam si posteriora fuerint contracta cum copula, non inquam hoc obstat: nam respondo primo, nostram sententiam esse probabilioram, ut patet ex decisionibus Sacræ Rotæ.

8. Respondeo secundo opinionem Sanchez, & aliorum non obstat in casu nostro, sed potius fauere: nam dictam opinionem Sanchez, & alij limitant in casu, quo secunda femina cognita, & ignorata priorum sponsalium notabile damnum paterecens, sed hoc damnum in casu nostro contingeret, ut luce meridiana clarior est, ergo, &c.

9. Et tandem, dato quod omnia superius dicta non extarent, sed prima sponsalia essent firma, & tamen hodie adesse iustam causam ab ipsis resiliendi, aperte patet, propter superuenientes similitudines, & odia orta inter sponsum, & sponsam, quæ quidem præbere causam resiliendi à sponsalibus resistentibus communiter Doctores; Ita Hurtados de Matrim. c. 2. disp. 2. difficul. 14. num. 51. & 53. Perez de vna trim. disp. 9. §. 1. n. 5. Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 9. de sponsalibus dub. 9. n. 87. Vigens in 3. part. Suppl. quest. 43. art. 3. causa 10. num. 2. Raguicus in Lucerna Parochorum, de Sacram. matrim. quest. 11. num. 7. Alarius in Canon. Confess. lib. 3. verb. sponsalia, num. 14. Bizozerus de Sacram. part. 2. cap. 1. memb. 5. num. 14. Mercerus in Supplem. 3. part. quest. 43. articul. 3. Opatovius de Sacram. tract. de matrim. disp. quest. 8. num. 105. & alij penes ipsos.

10. Et idem, ut habetur in Praxi Genentis c. 10. num. 5. fuit decisum in Rota Romana in vna Tolletana matrimonij die 27. Ianuarij 1595. coram Seraphino, & in alia Aquilegien. sponsalium 10. Decemb. 1599. coram Pamphilio, abstinendum esse à coactione, non obstante, quod sponsalia essent rata, ex quo testes, sponi dicebant, ipsum abstinere nuptias, & asserere, omne malum potius esse

etatum, quam illam in uxorem ducere. Sed totum hoc accidit in casu nostro, ergo, &c. Nota vero, quod quando Iudex desistere debet à conditione ob scandali timorem, vt est in casu nostro, non est necesse, vt ad iudicium sibi constet, sed sufficienti circumstantiis extraiudicialibus. Ita contra Ledesma docet Pax Jordanus in Var. Elucubr. Tom. 1. l. 3. tit. 7. num. 203; Sanchez de Matr. to. 1. l. 1. cap. 20. n. 6. cum aliis.

11. Dicendum est itaque ex omnibus superius dictis, sponsalia posteriora, de quibus loquimur, esse obseruanda; & sponsum habere iustam causam à prioribus resiliendi, & ideo non posse cogi, nec excommunicari.

12. Primò, quia priora sponsalia fuerunt contracta cum impedimento dirimente, & absque conditione, si Papa dispensauerit, & licet postea fuerit obtrata dispensatio, tamen non fuit iterum renouatus consensus.

13. Secundo, quia posteriora sponsalia coniuncta fuerunt cum copula, ac ingens, & irreparabile damnum mulier pateretur, si priora firma remanerent.

14. Tertio, quia post prima sponsalia contracta, grauius diffidia, & capitales inimicitiae ortae sunt inter sponfos, ergo, &c.

RESOL. XXVI.

An si post sponsalia cum prima, sequantur sponsalia cum secunda una cum copula, dissoluantur prima? Et quid, quando femina secunda, que cognita est, & violata sub spe coniugij, notabile damnum pateretur? Et notatur, quod quando ex aliquo casu cessant prima sponsalia, an seruanda sint secunda? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 209. alias 210.

Sup. hoc in Ref. prateriti signanter à §. Deinde.

§. 1. Non dissolui putat Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 49. num. 5. nisi secunda femina quae cognita est, & violata sub spe coniugij, notabile damnum pateretur; tunc enim posset iudex obligare ad contrahendum cum secunda. Ratio vero, quare in dicto casu non dissoluantur sponsalia, haec est, ait Sanchez, quia iniuria illata posteriori non auferit ius suum priori.

2. Sed in tali casu dissolui sponsalia ex parte vtriusque, & cogendum esse ad ducendum secundam tenet Basilius Pontius de matrim. lib. 12. cap. 14. n. 4. quia quando duo contendunt, vnus de lucro acquirendo, alter de damno vitando, huic potius fauendum est, quam primo. Sed secunda femina damnum patitur, & id agit, vt damnum euitet, prior vero vt lucrum acquirat. Ergo huic quae damnum passa est, fauendum potius, quam alteri, quae nullum, vel leue patitur. Ad argumentum Sanchez respondetur, posteriorem iniuriam, & traditionem praualere priori praemissioni, est enim fortius vinculum, & strictior obligatio resarciendi iniuriam, quam vinculum primae praemissionis, & ideo praevalet, et si posterior. Haec Pontius aduersus Sanchez. Sed vtraque opinio est probabilis, & cum Sanchez consentit nouissime Villalob. in sum. to. 1. tract. 12. diff. 12. num. 12. cum Pontio vero tenet Rebellius lib. 4. quest. 8. sect. 8. num. 56. Coninch de Sacram. disput. 22. dub. 4. concl. 4. & ego.

Quoad hoc in Ref. seq. lege doctrinam §. 2. à fin. 4.

3. Notandum est etiam hic obiter, quod quando ex aliquo casu cessant priora sponsalia, an seruanda sint secunda, dissentiunt Doctores, affirmat Couarruias part. 1. de matrim. cap. 4. §. 1. n. 10. & Rebellius lib. 4. q. 8. sect. 8. concl. 1. & alij, sed negant Sanchez lib. 1.

disp. 55. n. 6. Coninch de Sacram. disp. 22. dub. 6. concl. 8. & Pontius ubi supra, n. 2. quibus ego adhaereo, quia si nulla fuit prior obligatio, non est quod conualescat.

RESOL. XXVII.

Virum ex matrimonio, valido dissoluantur sponsalia? Et an dissoluto matrimonio, teneatur, qui ita contraxit priora sponsalia implere? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 208. alias 209.

§. 1. Certum est dissolui quoad eum, qui non contraxit matrimonium, difficultas est quoad eum qui contraxit. Pater Sanch. de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 48. n. 3. affirmat in tali casu omnino dissolui, vt nulla prorsus maneat obligatio; ex cap. 1. de sponsa duorum, cap. sent. c. si inter cap. veniens, cap. is qui fidem, de sponsalibus.

2. Sed negatiuam sententiam sustinet Basilius Pontius de matrim. lib. 12. cap. 15. num. 4. vbi docet obligationem sponsalium in casu, quo alter expectet, non extinguatur, sed suspendi, ita vt eo matrimonio dissoluto, teneatur priora sponsalia implere, quia obligatio nata ex sponsalibus in tali casu, non extinguatur iure positiuo, nam in canonibus allegatis à Sanchez, tantum dicitur eum, qui post sponsalia contrahit matrimonium cum aliqua, debere manere cum illa. An vero extinguatur omnino obligatio sponsalium, non diffinitur, solumque indicatur illum ea de causa non posse cum prima contrahere, quia iam impossibile est, contracto coniugio cum secunda. Neque etiam extinguatur talis obligatio ex ipsa rei natura, quia quando priori vinculo superuenit aliud fortius diuersae rationis, vel aliud impedimentum, quo minus primum impleatur, non extinguatur, sed suspenditur. Vt cum quis votum Religionis emisit, & postea contraxit coniugium, & consummavit, non extinguatur voti obligatio, sed dissoluto matrimonio tenetur Religionem ingredi. Haec Pontius aduersus Sanchez, cuius tamen opinio his non obstantibus non caret probabilitate, quam nouissime sequitur Villalobos in sum. tom. 1. tract. 12. diff. 12. num. 11.

Quoad hoc lege §. vlt. Ref. prateriti.

RESOL. XXVIII.

An adstrictus sponsalibus iuratis, si postea emitat Religionis votum, possit adhuc contrahere matrimonium animo ingrediendi Religionem ante consummationem?

Et an si votum Religionis ante sponsalia emisit, & feminam desponsatam sub fide data de matrimonio, teneatur illam ducere, omisso voto?

En an sponsus, qui post sponsalia votum castitatis emisit, committat aliquam culpam? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 76. alias 75.

§. 1. Negatiue respondet, & peccare mortaliter ex Sanch. & Gutierrez docet Castr. Pal. to. 5. disp. 1. punct. 16. n. 8. eò quod sic contrahens manifestissimo periculo se obicere censetur; quod illicitum est, nisi aliqua causa graui excusetur; qualis esset, si alia via non tibi pateat aditus securus Religionem ingrediendi; vel honori feminae, aut proli bono consuli non possit.

Sup. hoc infra lege doctrinam Ref. sol. 15. §.

2. Verum non peccare mortaliter, imò esse illicitum ex Caiet. Ledesma, & Rodriguez docet Texeda in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 237. Quia, qui voto Religionis adstrictus matrimonium contrahit,

Sup. hoc figuranter ibidem.

contrahit, non peccat contra votum, & manifestum est: quia votum Religionis, seu castitatis, solum obligat ad non contrahendum cum animo consummandi; aliam nunquam esset licitum absque obtemperata prius dispensatione eo animo contrahere, quod falsum est, ut constat in eo, qui voto ligatus Religionis aliter non potest votum suum implere, nisi prius matrimonium in eundo, ut si perclusus detineatur, & timeat amittere vitam. Secundò, quia aliàs, si sententia horum Authorum esset vera, sequeretur, quòd qui eo animo contraxit, teneretur postea non ingredi Religionem. Tertio, quia nulla iniuria ex matrimonio sic contracto inferretur alteri coniugi, nec Sacramento: ergo, &c. Probatur antecedens pro utraque parte: nam, qui matrimonium contraxit, potest absque iniuria alterius ad Religionem transire: nam ex sententia omnium Doctorum, & est expressum in Iure, coniugatis conceditur bimestre, intra quod possunt ad Religionem transire, relicto statu matrimoniali: cum enim Religiosus status excellentior sit statu matrimoniali, in ipso contractu matrimonij, aut sponsalium, clauditur conditio hæc, nisi alter sponsus velit ad Religionem migrare; & eadem exceptio subintelligitur in iuramento, cum nemo præsumatur contra id, quod est consilium euangelicum, iurare velle: ergo voto Religionis adstrictus sic matrimonium contrahendo, nullam iniuriam inferret alteri coniugi: imò si aliqua esset, illa sequeretur per accidens, cum vouens utatur iure suo. Quod etiam nec irrogetur iniuria Sacramento, ostendit: quia copula, seu matrimonij consummatio, non spectat ad substantiam eius: ergo bene potest stare verum Sacramentum matrimonij absque eius consummatione: & idem utramque sententiam satis probabilem existimo. Sed stando in affirmatiua, inferretur contra Sanchez lib. 1. disp. 43. numero 11. & Gutierrez cap. 225. num. 3. licitum esse ei, qui sponsalia iuravit, etiam nullo voto adstrictus, matrimonium contrahere cum animo ingrediendi Religionem ante eius consummationem: quia ex tali modo contrahendi matrimonium, nulla per se sequitur iniuria alicui, & aliàs ipse contrahens utitur iure suo: imò si quæ iniuria alteri contrahenti sequatur, illa est per accidens, cum alter coniux possit, & teneatur præuidere, non obstante matrimonio inito, licitum esse alteri coniugi ad Religionem transire gratia melioris frugis, & meliorandi vitam, & statum: quod quidem etiam ipsi concessum est.

3. Sed, quid dicendum, si iuramento sponsalia firmata sint? Potestne iurans, sponsa deserta, Religionem ingredi? Negat Rebellius lib. 4. quest. 8. sect. 6. concl. 2. Sed mihi magis placet opinio Pontij lib. 12. cap. 10. num. 9. & aliorum, asserentium posse: quia iuramentum sequitur naturam actus, cui adheret, cap. *Quemadmodum*, de iurciurando. leg. *fin. Cod. de non numerat. pecun.* At natura promissionis matrimonij, cui iuramentum adheret, imbibit conditionem, nisi promittens velit Religionem ingredi; quæ conditio cum non insit sponsalibus ex iure positivo, sed ex naturali, aut diuino privilegio; nequit ab Ecclesia ab sponsalibus iuratis excludi: siquidem sponsalia iurata exequi non est ita perfectum, ac est Religionis status: aliàs ex matrimonio rato iurato non esset licitus transitus ad Religionem, quod non est dicendum. Certum est tamen apud me, quòd si votum Religionis emisisti ante sponsalia, & fœminam deslorasti sub fide data de matrimonio; teneris illam ducere, omisso voto. Ita contra Nauarrum, Rodriguez, & alios tenet Layman lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 1. num. 4. Coninch disp. 23. dub. 3. concl. 6. & alij non ob promissionem præcisè, sed ob traditionem

sui corporis tibi bona fide factam sub conditione, & pacto matrimonij futuri, & sub illius spe: æquas namque naturalis non patitur, ut cum tanto damno proximi in Deum liberalis exitas.

4. Et tandem quarant etiam hic obiter, an sponsum, qui post sponsalia votum emisit castitatis, committat aliquam culpam? Circa quam difficultatem Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 46. num. 10. Lyman tract. Summa, tract. 10. de spons. num. 6. affirmant, huiusmodi votum non liberat post sponsalia vouendo castitatem ab aliqua culpa; & idem dicunt, sponsum post sponsalia votum castitatis emittendo, peccare mortaliter, nisi vouendo intendat transire ad Religionem: & idem fatentur, huiusmodi votum non esse licitum. Ceterum omnino affirmandum est, cum Soto in 4. dist. 27. q. 2. art. 3. Couarruia in Epistol. de sponsal. cap. 3. huiusmodi votum esse licitum, proinde sponsam sic vouendo aliquam committit culpam. Ratio est: quia huiusmodi votum est, & meliorem bono: ergo est licitum, nec proinde vouendo peccat. Nec obstat dicere, quòd sponsus sequitur vouere in præiudicium alterius sponsi, & quod voto Religionis: ergo, cum votum castitatis sponsalibus superueniens præiudicet alteri sponsi, sequitur validè, & absque peccato fieri. Respondetur tamen, quòd in sponsalibus subintelligitur exceptio, ut est, *quòd non vitam transire*: & idem liberè est utriusque coniugis votum simplex castitatis facere, aut aliter Ordines: quare sponsus illud votum emittens, nec alteri sponso damnum inferret, nec illicitè faceret, ut iure suo, atque ad eò nullo modo vouendo peccat.

## RESOL. XXIX.

An sponsalia dissoluantur per solum ingressum Religionis, vel sit expectanda professio?

Et an sit licitum Religionem ingredi post sponsalia, etiam iuramento confirmata? Ex part. 1. q. 4. Ref. 206. alias 207.

§. 1. Prima opinio asserit, non dissolui nisi per professionem. Sic Couarruias part. 1. de matrim. c. 5. n. 15. Nauar. in manuali, c. 22. n. 26. & alij, quia re vera non est textus, unde colligatur ante professionem dissolui, & aliàs ex natura rei non videtur dissolui, cum possit maritus egredi, & implere sponsalia.

2. Secunda opinio distinguit, scilicet quoad eum, qui in seculo remanet, sponsalia dissolui, non verò quoad illum qui Religionem ingreditur, quia si ille alter velit cum eo egrediente contrahere, teneatur. Ita Gabriel in 4. dist. 27. quest. 2. art. 10. q. 6. Rebellius lib. 4. quest. 8. sect. 6. & alij.

3. Tertia opinio est aliorum, qui docent sponsalia dissolui solo Religionis ingressu, quoad utrumque. Sic Toletus lib. 7. cap. 26. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 41. n. 1. & 5. cum aliis penes ipsam. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles.

4. Notandum est hic obiter, regulariter, & absolute loquendo licitum esse Religionem ingredi post sponsalia etiam iuramento confirmata, dissoluentur enim iuxta supradictas opiniones. Nec facit contra cap. commissum 16. de spons. ut fuscè illud explicat Basilius Pontius de matrim. lib. 12. c. 10. n. 9. & seq.

## RESOL. XXX.

An peccet, qui contraxit sponsalia, si suscipiat Ordines sacros?

Sup. hoc infra in Resol. 255. 156. & 257.



Et notatur votum suscipiendi sacros Ordines dirimere sponsalia, & licite post illa potest quis tale votum emittere? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 207. alias 208.

§. 1. **A**ffirmant Rebellius lib. 4. quest. 8. sect. 5. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 47. & alij; sed mihi contraria sententia magis placuit, semper enim quando contrahuntur sponsalia, videtur subintellecta conditio melioris status. Et quamvis propositum cœlibatus sit melioris boni, attamen, quia non est status melior, ideo non videtur subintellecta conditio cœlibatus. At clericalis ordo status est immobilis, & ideo ex ipsa natura rei subintelligitur ea conditio in sponsalibus. Unde dicendum est nullum peccatum committere eum, qui contractis sponsalibus ad sacros Ordines promovetur curat. Et ita docet novissimè Basilius Pontius de matrim. lib. 12. c. 11. n. 5. Sotus in 4. dist. 27. q. 1. art. 5. & Navarrus in man. cap. 22. num. 25.

2. Notandum est etiam hic contra Sanchez ubi supra, votum suscipiendi sacros Ordines dirimere sponsalia, & licite post illa potest quis tale votum emittere. Sic Pontius ubi supra, cap. 12. num. 3. qui citat Azorium. Non est tamen negandum opinionem negativam Sanchez esse probabilem.

3. Negativè responderet Sanchez de matrim. to. 1. lib. 1. disp. 46. num. 9. ubi etiam asserit post sponsalia, tale votum emittere illicitum esse.

4. Sed affirmativam sententiam docet Basilius Pontius de matrim. lib. 12. cap. 12. num. 4. ubi sic asserit. Quod attinet ad votum castitatis superueniens sponsalibus, nonnulli censent eo non dirimi sponsalia, neque eiusmodi votum post sponsalia licitum esse. Ego tamen existimo votum castitatis emissum post sponsalia esse validum, vel non; hoc secundum dicti non potest, ex eo quod fatetur idem Sanchez, voventem obligatum manere ad non petendum, & peccate contrahendo matrimonio. Si ergo validum est votum, non possunt sponsalia consistere, quia incompossibilis est obligatio absoluta voti cum obligatione sponsaliorum. Ita Pontius, qui responderat ad omnia argumenta Sanchez, cuius tamen opinio, quam etiam tenent Villalobos in summ. to. 1. tract. 12. diff. 12. n. 9. Coninch. de Sacram. disp. 23. dub. 3. concl. 1. n. 25. & Laym. in Theol. moral. lib. 5. tra. 10. part. 1. c. 2. num. 6. videtur etiam mihi probabilis, licet cum Pontio consentiant Suarez lib. 2. de voto, cap. 4. n. 13. Valquez opusc. de ref. cap. 3. §. 2. dub. 1. n. 17. & alij.

RESOL. XXXI.

An quando aliqui pro alio presentibus, & tacentibus contrahunt sponsalia, horum taciturnitas si signum sufficiens interni consensus? Et an hoc procedat, etiamsi parentes contrahant sponsalia coram filiis emancipatis, & spuris? Ex part. 3. tr. 4. Refol. 269. alias 270.

§. 1. **S**uppono eam taciturnitatem sufficere, quâdò illi ex horû mandato contrahunt. Secundo, certû est etiam quando parentes ita contrahunt pro filiis, horum taciturnitatem esse sufficiens signum consensus, & hoc habetur expressè in cap. unico, de spons. impuberum in 6. Difficultas est quando contrahit non pater, vel mater, sed alij. Prima opinio negat, & ita docet Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 22. n. 7. cum aliis, penes ipsum; quia in cap. unico, tanquam quid speciale hoc de parentibus statuitur. Et ita tenet novissimè hanc sententiam Molin. de risu nupt. lib. 1. compar. 61. num. 38. & Barbosa in collect. tom. 4.

lib. 4. sexti Decret. tit. 2. capit. unico, numero 12.

2. Secunda opinio affirmat, quam tuetur inter recentiores Basilius Pontius de matrim. lib. 2. cap. 14. num. 7. & illam non solum procedere in foro conscientie, sed etiam in foro externo esse amplectendam demonstrat.

3. Sed mihi opinio Sanchez magis placet, neque vrgit illa regula iuris, quod qui tacet consentire videtur: nam respondeo tacentem censeri consentire, quantum est in sui favorem, non verò in sui præiudicium, ut est in casu nostro. Non est tamen negandum sententiam Pontij esse probabilissimam, quam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 11. cap. 2. n. 6. iuncto comm. littera P. unde immeritò illam falsam vocavit Gutierrez de matr. cap. 13. num. 2. contra quem etiam teneo probabilè esse sententiam Egidij Coninch de Sacram. disp. 21. dub. n. 37. asserentis id quod prima opinio Sanchez asserit de patre, & matre, asserendum esse de tutoribus: secus autem de iis, quorum curæ illi non sunt ea ratione commissi, vide etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. n. 13. in fin. Et omnia si prædicta procedunt, etiam si parentes contraherent sponsalia coram filiis emancipatis, & spuris.

Sup. his tit. toribus in Ref. not. præteritæ à principio.

RESOL. XXXII.

An Tutor, vel Curator, si respondeat pro puella, valida sint in viro, que foro sponsalia, vel matrimonium, ipsa presente & tacente?

Et quia ius canonicum tanquam quid speciale id de parentibus asserit, queritur etiam an sufficiat signum consensus in sponsalia, vel matrimonium, si nomine filiorum persona extranea respondeat? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 21.

§. 1. **A**ffirmativè responderet Rebellius; part. 2. lib. 2. quest. 10. num. 8. ubi sic ait: Taciturnitas interdum sufficiens etiam est ad consensum exprimendum, ac ad eò si consensus sit de præsentibus, nec desint cætera, Matrimonium fiet: Si enim viro consensum exprimente, puella taceat, pro ea tamen pater, vel mater, vel alius puellæ curam gerens similem exprimendo consensum respondeat, silentium puellæ sufficit ad consensum exprimendum, ac proinde si illa de præsentibus consentiat, Matrimonium erit. Ita ille. Et hanc sententiam à fortiori tenent hi, qui asserunt sufficiens signum consensus in sponsalia, vel Matrimonium esse, si nomine filiorum persona extranea respondeat; ut sustinet Glossa, in cap. unico de sponsal. in 6. verb. Sponsalia. Hostiensis ab eadem Glossa allegatus, Imola, Geminianus & alij in d. cap. unico, & ex Theologis Ricardus in 4. dist. 27. art. 1. q. 2. Soto ibidem. q. 1. art. 4. vers. Præsent autem. Victoria in Summa, de Matrim. n. 250. Petrus Ledesma, quest. 45. art. 2. dub. 3. & alij quos referunt Sanchez disp. 23. num. 6. Gutierrez d. cap. 13. num. 2. versio. Unde glossa, quibus adde Basilius Pontius, de Matrimonio lib. 2. cap. 14. num. 7. quia æquè expressiva consensus filij, vel filie sunt verba externi iuncta præsentia, & taciturnitate, sicut verba parentis, immo magis, nam si puella velit contradicere, liberius id faciet coram externo, quam parente. Confirmatur; quia si verba extranei puella præsentis, & tacente, non essent de se sufficiens signum ad exprimendum consensum de præsentibus: Summus Pontifex in dicto capite Unico, non potuisset statuere, quod verba parentum pro filia sufficerent, cum contractus Matrimonij constare debeat consensu exteriori sufficienter expresso; ex eo quod est contractus

Sup. hoc in Ref. præteritæ à lin. 6. hoc est pro consensu in sponsalibus; sed pro isto consensu in matrimonio iplo, & præ omnibus contentis in hac Ref. infra in Ref. 53. per totam.

Sup. hoc leg. §. not. leg. & signanter in fine.

Sup. hoc supra in Ref. 28. Et tantum.

Sup. contentio in hac Ref. dempta vicima diff. in Ref. not. leg. Sup. hac diff. in Refol. seq. §. 1. paulo post initium, à vers. Et hanc sententiam.



residendo, ex cap. requiste. de sponsal. Imò & quando prudenter iudicatur frustra ferri excommunicacionem, ab illa est abstinendum. Ita Pontius, & Villalobos in summ. tom. 1. tract. 12. diffie. 19. n. 3. vbi ita ait. [Han de aduertit mucho los Puezes, quo no sean en este caso muy rigorosos, porque no hagan que se contraya el matrimonio por miedo que cayga en varon constante, que si esso ay: no aura nada y tambien, porque suelen tener estas fuerzas difficultosas las salidas.] Ita ille.

RESOL. XXXVI.

Quidam vir Nobilis contraxit sponsalia, & per multos dies causa delectationis osculabatur, & tangebatur sponsam. queritur, an peccauerit mortaliter? Et notatur dicta oscula, & amplexus esse licita, etiam, si preuisa pollutio sequatur, dummodo id faciant necessitate compulsi, & sine periculo consensu in pollutionem, cum inurbani, & austeri haberentur, nisi ita se inuicem oscularentur, & amplexarentur. Et an hoc quod dictum est de osculis, & tactibus, similiter, & multo magis dicendum est de colloquiis, & aspectibus, modo aspectus non sint valde impudici, vt partium verendarum, sicut in simili de tactibus? Etiamque aduertitur, quod sicut sponsi de futuro licita sint oscula, amplexus, & similes tactus cum sponsis suis, ita delectationes, & commotiones sensibiles, quæ ex cogitatis osculis, & amplexibus resultant, sed non ex aliis tactibus. Ex part. 2. tract. 17. & Miscel. 3. Ref. 36.

pollutio preuisa sequatur, dummodo id faciant necessitate compulsi, & sine periculo consensus in pollutionem, cum inurbani, & austeri haberentur, nisi ita se inuicem oscularentur, & amplexarentur. Hoc quod dictum est de osculis, tactibus, similiter, & multo magis dicendum est de colloquiis, & aspectibus, vt notat Nauarr. c. 6. n. 12. Sed limitat hoc Sanchez n. 54. modò aspectus non sint valde impudici, vt partium verendarum, sicut in simili de tactibus dixerat n. 52. Sed hanc limitationem impugnat Salas vbi supra sect. 26. n. 177. quia tactus verendorum libidinosi, maiorem habent affinitatem cum copula, quam aspectus libidinosi earum partium. Hæc Salas, sed an satis probabiliter, iudicent viri docti. Ex his patet responsio ad quaesitum.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. lege doctrinam ref. 17. & pro aspectibus conrectis in hoc textu in ref. seq. §. 1.

RESOL. XXXVII.

Improbatur quadam opinio pertinens ad sponsos de futuro; vbi docetur de sponsis de futuro esse permillum aspectum pudendorum. Et notatur non esse mortale in coniugis absentia propria verenda libidinosè tractare, si huiusmodi tactus ad illicitum actum non referantur. Et queritur, an quilibet tactus sint liciti, & quæcumque oscula inter coniugatos, etiam in partibus pudendis? Et docetur mortiferum esse virile membrum in os uxoris immittere. Ex part. 11. tract. 2. & Miscel. 2. Ref. 68.

§. 1. Iohannes Salas in 1. 2. tom. 2. quæst. 74. tract. 13. dub. 6. sect. 26. n. 117. docuit, sponsi de futuro esse permillum aspectum pudendorum; Ego dum legi hanc opinionem, improbabilem existimaui, & casum communicatus cum doctissimo concie nostro Patre Iosepho Augustino Societatis Iesv libenter in nostram sententiam iuit, quam nunc inuenio docere etiam Patrem Antonium Escobar in 2. editione Theolog. moral. tract. 1. Examin. 8. c. 3. n. 74. vbi sic ait; Salas pudendorum permittit aspectus, quia non tantam habent connexionem cum copula quam tactus. Ast ego semper hanc sententiam, ob commotionis immoderantiam, improbabilem iudicaui. Sanchez citatus ait licere oscula, & tactus externos, etiam si secutura pollutio præuideatur, dummodo ad sit iusta causa sponso, scilicet ad vitandam inurbanitatis, seu austeritatis notã. Porro alia ad sunt ablegandæ notæ huiusmodi documenta, & ideò illicitam esse dixerim tam obnoxiam periculo demonstrationem. Itaille; & quoad hoc vltimum contra Sanchez etiam ei ad hæreo.

Sup. hoc in ref. præterita §. vlt. à lin. 6. & vers. Hoc quod.

2. Nota tamen, Escobar vbi supra num. 73. existimare non esse mortale in coniugis absentia verenda propria libidinosè atrectare, si huiusmodi tactus ad illicitum actum non referantur, etiam si ad sit pollutionis periculum, quia licet non referantur actui, tamen ordinantur sua ex natura ad coniugalem actum. Et citat Ioann. Præpositum in 3. part. quæst. 6. de Bonis Matrimony dub. 26. n. 188 Sed Præpositus in dicto loco aperte dicit dictos tactus verendorum non esse mortale, si absit pollutionis periculum. Vnde ego puto illa verba in Codice amicissimi Patris Escobar fuisse scripta, & impressa errore amanuensis, vel impressoris: Et ideò vbi dicit, *Etiam si ad sit pollutionis periculum*, corrigere. *Et si absit pollutionis periculum*, nam alioquin dictam opinionem non admitto, nec illam Præpositus docuit.

Sup. hoc infra in Refol. 188. §. Ad tertium. & in ref. 189. 190. in Ref. 196. §. Sed maior. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Queritur sexto. prope finem, vers. nota etiam.

3. Idem Pater Escobar n. 66. querit an inter Coniuges quilibet tactus sint liciti, & quæcumque oscula, & affirmat ex Filliocio (nam Typographus ex

Sup. hoc infra in Refol. 191. & 196. §. vlt. post

G g errore

Sup. hoc infra in Refol. 38. & lege etiam refol. not. seq.

§. 1. Peccasse, respondit illi Theologus cuiusdam Religionis, nixus, vt ipse dicebat, auctoritate Rebellij ori. 2. lib. 3. q. 19. sect. 2. cui ego addebam Anton. Fernandez in exam. Theol. mor. part. 4. c. 2. §. 4. n. 4. & part. 3. c. 21. §. 1. n. 11. & nouissimè Rodriguez in summ. tom. 3. c. 102. n. 1. & Comitol. in respons. mor. lib. 4. quæst. 20. num. 4. & alios.

2. Sed contrariam sententiam profusus esse sustinendam puto. Dico igitur, quando tactus non sunt impudici, nec ad est periculum pollutionis, excusantur à culpa mortali inter sponsos de futuro, & ratio est clara. Quia sicut copula cohonestatur à matrimonio, ita sponsalia, quæ sunt via ad matrimonium, debent cohonestare hos tactus, & oscula, quæ sunt quædam inchoatio ad ipsam copulam. Et sic hanc opinionem probabilem vocat Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 8. n. 58. Bonacina de matr. q. 4. punct. 9. n. 6. & illam sequuntur Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 47. n. 49. Tolet. in summa, lib. 5. cap. 14. num. 4. Nauar. in manuali, cap. 14. n. 18. & cap. 16. n. 12. Reginaldus in praxi, tom. 2. lib. 22. cap. 1. n. 6. Caiet. in 2. 2. quæst. 154. art. 4. Molfel. in summa, tom. 1. tr. all. 4. c. 15. n. 4. & 5. Valent. tom. 3. disp. 9. quæst. 3. punct. 3. Salas in part. 2. tom. 2. quæst. 74. tract. 13. disp. 6. sect. 26. n. 174. Clauis Regia lib. 8. c. 6. n. 1. Granada in par. 2. contr. C. tr. 4. disp. 7. n. 4. Iac. de Grassis part. 1. decis. lib. 2. c. 82. n. 3. Lopez par. 1. instrust. cap. 54. & 75.

3. Notat etiam Salas, cum multis recentioribus, quod sicut sponsi de futuro, vt dictum est, licita sunt oscula, amplexus, & similes tactus cum suis sponsis, ita delectationes, & commotiones sensibiles quæ ex cogitatis osculis, & amplexibus resultant, sed non ex aliis tactibus. Ita enim Sanch. lib. 9. disp. 47. n. 6. aduersus Rebellium vbi supra. Et ratio est, quia illa delectatio est de obiecto licito, & tanquam præsens apprehenditur, & in præsentia est eis licitum. Ergo, &c.

4. Tandem nota ex Sanchez vbi supra disp. 46. n. 50. dicta oscula, & amplexus esse licita, etiam si

Tom. 1. I.

mediū, verū  
Et tactus, &  
in alia Ref.  
carum an-  
notationū,  
ad eius me-  
dium.

errore appositū Fagundez) licere, quoties non ad-  
est pollutionis periculum; sed ipse à piaculo veniali  
non excusat propter mollitudinem nimiam specia-  
tim in obscenis indicat. Et ego sententię patris  
Escobar adhareo; Aduerto tamen, quod Filiucius  
non dixit absolute dicta oscula licere, nec excusauit  
à peccato veniali, sed tantum à mortali, vt patet ex  
ipius verbis tom. 2. tract. 30. cap. 10. num. 195. sic  
enim ait; Oscula in partibus inhonestis à fortiori  
esse peccata mortalia, hæc enim in iis partibus non  
sunt, nisi ex amore libidinoso, & deprauato, &  
prædictè loquendo semper sunt oscula libidinoso in-  
ter non coniugatos. Inter hos autem etsi non sint  
censenda peccata mortalia, tamen increpandi sunt  
qui hoc faciunt, tanquam operis arguentis animum  
nimis mollem, & libidini deditum. Ita Filiucius.  
Itaque non dissentit ab Escobar, quibus adde Rocca-  
caful ubi infra.

Sup. hoc in-  
fra in Ref.  
184. §. Pe-  
nult. & ult.  
& in Refol.  
187. eusum  
ad medium  
§. 1. in Ref.  
188. breuif-  
simè in lin. 1.

4. Nota etiam dictum Patrem Escobar num. 67.  
asserere ex Fagundez, mortiferum esse virile mem-  
brum in os vxoris immittere; Ego hoc etiam olim  
docui, & nunc me citato docet Ioseph Roccaful in  
Praxi Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. de 6. præcepto  
Decal. cap. 2. num. 200. quia hoc non est simpliciter  
osculum pudendorum, sed quædam irumatio diuer-  
sæ speciei cum periculo consummandi præposere.

RESOL. XXXVIII.

An tactus, & oscula inter sponfos de futuro sint licita?  
Et an hoc non procedat inter sponfos de futuro sub con-  
ditione, si Papa dispensauerit?  
Et an impetrata dispensatione, licet non sit ratificatus  
prior consensus ille, liceat illis amplexus & oscula eo  
modo, quo licet sponfis de futuro? Ex part. 4. tract. 4.  
& Misc. Ref. 131.

§. 1. Negatiuè respondet Io. Franciscus Suarez  
in enchir. cas. consc. lib. 7. ver. luxuria. §. of-  
culum, & tactus, & Galpar Hurtado tract. de matrim.  
disp. 10. diff. 10. n. 48. quia ex vna parte grauius op-  
ponuntur castitati, & ex altera nondum est matri-  
monium, quo possunt excusari, qui à sponsalibus  
excusari non possunt, quia sponsalia, quamuis sint  
inchoatio quædam matrimonij, & prædicti tactus  
tantum sint inchoatio quædam copulæ coniugalis,  
non sufficiunt ad eos excusandos, quia inchoatio  
contractus non sufficit ad excusandum vsum rei de  
qua est contractus, quamuis solum inchoatum &  
imperfectum, quia quovsque contractus est perfe-  
ctus, non traditur dominium rei; qui autem non-  
dum dominus rei, nullatenus adhuc imperfectè po-  
test ea vti, vt pote adhuc aliena, quamuis iam sibi  
promissa. Ita Hurtado, cui adde alios, quos citavi in  
part. 2. tract. 3. miscell. refol. 6.

Que hic est  
supra Refol.  
36. & lege  
aliã ref. eius  
secundæ not.

2. Sed ego, ibi, & merito, contrariam sententiam  
docui, cum multis Doctoribus, quibus nunc addo  
Petrum Ochagauim de Sacram. tract. 1. de matrim.  
quest. 1. num. 15. & Syluium in 2. 2. D. Thom. q. 134.  
art. 4. conclus. 7. & Villalobos in summ. tom. 1. tract. 12.  
diff. 16. num. 2.  
3. Notandum est tamen, hoc non procedere in-  
ter sponfos de futuro, sub conditione, si Papa dis-  
pensauerit, his enim non sunt licita tactus & oscula,  
quæ sponfis de futuro permilla sunt, ex ratione, quã  
adducit Sotus in 4. disp. 19. quest. 2. art. 1. & Sanch. de  
matr. 10. 1. lib. 5. disp. 1. n. 38. & alij penes ipsum, qui-  
bus adde Salas in 1. 2. D. Thom. q. 78. tract. 13. disp. 6.  
sect. 26. n. 177. Molfesum in summa 10. 1. tract. 4. c. 15.  
n. 13. Villalobos ubi supra n. 1. Ludouic. de San luan

in summa tom. 1. quest. 1. art. 8. de Sacram. matr. disp. 13.  
at impetrata dispensatione licet non sit ratificatus  
prior ille consensus, puto licere illis amplexus & oscu-  
cula, eo modo quo licet sponfis de futuro, quia tanquam  
illa sunt vera sponsalia, vt optime obseruat, & tenet  
Sanchez loco cit. n. 39. & Præposit in 3. par. D. Thom.  
quest. 3. de Sacram. matrim. dub. 8. num. 95.

RESOL. XXXIX.

An si sponsa de futuro, vel vidua carnaliter delectetur  
de copula præterita, & futura; peccet mortali-  
ter?  
Et cur sim docetur viduam non peccare mortaliter, si  
obortum cogitationem copulæ carnalis ex marito  
de functo eam approbet voluntate; & si etiam  
dicendum de sponsa circa copulam carnalem futu-  
ram, & coniugalem, si eam, vel desideret, vel sim-  
pliciter voluntatis affectione approbet, quod alio exten-  
dant ad omnem voluntatis affectionem, etiam sim-  
pliciter complacentia concepti a ex cogitatione concu-  
bitus cum muliere, si vxor esset. Ex part. 1. tract. 9.  
& Misc. 1 Refol. 2.

§. 1. Negatiuè respondet Alphonsus Curiel in  
part. 1. D. Thom. quest. 74. art. 3. dub. 3. & alij  
Herrera de peccatis disp. 3. §. 9. 13. Victoria, quem re-  
fert, & sequitur Medina in part. 2. q. 74. art. 3. Thom.  
ibid. disp. 4. dub. 3. & alij recentiores. Et ratio est  
Curiel, quia delectatio carnalis in vidua consequitur  
ad actum, qui fuit licitus, & delectatio spiritus naturæ  
actus, ad quem consequitur. Ergo, &c. Denique vidua  
non delectatur de libidine præterita, sed de libidine  
in memoria, hoc est, de præterita, vt præterita, &  
militer sponfus, non de libidine præterita, sed de fu-  
tura copula delectatur. Ergo, &c. Et hanc sententiam  
probabilem esse docuit Corduba in 99. lib. 1. quest. 23.  
dub. 19. & alij; vide etiam Valentiam tom. 4. disp. 6.  
quest. 4. punct. 4. Sa verb. luxuria. n. 13. & Syluium  
verb. delectatio. quest. 3. cum Salas in part. 1. tract. 13.  
disp. 6. sect. 30. num. 201.

2. Ego tamen contrariam sententiam teno cum  
DD. quos citat & sequitur Bonacina de mar. quest. 4.  
punct. 8. n. 3. quibus ego addo Emanuelem de Valle  
de Moura opusc. 1. de Enfal. & Incant. lib. 2. cap. 18.  
n. 14. Castrum Palaum tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 10.  
§. 2. n. 7. Malderum in part. 2. q. 74. art. 10. Monte-  
finum in part. 1. tom. 2. quest. 74. art. 8. quest. 6. n. 103.  
Martinez in part. 2. tom. 2. quest. 74. n. 8. part. 1. tract. 2.  
Elef. dub. 3. concl. 7. Villalobos in summa tom. 2. tract. 4.  
dub. 17. n. 3. Philarchum de offic. Sacram. tom. 1. part. 1.  
lib. 4. cap. 18. Filiucium tom. 1. tract. 10. c. 9. num. 359.  
Layman in Theol. moral. lib. 1. tract. 3. cap. 2. num. 14.  
Tannerum in part. 2. disp. 4. quest. 8. n. 13. & Basilium  
Pontium de matr. lib. 10. cap. 16. §. 2. n. 30. & 11. Et ra-  
tio est, quia sicut actus externus veneris, respectu  
sponsæ, aut viduæ non est licitus, ita neque est licita  
delectatio, quæ de illo actu capitur non constare  
matrimonio. Et ira etiam hanc sententiam præter  
DD. citatos, tenet Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 358. 10.  
& Vasquez in part. 2. disp. 114. num. 3.

3. Notandum est tamen, hoc non peccare mortaliter, si obor-  
tatis docent, viduam non peccare mortaliter, si obor-  
ta cogitatione copulæ carnalis cum marito defun-  
cto, eam approbet voluntate, & sic dicendum præ-  
teritæ de sponso circa copulam coniugalem fuerunt,  
si eam vel desideret, vel simpliciter voluntatis affectio-  
ne approbet, quod Sanch. in summa tom. 1. lib. 1.  
cap. 2. num. 33. & alij extendunt ad omnem volun-  
tatis affectionem etiam simpliciter complacentiæ  
conceptæ

concepta ex cogitatione concubitus cum muliere, si vxor esset; sed hanc sententiam in praxi non audeo consulere Laym. in Theol. moral. lib. 1. tract. 3. c. 2. n. 13. & ego similiter; & illam nouissimè reprobatur Calstr. Palau. tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 10. §. 2. num. 6.

4. Dicendum est igitur absolute non esse licitam viduis delectationem ortam ex cogitatione copulae habitae tempore matrimonij, neque sponis de futuro delectari de copula habenda tempore coniugij, vnde licet Valentia ubi supra, tom. 4. disp. 6. quast. 4. punct. 4. per se loquendo, teneat primam sententiam, attamen postea sic asserit. Quoniam motus saltem concupiscentiae faciliè excitatur, cum illa delectatio in animo haeret, crediderim propter periculum consentiendi directè, aut indirectè in aliquam concupiscentiam mortalem, plerumque talem delectationem de actu praeterito coniugali in vidua esse mortale peccatum; aut enim grauis mulier est, & pia, aut leuis. Si est grauis, & pia, non admittet, vel certè non fouebit eiusmodi delectationem in animo; sin autem leuis est, magno periculo sese exponit, propter rationem dictam, itaque peccat mortaliter. Hac Valentia.

RESOL. XL.

An non obstante copula violenta intra bimestre possit sponsa, quae vim passa est, contrahente viro, ad Religionem transire?

Et an possit talis femina, quae in dicto casu, vim patitur, incontinenti conari ad semen emittendum iam receptum? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 24. alias 242.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Thomas Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 21. n. 6. cum aliis penes ipsum, quibus adde Emanuellem Sa. ver. mat. n. 17. quia sponsus grauem intulit iniuriam cum non haberet ius copulam extorquendi ante bimestre concessum; ex cap. ad nostram, de emp. & vend. cap. tua, de clericis non resid. cap. sedes, de rescript. cum multis similibus, quae congerit Tiracuellus de retract. lign. §. 3. glossa 9. n. 68.

2. Sed opinio contraria praeter alios multos tenet nouissimè aduersus Sanchez Basilius Pontius de matrim. lib. 9. cap. 10. nam. 3. quia iam matrimonium consummatum est, & iura sine distinctione loquuntur, quare vbi ius non distinguit, nec distinguendum est, nisi turpitudine sequatur. Non ergo potest talis femina inuito viro ad Religionem transire. Ceteras rationes videbis apud praefatum Pontium ubi supra, qui num. 4. inuehitur etiam contra Sanchez loco citato, n. 22. asserentem posse talem feminam, quae in isto casu vim patitur, incontinenti conari ad semen emittendum iam receptum, quia tunc inquit, semen non habet pacificam vasis possessionem. Sed ait Pontius, si dum reluctatur femina, euenit, vt semen effunderetur extra vas, illam ego à peccato liberam iudicarem. At semel effusum semen, atque receptum, cuius nullus alius vsus est, nisi in ordine ad generationem, emittere turpissimum est. Neque verò, quia femina posset, dum vim patitur, virile membrum extrahere, ideo potest & semen iam receptum emittere, nam aliud est impedimentum apponere, dum quasi in via est ad consummationem violentus aggressor; aliud verò semen eicere, cum iam ad finem peruentum est, & consummatum matrimonium, vt satis constat. Et denique inquirendum est à Sanchez, quo sine honestari possit ea eicere seminis; nam vt ea honestari possit, necessarium esset, vt duo concurrerent praecipua, vnam

Tom. II.

efficacius alio; hic autem concurrat praecipuum naturale non eiciendi semen, cum consilio suscipiendi habitum religiosum. Quomodo ergo potest illa effusio honesta reddi? Hac omnia Pontius loco cit. contra Sanchez, cuius sententiam principalem positam in titulo quaestionis his non obstantibus, tenet nouissimè Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 6. num. 3. Vide etiam Villalobos in summ. tom. 1. tract. 13. diff. 13. num. 5. hanc quaestionem tractantem.

RESOL. XLI.

An sponsa per vim oppressa à sponso ante bimestre possit semen incontinenti expellere?

Et an intra bimestre possit maritus uxorem inuitam cognoscere, absque peccato mortali dato, quod de ingredienda Religione non cogitet?

Et an, qui non cogitat ingredi Religionem, statim ac sit contractus, teneatur reddere alteri debitum.

Et notatur, quod quantum transierit bimestre ante consummationem, volenti ingredi Religionem irrogari iniuriam, si vi comprimatur ad consummationem, quando statim ac ab ipso petitur debitum, vult Religionem ingredi, quia ei licet ingredi statim. Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 18.

§. 1. Affirmatiuam sententiam, tanquam probabilem, admittit Sanchez de matr. to. 1. lib. 2. disp. 25. n. 17. ea communi doctrina, quam amplectuntur, Sotus lib. 5. de iust. quast. 1. art. 8. versic. De bonis autem. Bañes 2. 2. quast. 64. art. 7. dub. 3. ad 2. Aragonius art. 7. fol. 382. §. In hac difficultate explicanda. & ibi Salonijs controuers. 2. §. Ex his sequitur. Manuel. 1. tomo Summae. 2. editione, cap. 136. n. 15. ex doctrina, inquam, quae habet, licere priuata auctoritate furem incontinenti, vbi furtum arripuit, antequam in loco tuto constitutus sit, percutere, & eam reputari defensam: similiter ergo reputabitur defensa, cum incontinenti, & statim, ac semen receptum est, femina vim passa expellit, secus quando iam semen habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum: tunc enim non erit defensa, sed intrinsecè malum. Et confirmatur: quia posset femina illa vim passa, quocumque tempore membrum virile extrahere, si posset, quamuis semen effundendū esset, non enim teneret id pati: ergo incontinenti ac effusum est, potest similiter expellere: quia, cum nondum semen habeat pacificam vasis possessionem, adhuc quasi in fieri, & in ipsa effusione reputatur esse. De sponsa autem de praesenti per vim cognita, id non affirmarem: quia iniuria est multò leuior, nec infamiam patitur, & damnum non est addo grane. Nec de femina per metum cognita, quia copula fuit voluntaria; & cum peccato admissa. Ita Sanchez.

2. Sed aduersus illum acriter insurgit Magister Taxeda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 124. Quia expellere semen intra vas constitutum, est intrinsecè malum, vt pote contra naturam ordinantem semen illud ad prolis generationem: ergo ex nulla causa honestari potest. Secundo, quia ex illo semine viri intra vas feminae deciso, potest oriri proles: ergo vxor illud expellens peccat contra iustitiam, irrogans proli maximam iniuriam. Tertio, quia quando semen iam habet possessionem; & est quasi in loco tuto constitutum, nequit vxor vi oppressa illud expellere: ergo neque quando statim, & incontinenti decisum est. Antecedens conceditur à Sanchez; Sed euidenter probatur consequentia: quia semè ià decisum intra vas feminae, in quoque loco sit, siue na-

Gg 2 pē

Sup. hoc in Ref. praeterita §. 2. pauld post initium, à vers. alleterem polle, & in to. 5. tr. 6. ex doctrina Ref. 32. prope finem, à vers. vbi tamen:

Sup. hoc in Ref. seg. & in tom. 5. tr. 6. ex doctrina Ref. 32. prope finem, à vers. Vbi tamen.

per sit decifum, five aliqua mora fit elapfa, habet eandem vim, & operatur eundem effectum, fimò refpectu matricis, qua recipit, & habet virtutem attrahendi illud, parum refert, quòd parum, vel paucum difter à loco tutò: nam experientia teftè inveniunt eflè, fœminam virginem in balneis, matrice attrahente fœmen ibi cafu decifum, abfque apertione clauftri concepiffe. & idè multò certius concipiet vxor, ftatim ac incontinenti fœmen per carnalem copulam intra fuum vterum recepit. Deinde illa iniuria repulfio, extrahendo à vafe fœmen receptum, vt iniuriam repelleret fibi à marito factam, qui intra bimeftre opreffit illam, non tendit contra maritum iniuriantem, dato cafu, quòd talis iniuria effer vxori illata, (quod tamen non credo): fed contra prolem innocentem ex fœmine illo generandam, & idè eflè iniufta: nemo enim potefl repellere iniuriam fibi factam, iniuria afficiendo eum, qui talis iniuriæ nullo pacto caufa efl. Ad argumentum adductum à Sanchez refpondet poftèa Texeda n. 128. cuius fententiæ ego libenter adhareo.

Sup. hoc lege Ref. not. feq. & ex eorum doctrina inferre potes, quid pro hac dif. fic. fentire debeas.

3. Sed hîc oritur quæftio, an intra bimeftre poffit maritus vxorem inuitam cognofcere abfque peccato mortali, dato, quòd de ingredienda Religione non cogitet. Et negatiuè refpondet Gloffa in cap. Coniuges. 2. q. 2. verb. Primum. Sylueft. verb. Debitum. q. 1. caufa 4. Rofellam *ibid.* n. 2. Armilla n. 5. & plures referens Sanchez *lib. 2. dif. 24. n. 15.* Poncius *lib. 9. c. 9. n. 7.* Sed ego contrarium puto. Dico igitur, maritum vxorem comprimentem intra prædictum tempus bimeftre, non peccare mortaliter: quia à tempore initi matrimonij rectè, & benè habet ius in corpus fœminæ vxoris fuæ: ergo illa vtendo vi, non peccat mortaliter. Antecedens conceditur ab omnibus, & confequens ofendo: quia nemo vtendo re propria, & iure fuo peccat: etfi aliquibus fequatur iniuria.

4. Obicitur: Intra illud bimeftre poterat fœmina illa, Deo infpirante, deliberare de meliori ftatu, & ad Religionem tranfitum facere: ergo vir vi opprimens vxorem, & auferens ab illa poteflatem iftam, peccat mortaliter. Refpondeo, quòd in textibus à Sanchez adductis non imponitur præceptum, vt coniugati per bimeftre abftineant à copula: fed duntaxat permittitur illis, vt intra bimeftre poffint abftinere, vt deliberent de meliori ftatu, atque ita nulum præceptum maritus tranfgreffus efl.

5. Nec obftat dicere, quòd illud bimeftre non folum conceditur, vt cogitâs de ingreffu Religionis poffit interim de eo deliberare; fed etiam vt interim præparet neceffaria ad folemnitatè nuptiarum; ac vt fponfus eò chariorem habeat fponfam, quòd diutius eam defiderauit. Nam refpondeo negando, bimeftre ob alias caufas concedi in iure: etenim, eum ius exprefse det rationem, cur eos duos menses cõcedat, fine fundamento alias rationes excogitamus. Et certè cum fponfalia foleant præcedere matrimoniũ, facile interim neceffaria ad folemnitatem præparari poffunt, vt etiam communiter fit; & diuturnior negatio fponfæ potefl facile fieri ante cõtractas nuptias. Quare concludendũ efl, eum, qui non cogitat ingredi Religionè, ftatim ac fit contractus, teneri reddere alteri. Et idè hanc fententiam contra Sanch. præter Texedam *vbi fuprà*, n. 130. tener etiam Caft. Palaus *ro. 3. dif. 3. punct. 2. §. 5. n. 7.* Coninch *de Sacr. dif. 26. dub. 4. n. 46.* & Marr. Perez *de matr. dif. 20. fecl. 5. n. 12.* qui etiã optimè notat, quòd quamuis tranferit bimeftre ante confummationem, volenti ingredi Religionem irrogari iniuriam, fi vi comprimat ad confummationè, quando ftatim ac ab ipfo petitur debitam, vult Religionem ingredi, quia ei licet ingredi ftatim. Nã, quantumcũque tempus elapfum fit à matrimonio

Sup. hoc in duabus Ref. feqq. quæ tamen ambæ funt fub vno tantũ num. Ref. 42.

contracto, modò non fit confummatus, five iure, five iniuria id contigerit, vtraq; pars habet ius ingrediendi Religionè, modò id ftatim faciat. Concludendum efl igitur, vt probaui, hoc bimeftre folum conceditur coniugatis, qui animũ habent Religionis capere, de Ducor: quia à puncto contracti matrimonij tenentur coniuges fibi inuicem reddere debitum, nifi iure pontificio ob bonum Religionis aliquo tẽpore hæc obligatio fufpendatur. At nullis aliis coniugatis inuenitur fufpenfa, nifi iis, qui de Religionis ingreffu tractat, vt conflat ex cap. *Ex publico de conu. conu. gat.* vbi hoc bimeftre, & non alibi inuenitur conceffum: ergo, &c. Non nego tamen fententiam Sanchez Poncij, & aliorum fuam habere probabiliteram.

R E S O L. XLII.

An fi alter coniux non cogitat intrare Religionem, poffit adhuc duobus primis mēfibus non reddere debitum, alteri petenti?

Et in dicto cafu, quãdo qui ante matrimonij confummationem vult Religionem ingredi, profelfio poffit emitti ante annum probationis exactum, & intra dictum bimeftre? Ex part. 4. tract. 4. & Milic. Rel. 131.

§. 1. Negatiuè refpòdet Coninch *de Sacr. dif. 26. dub. 4. concl. 1. n. 46.* Hurtado *mal. de matr. dif. 8. diff. 8. n. 29.* & alij, quia ex vna parte ius ac ius fit contractus matrimonij, traditur dominium corporis alteri, & ex altera parte in *c. 7. de conu. conu. gat.* tantum conceditur tempus cogitanti & volenti ingredi religionem vt ingrediatur; ergo qui non cogitat ingredi Religionem ftatim ac fit contractus, tenetur reddere debitum alteri petenti.

2. Verũ affirmatiuam fententiam docet Præpofitus in 3. part. *vbi infra*, Sanchez *tom. 7. lib. 2. dif. 24. num. 5.* & poft illum Baillius Pontius *de matrim. lib. 9. cap. 9. num. 7.* vbi fit ait: Obferuandum efl eius temporis fpatio poffe vti coniugis, etiam non habeant animũ ingrediendi Religionem, ea enim tempore non tenetur alter alteri reddere debitum, fed licitè negat. Ita ille, & hanc fententiam probabilè eflè fateatur Coninch *vbi fuprà*.

3. Sed hîc obiter oritur difficultas, an in fupradicto cafu, quando quis ante matrimonij confummationem vult Religionem ingredi, profelfio poffit emitti ante annum probationis exactum, & intra dictum bimeftre? Affirmatiuè refpondet Nauarrus *c. 16. n. 27. ex dif. c. 7.* vbi obligatur coniux intra dictum tempus ad Religionem tranfite, vel ad coniugium redire: petranfite autem ad Religionem intelligi videtur profiteri, quia in *c. 14. eod. m. titulo* fupponitur tranfitu ad Religionem diffolui matrimonium, & tamen non diffoluitur ingreffu, fed profelfione, ergo, &c. & hanc fententiam probabilè eflè, etiam vbi Concilium Tridentinum efl receptum, tenet Ioannes Præpofitus in 3. part. *D. T. loma 9. §. de indifolubilitate matrimonij, dub. 6. n. 47.* Sed ipfe cum communi Doctorum fententia contrarium docet, nempe coniugem bimeftri completo non teneti profiteri, fed fatisfacere ingrediendo Religionem, & tempore folito profitendo; vide Sanchez, Baillium, Coninch & Hurtado locis citatis.

Sequitur fub hoc eodemque numero Ref. 42. eadem quæftio, videlicet, an coniux, que non intendit Religionem ingredi, tenetur intra bimeftre reddere debitum alteri petenti?

Et notatur, quòd fi fponfa duodennis intra bimeftre tranfeat ad Religionè, tenetur fponfus fpeculare vfu ad annum sextum decimum fponfæ, donec proficiat.

ANTON  
Opera  
Tom. 10  
E III

tur; & si intrat in Religionem S. Francisci de Paula usque ad annum decimum octavum. Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 24 alias 22.

Sop. hoc in annotatione præterita.

**§. 1.** Affirmatiuam sententiam docet Bordonus in *Miscellaneis* decis. 244. Quia per Matrimonium ratum statim transfertur dominium corporis in alterum Coniugem; maximè posita voluntate non ingrediendi Religionem. Tùm quia priuilegium per non vsum perditur, Gloss. cum Doctor. in cap. Cum venissent. de Constitur. Tùm quia cessante causa cessat effectus, ex vulgatis iuribus; causa illius bimestris est, vt Coniux deliberet, an velit ingredi Religionem, sed non vult ingredi: ergo illud bimestre cessat. Tùm quia ad pendendum illud priuilegium bimestris sufficit, semel deliberasse non ingredi, ne sit nimis molestus parti; sicut enim possibile est, quod animus non ingrediendi potest mutare in melius, ita etiam esse potest, quod de meliori in minus mutet, redeundo iterum ad primum propositum; idèd ne sit Coniugi alteri otiosus, & videatur abuti priuilegio, prudentius est asserere, priuilegium illud euanescente per primum propositum non ingrediendi Religionem.

2. Sed alij penes Sanchez cum ipso negant; quorum sententiæ tanquam probabiliori accedo; & tenet nouissimè Leandrus de Sacram. tom. 2. tr. 11. §. 9. disp. 5. quæst. 25. qui etiam quæst. 23. docet hoc bimestre ad deliberandum de Religionis ingressu continere omnes, & solum illos dies, quo menses qui tunc iuxta temporis occasionem, vt in calendario occurrunt, continent. Ex quo fit, non posse determinatè definiti quot dies, & non amplius debeat bimestre continere; cum ex dictis constet, posse fieri, vt alicui plures dies, alteri pauciores contingant. Nam si verbi gratia, quis Matrimonium contraxit prima die Ianuarij, habebit solummodò quinquaginta, & nouem dies ad deliberandum de Religionis ingressu, propter eos duos menses longiores. Et nota hanc resolutionem esse valde vtilem ad sciendum, quando coniuges negantes sibi debitum peccent: & quando si sponsus cogat sponsam, non possit illa amplius Religionem ingredi.

3. Et tandem hæc obiter animaduerte, quod si sponsa duodennis intra bimestre transeat ad Religionem, tenetur sponsus expectare vsque ad decimum sextum annum sponsæ, donec profiteatur; & si intraret in Religionem Sancti Francisci de Paula, vsque ad annum decimum octavum; vt bene aduertit Basiliius Pontius, de marr. lib. 9. cap. 9. n. 2. & 3. Henriquez lib. 12. c. 5. num. 8. lrr. E. notat sic fuisse decretum in Regia Cancellaria Vallisoletæ, in quam ite-

RESOL. XLIII.

An filij nati ex fornicario concubitu habito à sponso, vel sponsa de futuro, sint naturales an spurij? Ex part. 9. traç. 7. & Misc. 2. Ref. 70.

**§. 1.** Contra Sanchez, esse spurios, constanter affirmat Texeda in *Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tr. 3. contr. 1. num. 33.* quia illa fornicatio, quamuis non sit adulterium perfectum, est tamen imperfectum: nam sponsa de futuro nõ est soluta, sed desponsata, id est, alteri fide astricta, cui reuera promisit fidelitatem seruare, à qua recedere fas non est, neque durante eo statu potest ad nuptias transire: & idèd filij ex eo nati adulterini sunt; loquendo de adulterio imperfecto: & propterea, quia attentio iure canonico, soli illi filij dicebantur naturales, qui ex vna concubina

Tom. 14

domi retenta procedebant; inter quem, & inter quam tempore conceptionis, aut natiuitatis filij nulum erat impedimentum ad contrahendum, vt decidit Innocentius III. in cap. Nisi cum pridem. §. Persona. de renunc. & affirmat Menoch. de arbit. lib. 1. cons. 4. casu 396. & Salyc. in *Praxi crimin. cap. 14. part. 35.* Anton. Gomez lib. 11. *Tauri, num. 91.* ergo, si inter sponsam, & riualem suum erat impedimentum ad contrahendum, filij ex eo concubitu nati, sunt illegitimi.

2. Obicit Sanchez: Tempore conceptionis poterant parentes, sponsalibus non obstantibus, matrimonium validè contrahere, quamuis non absque culpa: ergo filij nati ex sponsis de futuro per fornicationem sunt naturales. Respondetur, sufficere sponso habere impedimentum, vt ad nuptias transire non possint, vt filij nati ex illis, per copulam fornicariam nasci dicantur, & sint adulterini; & idèd l. Si vxor. in princip. ff. ad leg. de adulter. conceditur facultas sponso, vt possit accusare de adulterio eubantem cum sponsa de futuro: ex quo constat, talem concubitu esse adulterinum, imò si sponsus de futuro reperiret Clericum cum sponsa sua de futuro, quamuis illum percutiat; liberatur ab incurfione excommunicationis, vt ibi dicitur: quia in ea fornicatione cum sponsa de futuro reperitur enormis iniuria sponso illata; & illa fornicatio potest dici alieni thori violatio.

3. Sed, his non obstantibus, ego sententiæ negatiuæ, quam docet Sanch. adhaereo, cui etiam adheret Coninch de Sacram. disp. 22. dub. 1. n. 7. Guttier. de marr. cap. 1. n. 22. & Castr. Palaus tom. 6. disp. 1. punct. 7. n. 10. Basil. Pontius lib. 11. c. 2. n. 7. Molina de iust. tr. 2. disp. 167. & alij. Quia sponsalia de futuro solum impediunt, ne licitè matrimonium celebretur; at celebratum non annullant; & consequenter filius procedit ex habilibus ad validè matrimonium contrahendum. Ergo est naturalis, & non spurius.

4. Nec obstant rationes contrariæ: nam, esto, illius filius ex coitu sacrilego sit genitus, & ex parentibus impeditis ad legitime contrahendum: quia tamen sacrilegium illud, & illud impedimentum non annullant matrimonium contrahendum; ea de causa filius inde genitus non est spurius. Cum verò lex Tauri disponit, filios naturales debere procedere à parentibus, inter quos iustè absque dispensatione matrimonium esse poterat, verbum illud, *iuste*, intelligi debet, id est, *validè*. Præterea, non solum ex solutis, sed etiam ex matrimonio ligatis, potest filius illegitimus nasci: si enim parentes impediti essent petere, neque obligati reddere, vt contingere posset, cum alter illorum Professionem in Religionem emisserit ex alterius consensu, & in illo statu filium procreassent, illegitimus, & spurius reputandus esset: quia procedit ex coitu sacrilego, & à personis aliàs inhabilibus ad validè contrahendum, si de facto matrimonium non esset contractum. Sic post alios antiquiores Azorius 2. part. *Instit. moral. lib. 2. cap. 6. §. 8. circa finem.* Suarez tom. 5. de *irregular. disp. 50. sect. 2. n. 5.* Sanchez, alijs relatis, lib. 9. de marr. disp. 8. m. 5.

RESOL. XLIV.

An sponsalia inter impares valeant, vt inter faminam nobilem, & virum ignobilem?

Et an, quando ex matrimonio contrahendo scandalum timetur, inter consanguineos, debeat index illud impedire?

Idem est dicendum, quando est timor probabilis pessimi exitus, vt adq. capitalis inter ipsos contrahentes.

G B 3

E 2

Ex quibus colligitur posse Patrem impedire sponsalia filij, vel filia contra eius voluntatem inita, interveniente gravi scandalo, non vero alias. Ex part. 9. tract. 7. & M. sc. 1. Ref. 71.

Sup. hoc infra ex Ref. 13 §. lege doctrinam à medio eius §. Nota tamen.

§. 1. **A**ffirmatiuè ex Molina, & aliis, respondet Sanchez de matrim. 10. 1. lib. 1. disp. 14. n. 2. Quia, cum contrahens sit dominus rei promissæ, & conscius notabilis excessus; videtur velle liberè cedere iuri suo, & excessus donationem facere. Et idèd quamvis puella nobilis, & diues malè faciat sponsalia contra patris voluntatem cum ignobili, aut paupere contrahendo, èd quòd exequutio esse nequeat sine aliorum scandalo, & ipsius puellæ dedecore, & ita prodigè, & cum peccato promiserit; tenet tamen sponsalia; & neminem video audere affirmare oppositum, èd quòd est contra Ecclesiæ praxim huiusmodi fidem seruare cogentis.

2. Sed aduersus Sanchez insurgit Texeda in Theol. moral. tom. 2. tract. 1. n. 79. [Quia, ait ille, femina illa cum tanto dedecore patris, & propinquo rum scandalo implere non tenetur promissionem, neque matrimonium exequi: quia iustitiæ virtus obligare non debet ad actum, qui sine peccato impleri non potest; qualiter interuenit, si puella illa tam nobilis, cum tam inæquali viro matrimonium contrahat eum tanto scandalo, & propria ignominia & patris mœtore. Quare dicendum est, quòd quamvis doctrina à nobis tradita vera sit, & sponsalia clandestina de futuro post Concilium Tridentinum sint valida, & obligationem inducant implendi: nihilominus patitur exceptionem, quando ex matrimonio contracto oritur graue scandalum, & ignominia alterius contrahentis: quod quidem colligitur expressè ex cap. Cum in tua, de sponsal. ubi agitur de fama, & scandalo, ubi Gloss. verb. Scandalo, & Abbas ibi n. 4. dicunt, quando ex matrimonio contracto scandalum timeatur inter consanguineos, debere Iudicem illud impedire: quapropter benè potest pater matrimonium filij impedire contra eius voluntatem, quando ex illo timeatur scandalum, discordia, & inter parentes odium, & inimicitia, ob indignitatem, & vitiatem; vt ita dicam, sponsal. ] Hæc omnia Texeda.

3. Sed non benè inuehitur contra Sanchez: nam Sanch. n. 3. vt legentibus pater, limitauit suam sententiam in casu, de quo loquitur Texeda, nempe, si scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeatur. Quia virtus iustitiæ obligare nequit ad actum, qui sine peccato impleri non potest: sed contrahere matrimonium cum magno illo scandalo, est apertè lethalis culpa, cum notabiliter charitas proximi lædatur, dissoluatur parentum pietas, & cognatorum amicitia: ergo, &c. Vnde, vt dixi, non debebat Texeda Sanchez impugnare. Cuius sententiam sequitur etiam Mart. Perez de matr. disp. 5. sect. 3. n. 2.

4. Nota tamen, quòd cautè considerandum est hoc scandalum: non enim quodcumque sufficere: sepe enim vanæ iniactantur, terroresque opponuntur, & discordiarum pericula intentantur, quæ tamen, experientia teste, statim ac cessat ille impetus, & matrimonium celebratur, in nihilum recidunt, facileque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas. Idem dicerem, quoties est timor probabilis pessimi exitus, vt odij capitalis inter ipsos contrahentes. Et ita docet Menochius vol. 1. conf. 1. n. 66. Guttierrez in qq. can. lib. 1. cap. 20. num. 23.

5. Ex his collige, posse patrem impedire sponsalia filij, vel filia, cõtra eius voluntatè inita, interveniente prædicto graui scandalo, non verò aliàs: quia, cum filius teneatur fidè seruare, non potest pater tuta conscientia impedire, ne filius exequatur, quod debet.

## RESOL. XLV.

An Pater teneatur dotare filiam, etiam si aliunde habeat dotem competentem?

Et si supponitur tanquam certum, Patrem teneri dotare filiam.

Et an pater teneatur filiam emancipatam dotare? Et an Pater teneatur dotare filiam iam nuptam, que nupsit, inconsulto Patre, viro digno, & etiam quando nupsit viro indigno?

Et notatur Patrem teneri ad secundam dotem conferendam filia, priori amissa, quod intelligi, quod inferendum nabit. Ex part. 11. tract. 4. & M. sc. 4. Ref. 13.

§. 1. **S**uppono tanquam certum, Patrem teneri dotare filiam, & pater ex leg. 19. ff. de ritu nupt. l. final. Cod. de dot. promiss. §. neque enim leges, docet Molina disp. 424. Reb. lib. 5. q. 4. n. 1. & alij.

2. Sed difficultas est, an pater cogitur filiam locupletem ac diuitem dotare? Et pro negatiua pugnant Alciat. l. 18. paragr. cap. 3. Conanus l. 8. D. de dot. cap. 1. Corasius ad l. qui liberis n. 11. ff. de ritu nupt. cap. 8. num. 7. Bartolus ad l. 22. §. 4. ff. de reb. quorum rationes hæc sunt.

3. Cessante ratione æquitatis, quæ facit filiam dotari, cessat quoque æquitas & lex filiam dotare iubens, leg. plane ff. fam. l. erci. l. adigeres, quoniam ff. de iure patr. cap. cessant. de appell.

4. Atqui in filia diuite cessat æquitas, & ratio iuris, quæ filiam dotari cogit, quæ hæc est, vt possit eo honestioribus nubere maritis.

5. Igitur cessat etiam in diuite filia lex iniungens patri dotare filiam.

6. Si pater filia non cogitur alimenta præstare, quando filia est locuples, sequitur quod nec dotem, quæ præstationi alimentorum comparatur, diuiti filia constituere possit.

Atqui verum est prius, l. si quis à libertis §. si filius ff. de agnos. lib.

7. Igitur nec dotem cogitur parens locupletis filia dare.

8. Deindè specialiter, & iure singulari inductum est contra regulas iuris communis, iuore videlicet matrimonij, vt pater viuens teneatur aliquid filia præstare dotis nomine. Quo circa hoc strictè accipiendum, & ad eum casum restringendum, quo non habet filia, vnde sedet: Interpretatio autem omnino ita facienda est, vt ius commune minus lædatur, cap. cum dilectus, de consuet.

9. Postremò si cogretur Pater dotare filiam diuitem frustra in dilect. leg. final. Cod. de dot. promiss. dubitaretur, virum pater filiam, cuius bona administrabat, de suo dotasse censetur, an de bonis filia?

10. Verum, his non obstantibus, affirmatiua sententia mihi placet, nam regula iuris est, quod ea quæ in fauorem, & commodum alicuius sunt introducta, ea non debent in odium, & detrimentum eius detorqueri, l. quod fauore, C. de legibus.

11. Atqui ad commodum filia pertinet ea, quæ mater, vel alij filia reliquerunt; Igitur non debent ea in odium filia detorqueri, id quod fieret, si propter isthæc bona filia dos non deberetur.

12. Accedit, quod generaliter, & indistinctè traditur, patris esse officium filiam dotare, l. final. C. de dot. promiss. l. 19. ff. de ritu nupt. à quo officio non immunis præstat pater propter aduentitium peculium filia, quod non tam inspicendum, quam officium patris.



13. Insuper in d.l. final. C. de dot. promiss. filia habebat bona aduentitia, & tamen dicitur, quod omnino ad patris spectet officium eam filiam dotare.

14. Non obstant superius in contrarium adducta, quod nempe cesset ratio in filia diuine, quæ alias suadet filiam dotari, hoc quippe negatur.

15. Dos enim ad hoc constituitur & datur, vt eo facilius fœminæ maritus nanciscatur.

16. Deinde datur dos, vt onera matrimonij sustinere maritus valeat.

17. Atqui constat bona vxoris paraphernalia non seruire oneribus matrimonialibus sustinendis, etiam si ea amplissima fuerint.

18. Quo circa ratio dandæ dotis in locupletre filia non deficit.

19. Ad secundum respondetur, consequentiam negando, procedit enim à diuersis & separatis; filia diuini alimentum non tenetur pater suppeditare, quia finis alimentorum hîc deficit: Nec enim opus habet diues filia vt alatur; Dotis autem finis omnino deficit in diuine, vt supra ostensum fuit.

Non obstat tertium, desumptum ex d.l. 22. §. ff. ad Trebell.

Obseruandum enim, quod illic proponitur dos iam constituta mulieri post illius mortem.

20. Deinde cum præstatio dotis ex priuilegio singulari descendat, amplissima eius est facienda interpretatio. l. pen. ff. de constit. princ.

Maximè cum publicam vtilitatem concernat, l. 1. ff. solut. matr. & l. 2. ff. de iur. dotal. denique est regula iuris, quæ iubet in dubio pro dotibus respondere.

Et ita hanc posteriorem sententiam affirmatiuam tuetur Anton. Guibert. Constantin. in tract. de dot. cap. 3. num. 13. Andreas Gaill. 2. obseruat. 95. num. 14. Roger. de dot. cap. 3. num. 4. Nouellus de dot. part. 6. princl. 4. Mynsing. 5. obseruat. 32. num. 2. quibus adde ex Theologis Fragolum in Republica tom. 3. lib. 22. disp. 5. §. 1. num. 11.

21. Non desinam tamen hic annotare, Castrum Palaum, licet doceat hanc sententiam esse veram, & in praxi tenendam, & consulendam, attamen ait ipse probabilitate non caret, patrem deobligatum esse filiam diuitem dotare; tamen obligatus sit ei excedenti 25. annos maritum querere. Quæ fuit opinio Barthol. in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebellian. Alciat. in l. 1. num. 65. ff. soluto matrimon. Andr. Fachinei lib. 10. cap. 38. eo quod pater non tenetur filiam diuitem alere, l. si quis à liberis ff. de liberis agnoscendis. At dos loco alimentorum succedit. Ergo non tenetur dotem præstare. Quod si dicas cum Anton. Gom. l. 50. Tauri num. 23. in fine, alimenta habenti cessat patris obligatio, dos verò favore publico deberetur, ne mulieres maneat indotata; obstat, quia strictior est obligatio alimentorum, quàm dotis; cum illa sit à natura, hæc ex lege, at illa obligatio conditionem imbibit, si aliunde alimenta non habeantur. Ergo hæc obligatio dotis eandem conditionem continere debet, cum vtraque obligatio in necessitate fundetur, quæ cessat, cum aliunde dos & alimenta suppeditantur: neque refert legitimam debitam esse, quia hæc debetur post mortem, cum tamen dos viuenti Patre concedenda sit, lex verò final. C. de dotis promiss. hanc sententiam indicat, cum tantum dicat officium esse paternum, quod liberalitatis est, non necessitatis, iuxta l. commodatum §. sicut, ff. commodati, ibi volumus, & officij magis est, quàm necessitatis commodari, & dicit. l. vltim. dicitur: liberalitas itaque talis maneat vera & irrevocabilis, vt & puto nomine liberalitas, & debitum suam sequantur fortunæ. Huc vsque Palaus

Sed nostram sententiam ne deserat, & ita in foro forti, & poli obseruatur.

22. Sed ex his oritur alia difficultas; An Pater teneatur filiam emancipatam dotare? Affirmatiuè respondet Castrus Palaus ubi supra num. 4. Sed contrarium videtur dicendum ex leg. 19. ff. de ritu nupt. Ibi enim expressè asseritur, quod Pater qui in potestate filiam habet, eam dotare cogatur. Vnde inferri potest, patrem, qui filiam amplius in potestate non habet, non cogi filiam dotare, argumento à contrario sensu, quod in iure fortissimum est, l. 1. princ. ff. de offi. eius cui mand. est iurisp. Esti emancipatam filiam æquè atque in potestate existentem cogitur dotare, ad quid obsecro in l. 19. nominatim, & expressè asseritur, quod eam quam in potestate habet parens dotare compelletur.

23. Accedit huic, quod extraneus non teneatur extraneam dotare l. profectitia ff. de iure dot. Atqui patria potestate per emancipationem dissoluta, emancipata pro extranea habetur §. 3. instit. de heret. qualit. & diffir. Igitur emancipata à Patre non est dotanda.

24. Deinde in l. 51. ff. de iur. dot. dicitur, id quod filia emancipata à patre donatum fuerat, eidem potest à patre in dotem esse datum; eoque casu non censeri dotem à patre, sed à filia profectam: Ex quo rursus relucet, quod pater emancipatam non teneatur dotare.

25. Verùm, his non obstantibus ego puto non esse recedendum à sententia Castri Palai, quam licet ipse pro se nullum authorem adducat tenent Franciscus Hotomannis in disp. de dote cap. 3. num. 21. & Gregorius Obrecht. in disput. de dote, Thest. 88. cum sequen.

26. Quibus adde Doctores, quos citat & sequitur Fragosius in Republica t. 3. l. 2. disput. 5. §. 1. num. 7. qui etiam optimè notat, an Pater teneatur dotare filiam iam nuptam, quæ nupsit inconsulto patre, viro digno? Affirmat Bald. in l. 1. num. 9. ver. sed si nupsit filia ff. solut. matrimon. & in auth. res qua n. 10. C. comm. de leg. & Aret. in d. l. 1. num. 6. ver. sed queritur ff. soluto matrimon. Curt. Senior conf. 27. nu. 35. & conf. 39. num. 8. quam sententiam vocat veriolem Soccin. sen. conf. 57. num. 2. ver. sed contraria opinio lib. 4. immò Ioann. Andreas, & Imol. in cap. accedens de procurat. hoc extendunt, quamuis filia nupsit viro indigno, sequitur Soccin. sen. d. conf. 57. ad finem; idem tenet Ripa in l. 1. num. 59. ff. solut. matrimon.

27. Nota etiam cum Rebello part. 2. lib. 5. qu. 4. num. 21. quod quando dicitur, Patrem teneri ad secundam dotem conferendam filia, priori amissa, intellige, si secundò nubat; nam constante primo marito, non obligatur Pater ad notam dotem refundendam, etiam si sine culpa filia, prima sit amissa, l. Pater filia ff. de emptionibus.

RESOL. XLVI.

An Pater teneatur dotare filiam naturalem, & spuriam?

Et notatur, quod nec ab hoc onere dotandi excusatur Pater filiam incestuosam, etiam de redditibus Ecclesiasticis beneficij.

Et ex his oriuntur due difficultates, Prima an dos data filia spuria ad ipsius heredes transeat?

Secunda, an in euentu, quod Pater plus dotis aedit filia spuria, quam valeant totius vitæ alimenta, possint constante matrimonio, repeti quoad excessum? Ex part. 11. tractat. 4. & Misc. 4. Resol. 25.

Sup. conten-  
to in hoc §.  
lege infra  
doctrinam  
Ref. 58. sig-  
nante cur-  
sissime in  
lin. penult.  
§. 3. & Ref.  
eius not.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Corraffus in comment. ad leg. 19. num. 58 de ritu nupt. Probatur Primò hæc opinio ex cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulterium, scribit Pontifex, patrem teneri provide- re filiis spuris de necessariis.

2. Atqui dotem filie esse necessariam, quo nu- bere, & ita supra turpisque vitæ fœditatem effuge- re possit, nemo dubitat. Naturalis igitur filia do- tanda est à patre,

3. Quicumque alere tenetur, is quoque tenetur dotare, cum dos constituatur cum in finem, vt maritus onera matrimonialia sustineat, vxorem & liberos alat, l. pro oneribus C. de iur. dot. Atqui pater cogitur alere spurios, & liberos naturales inopes; igitur eisdem quoque tenetur dotare.

4. In dubio ea semper est arripienda, & tenenda sententia, quæ est humanior, quæ benignior & æquior, l. in ambiguis ff. de reg. iur. & in dubio pro dotibus respondendum est l. 87. de reg. iur.

5. Atqui filias naturales, & spurias esse à patre dotandas, benignior, æquior, & humanior est senten- tia. Igitur pro ea respondendum, & quæ hic reti- nenda erit.

6. Ceterum negatiuam sententiam sustinet An- tonius Guibert. Constan. in 1. de dot. cap. 3. num. 9. & segg. Fr. Hotoman. in disp. de dot. ap. 3. num. 22. Obre- clit. in d. disp. de dot. th. 90. veriore esse iudico.

7. In l. 8. C. de natur. lib. expressè Iustinianus scribit patribus indulgeri vt liceat eis nulla legitima sobole, vel matre subsistente dotem vsque ad sex vn- cias constituere: Vnde colligitur, quod nulla patri- bus naturalibus incumbat necessitas filias spurias dotandi, quod enim potestatis, & arbitrij est, hoc necessitatem nullam inducit, l. sapere ff. de offi. Præs. l. non quidquid ff. de iud. Igitur Pater non cogetur filias naturales, etiam inopia laborantes dotare.

8. In l. 41. §. pater, naturalis 11 ff. de leg. 3. dicitur dotem datam à patre naturali filie, compensari cum fideicommissis eidem filie naturali à patre, relictis. Atqui si dos deberetur filie naturali à patre, certè non posset cum fideicommissis compensari, sed pater præter dotem, etiam fideicommissum filie naturali relictum præstare cogeretur.

9. Pater dotare cogitur filias, quas habet in po- testate, l. 19 ff. de rit. nupt. Atqui spurie non sunt in potestate patris naturalis, vsque adeo, vt ne quidem patrem naturalem habere censentur, §. pen. in fin. de nupt. igitur à naturali patre non sunt dotandæ.

10. Denique filia naturalis etiam successione ab intestato est ex parte, l. humanitatis 8. C. de natura- libus l. except. duabus vnciis, quas ex nouell. 89. c. 12. percipere potest. Si autem triens legitimus, qui est pars successione ab intestato, filie naturali non de- betur, nec dos debebitur, quia illius vicem obtinet, l. quoniam 29. C. de inoffic. testam.

11. Verùm mihi inter has pugnantes sententias placet adhærere opinioni Doctorum quos asserit, & sequitur Castrus Palauus 10. 7. tr. 32. disp. 19. punct. 5. §. 1. n. 6. Dico igitur quoad filias naturales, & spu- rias attingit, si fortè cogendus est pater dotem illis constituere, excedere non debet alimentorum quan- titatem, ad quæ subministranda iure naturali astrictus est, vt pluribus comprobatur Molin. lib. 2. de primog. cap. 15. num. 50. Boëtius decis. 127. num. 2. Incertum tamen est, an dotem constituere teneatur, cum nul- libi id cautum sit, communior tamen sententia, quam refert, & sequitur Couar. 2. par. de sponsalibus c. 8. §. 6. n. 11. Molina l. 2. c. 15. num. 45. Barbos. 4. par. l. 1. n. 65 ff. solut. matr. Rebell. l. 5. §. 8. num. 3. astruit obli- gatum esse dotem constituere pro quantitate ali-

mentorum, ne illatum pudicitia periclitetur. Illud vero est certum, si aliunde habeant, vel possideant, aut viribus quibus hæc comparare possint desolig- rum esse, arguit. l. si quis a liberis, §. sed filius ff. de liber. agnos. & tradit Barbosa 4. l. 1. num. 65. ff. solut. matr. quem sequitur Rebell. l. 5. §. 4. n. 27. & 28.

12. Et idem hanc sententiam præter Doctores citatos ex Theologis, tenet etiam ex pluribus Iuri- consultis Ioannes Baptista Fragolus tom. 1. a. disp. 4. §. 1. n. 13. cum segg. qui etiam optimè notat, quod neque ab hoc onere dotandi excusatur pater filiam incestuosam etiam de redditibus beneficij, vt Abb. in cap. peruenit n. 1. de arbitris, vbi indistinctè tradit cum bona conscientia id facere posse Bartol. in vltim. n. 7. §. de his, quibus, vt indignis, Constat. in cap. 8. §. 6. a princ. & num. 11. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. num. 42. Gomez l. 49. tauri n. 37. & 44.

13. Sed ex his oriuntur due difficultates, an do- data filie spurie ad ipsius hæredes transeat? & an in con- uento, quo pater plus dotis dedit filie spurie, quam in- valeant totius vitæ alimenta possit constanter ma- monio repeti quoad excessum.

14. Et ad illas respondet Rebellus p. 1. §. 1. p. 1. §. 3. & 4. & quoad primam firmat hanc conclusionem, nem, quod dos spurie data à patre, non sitis, per se fundus spurio, vel quoduis aliud prolemis relictum, designatumve à patre, ad filios, vel hæredes non transit, sed ad patrem si res exet, ea mortuo re- uerti debet, eiusque hæredes, vt fundus mortuus non spurio. Quod si filios ex se relinquit, ita indigentes sustentatione, vt nec ex aliis bonis paterna, nec alia ratione commode ali possint, is habet non tanquam hæredes, sed ex propria persona, vt filius aus, qui pater spurie erat ex eadem dote, vel aliunde congrua ipsis alimenta constituit.

15. Quoad secundam difficultatem assertit, quod si gener sciebat vxorem esse spuriam, status potest dos quoad excessum reuocari, cum non permittatur ignorare dispositionem, Auth. ex complex. C. de re- cessis nuptiis, per quam spuria redduntur incapaces bonorum paternorum, nec per ius Canonica lex hæc fuit abrogata, nisi qua ex parte mensuram con- gruam alimentorum spuris denegabat. Quæ excus- tus ille dotis ipso iure est nullus, ac proinde ab hæ- redibus fœceri poterit reuocari.

16. Totæ ergo controversiæ est, quando gener ignorabat vxorem esse spuriam, & bona fide dotem excedentem alimenta recipit in quo conuento dote re- uocari non posse constanter matrimonio, tenet Bartol. l. fin. §. si à iocero ff. que in fraudem crediti. Vbi Iustit. ob- sultus hoc discrimen constituit inter generum con- scium fraudis commissæ, & ignorantium illius, quod in priori conuento etiam constante matrimonio dos re- uocari possit, non itè in secundo: Ratio est, quia cum gener dotem habeat ex causa onerosa, si fraudis à fœ- ceto dorante commissæ particeps non est, iniquum est, vt ab eo reuocetur constanter matrimonio, tunc si fraudem participauit, eademque distinctio fit, l. penultima C. de his, que sunt in fraudem crediti. soluto verò matrimonio, doteque restituta filie spurie, ad- iungit Bart. excessum dotis reuocari posse, eo quod habeat dotè ex causa Lucratia: Bartoli sententia, iuxta præfatam iuris distinctionem admittunt Cou- uar. §. 6. cit. n. 11. & Anton. Gomez ad l. 9. tauri n. 4. Nau. Apologia de reddit. q. 2. monito 26. num. 28. & 29.

17. Contraria verò sententia contra Bartolum verisimilior est, quæ tenet etiam constanter matri- monio, & in scio genero, excessum illum alimentor- rum in dotem datum, repeti posse quam sequitur Palac. repet. cap. per vestras de donat. inter viram, & vxorem 3. notab. §. 2. num. 3.

18. Ratio

ANTON  
Opera  
Tom. 1. & 2.  
E III

18. Ratio est, quia collatio illa alimentorum inualida est quoad excessum ex dispositione Authen. ex complexu, ergo statim tamquam nulla reuocari potest, iuxta *l. non dubium C. de legibus*. Accedit, quia etiam quantumcumque pater velit, ac consentiant filij legitimis, non potest valide ex bonis paternis filius spurius habere amplius, quam congrua alimenta, vt docet Angelus *conf. 223. num. 2. Alexand. confil. 229. num. 15. l. 6.* Ergo nec etiam bona fides mariti facere poterit, vt dos excedens alimenta, valida sit quoad excessum.

## RESOL. XLVII.

An auus teneatur dotare neptem?

Et quid in casu, quo neptis patrem inopem habeat, si tamen mater diues est?

Et an patruus nequaquam obligetur sobrinis dotare?

Et an frater teneatur dotare sororem?

Et quid, si tantum soror vterina sit?

Et quid, si sit consanguinea, v. g. ex eodem patre, sed ex alia matre fratri coniuncta?

Et aliqua circa has sorores, & etiam sorores Clericorum pro dote, & alimentis illarum discutuntur in textu huius Resolutionis? Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. R. 126.

§. 1. Videtur dicendum, quod non solum pater filiam, sed auus quoque paternus neptim dotare teneatur. Imperator enim Iustinianus in *l. si. §. vtrunque C. de dot. promiss.* ait paternum esse officium progeniem suam dotare *l. fin. §. vtrunque C. de dot. promiss.* progeniei autem verbo non filij modò, sed & nepotes, & pronepotes significari dicitur in *l. final. C. de emancip. liber.*

2. Accedit, quod Marcianus in libro 19. ff. de rit. nupt. generaliter & indistinctè scribit, qui liberos in potestate habent, eos cogi in matrimonium collocare, & dotare: liberorum autem verbo omnes descendentes contineri, indubitatum est *l. sed si hoc §. fin. ff. de in ins vocand. l. liber. ff. de verb. signif.*

3. Et in libr. 6. de collat. bon. dicitur ad officium aui spectare, neptim dotare, & subiungitur, quia pater filia idèd auum propter filium nepti dotem dare debere, cogitur itaque auus paternus neptim dotare.

4. Et sanè quæ ratio suadet à patre dotari filiam, eadem quoque in auo locum sortitur: cum aui non minus atque patris inter sit nuptiù elocari neptim, ne cum maximo generis & familiae probro turpem vitam eligere cogatur.

5. Limitat tamen hanc assertionem Obrechtus, vt tunc demum auus paternus cogatur dotare neptim, quando pater propter inopiam qua laborat, dotem filia præstare nequit, vt tunc inopia patris auus succurrere teneatur; Idque ipsam Ioannes Corralius in *d. leg. 19. num. 60.* hac ratione confirmat, quòd ex officio patris erga filium id pendat vt auus neptim dotet, *l. 6. ff. de collat. bonor.* Vnde cum auus non obstringatur nisi propter filium, auus non nisi secundariò teneatur; obligatio autem secundaria cessat, vbi principalis est soluendo, *Authent. present. C. de fideiussor. ergo.*

6. Sed in casu contingenti, ne deseras videre Castrium Palaum *tom. 7. disp. 9. punct. 5. §. 2. num. 2.* vbi firmat obligationem adesse auo paterno dotandi ex eius bonis neptes etiam diuites, si in sua existant potestate.

7. Sed casu quo neptis patrem inopem habeat, eius tamen mater diues sit, verius est potius matrem;

quam auum paternum teneri neptem dotare.

8. Patruus nequaquam obligatur sobrinis dotare; quia nullibi hæc obligatio etiam in subsidium indicatur. Quòd efficacius procedit, si verum est quòd ipse Molina *lib. 2. de primog. cap. 15. num. 67.* Costa *select. lib. 2. cap. 20. n. 2.* Rebell. *2. part. lib. 5. qu. 4. n. 26.* astruant, nempe patruum non esse specialiter obligatum sobrinis alimenta præstare. Nam hæc magis necessaria sunt, quam dotis constitutio.

9. Verùm hic oritur aliud dubium, An frater teneatur dotare sororem? De sorore vterina ex aliò patre nata res expedita est, quòd frater eam dotare non teneatur, etsi inops sit, & aliter nubere non possit: sic enim Paulus Iurisconsultus in *l. 12. ff. de administrat. tut.* sed non dabit (tutor) dotem sorori (pupilli) alio patre natæ, etiam si aliter ea nubere non potuit.

10. De consanguinea, hoc est ex eodem patre, sed alia matre fratri coniuncta, sicut etiam de germana ex vtroque parente ipsi coniuncta, quaeritur ane dotari à fratre debeant, si inopes sint: Communiter hoc affirmatur ex ea ratione, quòd frater teneatur alere sororem consanguineam, & germanam *l. si quis à liberis §. vtrum ff. de cognos. lib.* Igitur etiam teneatur dotare.

11. Et si verò hoc argumentum planè infirmum sit, nec etiam Textus exprellus occurrat, quo demonstraretur consanguineam, & germanam à fratre esse alendam, quia tamen in *l. 12. §. 3. ff. de admin. tutor. nominatim,* atque in specie dicitur, tutorem non teneri dotem constituere sorori pupilli sui ex aliò patre natæ, haud obscure ex eo colligitur quòd ex eodem patre natæ sorori dotem constituere teneatur; argum. *l. ff. de offic. eius cui mandat.* vbi dicitur argumentum, quòd à contrario sensu ducitur esse validissimum, & argum. *l. 12. in pract. ff. de indic.*

12. Vide Doctores, quos citat, & sequitur Castrius Palaus *vbi supra §. 3. num. 1. & 3.* firmans, quòd frater teneatur sororem ex eodem patre, quamuis non sit ex eadem matre, dotare, si ipsa sufficientem dotem aliunde non habeat. Sed sororem vterinam teneatur frater dotare secundum tamen qualitatem alimentorum.

13. In euentu verò, quò frater obligatur dotem sorori constituere, non excusatur ex eo, quòd minor sit, & necessitatem habeat alienandi aliqua immobilia ad dotem; nam hæc est causa virgens à iure communi approbata, ac proinde interueniente decreto iudicis fieri alienatio potest, quin locus sit restitutioni, *l. final. C. de in integr. restit.*

14. Neque etiam excusatur quòd à patre soror exheredata sit; neque item excusatur ex eo, quòd Clericus sit nullaque alia bona habeat, nisi quæ ex beneficiis colligit: Nam ex horum fructibus alere, & dotare sorores inopes rectè potest, cum opus sit pietatis, & naturalis obligationis, & iuri maximè conforme.

15. Excusatur tamen frater ab hac obligatione alendi & dotandi sororem inopem, si ad sit eius mater, vel auus paternus, aut maternus, qui dotem, & alimenta constituere valeat.

16. Et ratio est, quia omnes ascendentes præferuntur fratri in successione, *Auth. defuncto C. ad Tertull.* ergo præferri debent in obligatione. Præterea deficiente patre, obligatio alendi & dotandi filias matri diuini competit, *l. si quis à liberis §. vtrum ff. de liber. agnoscent.* neque fratri competit nisi in subsidium.

17. Et hæc omnia docet etiam Rebellius *part. 2. l. 4. quæst. 4. n. 13. cum sequen.* & rectè obseruat quòd si frater administrasset bona sororis ex quibus dos constituitur

constitui posset, non cogatur eam dotare, unde si ei dotem constituat, censetur dotare ex bonis sororis; si modò separata sint; nam si indiuisa, & communia sint, censetur in foro externo habuisse animum donandi quoad partem dotis, quæ cum tangeret, iuxta *l. vnicam, §. accedit C. de rei vxor. actio. Vi. de Menoch. lib. 2. de arbit. casu 88. n. 47. & Barbof. 4. p. l. i. ff. solut. matrim. num. 141.* in foro tamen conscientie standum erit intentioni dotantis. Si enim de bonis sororis tantum dotare intendebat, nihil de suis bonis præstare tenebitur.

## RESOL. XLVIII.

*An filius teneatur dotare matrem nubere volentem? Et deducitur, quod mater obligata non est per se filias dotare, aut donationes propter nuptias filijs constitueri, nisi virgens aliqua, & rationabilis causa intercederet?*

*Et notatur probabilis esse in neutro foro licitum esse viro, inuita vxore, dotare filiam prioris matrimonij ex bonis non solum immobilibus, sed etiam mobilibus, aut pecunijs per secundam vxorem adductis? Et cum pater pro omnibus coniunctis obligatus sit filijs alere, & dotare, an illius heres eadem obligatione teneatur? Ex part. 11. tt. 4. & Misc. 4. Ref. 27.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Franciscus Horomanus in *disp. de dote cap. 3. num. 23.* & Georgius Obrechtus *disp. de dote thesi 109, cum seq.* Probatur hæc opinio primò, nam si frater forori egentem dotem dare cogitur; sanè, & filius cogi poterit ad matrem dotandam. Atqui verum est prius, igitur, & posterius.

2. Pietas, ad quam filius iure diuino, & humano matri obstringitur, postulat vt filius matris adhuc iuuenis pudori, & existimationi consulat; maximè cum ipsius quoque filij interit vt mater, quæ se continere non potest, eloceatur, ne cum maximo generis, & familiæ probro turpem vitam eligere cogatur.

3. Itaque huc pertinet Imperatoris Antonini rescriptum in *l. 1. C. de alien. liber.* Parentum necessitati liberis succurrere iustum est. Dotem autem necessariam esse matri ob incontinentiam ad secunda vota transeunti expeditum est. Igitur inopi matri succurrere tenetur filius in hac necessitate, dotem ipsi constituendo.

4. Si filius tenetur inopem matrem alere; eique ad victum necessaria præstare; sequitur, quòd teneatur etiam inopem matrem dotare; quia dos est species alimentorù. Atqui verù est prius *l. 13. §. 2. ff. de administrat. tut.* Verum igitur est quoque posterius.

5. His tamen minimè obstantibus; negatiuæ sententiæ adharere; probatur hæc opinio. Primò, nam si filius non tenetur matri nuptialia munera mittere; sequitur quòd nec dotare matrem teneatur. Iam autem verum est prius, *l. 13. §. final. ff. de admin. tutor. l. 1. §. præterea ff. de tutor. & ration. distrabend.* Sequitur itaque posterius.

6. Ad hæc iniquum foret ad illationem suæ iniuriæ aliquem cogi quippiam conferre, *l. qui accusare C. de eden. l. nimis graue C. de testib.* Atqui mater secundo nubendo, filiis infert iniuriam, *non. 2. c. 1. & c. 1. de secund. nupt.* igitur non tenetur filius matri ad secundas nuptias conferre.

7. Quin etiam si dotaret filius matrem secundo nubentem, grauiter offenderet patrem, vt cuius anima secundum viduæ suæ nuptijs contristatur *n. 22.*

8. Denique in *l. si vinea C. de prescript. long. temp.* mater ad secunda vota transiens, & vitrico in dotem

dans res filij, nihil filio præiudicat; præiudicet autem filio, si hic ad matrem dotandam foret oblitiscus, Corasius *ad l. 19. num. 63. de rei. nupt.*

9. Nec huic opinioni præcedentes sententiæ argumenta quicquam detrahunt; ad primum enim, quòd frater sororem inopem dotare teneatur; igitur multò magis matrem. Respondes consequentiam negando; quia diuersissima est quoad præiudicium negotij ratio matris, & sororis: coniugium enim quòd inuita soror non pertinet, vel ad fratris, vel ad patris iniuriam, sicut secundum matris coniugium.

10. Ad secundum responderetur, filium reuerti in necessitatibus succurrere matri, ita postulare pietate; ad quam obstrictus est filius matri: reuerti non cogi matri; sua, & parentis cum iniuria succurrere, inque eo matrem iuuare quòd ad ipsius filij, de qua iniuriam spectet.

Ad tertium, eadem planè est responsio, 11. Ad quartum, & vltimum responderetur, argumentum ab alimentis ad dotem planè inuallidum esse, & vt aliàs concluderet, hic tamen nullam vim haberet, quia diuersissima est alimentorum, & dotis ratio: alitur inops mater sine filij, & de functi mariti; dotatur verd cum iniuria filij, & de functi mariti.

12. Et ita hanc sententiam tenet Theologis Rebellius *de obligat. inf. part. 2. l. 4. quæst. 8. num. 1.* vbi sic ait. Filius non tenetur ad dotandam matrem, inopem nubere volentem; etiamsi ille dicitur in *l. 1. Barbof. 4. p. l. 1. ff. soluto matrim. n. 126.* post Bald. Alex. Ripam, & alios quos citat præfata responsionem elicientes ex *l. si vinea C. de prescript. long. temporis.* Confirmatur etiam, quia quomais ad matrem alendam cogendus sit, iuxta *l. 1. §. 1. ff. de reuol. & rationibus distrabendis;* non tamè ad eam dotandam compelli debet, cum illud nouum matris connubium in iniuriam ipsius filij quodammodo cedat.

13. Ita Rebellius, quem sequitur Caltrus Palaus *tom. 7. disp. 9. punct. 5. §. 1. n. 8.* qui *man. 7.* opinio notat, quòd mater obligata non est per se filias dotare, aut donationes propter nuptias filijs constitueri, quia hæc obligatio patri est, non matri, vt expressè habetur *l. neque mater C. de iure deuim. legia 9. tit. 1. 1. part. 4.* Excipe, nisi virgens aliqua, & rationabilis causa intercederet, vt in prædicta lege adnotatur, quam causam censere esse; si eius pudicitia periclitaretur, ni nuberet, & aliunde dotem non haberet: sicuti ex communi sententia resoluit *Molin. disp. 424. in princip.* Rebell. *2. part. lib. 5. quæst. 4. n. 2.* Deinde excipe, nisi mater hæretica esset aut infidelis, & filia fidelis, & Catholica, nam in eo eventu ob fauorem religionis compellitur mater dotare filiam vsque ad legitimam portionem ei competentem, tamen si ex patre aut aliunde dotem habeat, vt deciditur *l. cognouimus C. de heretic.*

14. Notandum est hic obiter cum eodem Rebellio *quæst. 5. num. 10. cum seqq.* probabilis esse in neutro foro licitum esse viro regulariter, inuita vxore dotare filiam prioris matrimonij ex bonis non solum immobilibus, sed etiam mobilibus, aut pecunijs per secundam vxorem adductis, quòd si licitum (soluta matrimonio) de bonis proprijs vxori eam partem resarci re debet.

15. Si autem per traditionem filie in matrimonium in totam familiam, & in totam vtilitatem beneuolentæ Societatis coniuugalit magnum bonum, & euidentis vtilitatis redundet, quo damnum secundæ vxoris compenferet, non erit iniuriam, si pater filiam prioris matrimonij ex bonis mobilibus, & ex pecunijs secundæ vxoris etiam inuita doceat.

Sup. hoc in  
rom. 6. rr. 7.  
lege doctri-  
na Ref. 57.  
prope fine,  
a vers. qui-  
bus inferit.

16. Quando pater ex bonis lucratis in secundo matrimonio, filiam ex primo dotaueit, vel filio ad nuptias donauerit, cauebit præiudicium tam quoad legitimas cæterorum filiorum, quam quoad dimidiam partem lucratorem secundæ vxoris, alioquin damnam refarcire tenebitur.

17. Sed vitum vxor sine consensu viri dotare valeat filiam sine communem, siue prioris matrimonij, eodem modo dicendum est, quo id vero sine consensu vxoris permiffum est.

18. Vide etiam Rebellium *quest. 6. per totam*, in qua latius hæc firmat, videlicet. Primò, quando comuni consilio vxor, & maritus simul promittunt dotem filie communi, vel si eam promissionē ab vxore factam postea vir ratam habeat, valida est promissio; etsi bona lucrata desint, vt dos impletur, ex bonis vtriusque impleri debet, & quomodo in bonis vxoris executio fieri possit.

19. Secundò, si vxor sine consensu viri aliquid filie, siue propriæ, siue alienæ nomine dotis promittat, inualida erit, & illicita promissio, si tamen vir factus conscius eam ratam habeat, valida erit.

20. Tertiò, si promissio vxoris præfata sine consensu viri facta in tempus soluti matrimonij referretur, valida foret.

21. Quartò, quando consensus alterius pro forma actus exigitur vt præcedat, si non præcedat, non reconualefcit talis actus adueniente postea consensu, secus si pro vitando dumtaxat alterius damno exigatur.

22. Nota etiam cum Castro Palao *loco citato §. 4.* heredem obligatum esse (æquè ac defunctus obligabatur) illius personam repræsentare, & consequenter illius obligationem suscipit, sicut colligitur *ex l. postulante ff. ad Trebellian.* Vnde cum pater præ omnibus coniunctis obligatus est filias alere, & dotare, illius hæres eadem obligatione tenebitur.

23. Hoc tamen procedit, cum hæres integram substantiam, ex qua dos constituenda eras, accipit; quòd si hæres fiscus sit, non obinde obligatione præstandi alimenta, & dotem filiabus excusatur, sicuti pluribus comprobatur *Petr. Barbosa dict. 4. part. leg. 1. num. 84. ff. soluo matrimonio*, quia hæc est obligatio bonis paternis annexa, quam filius recipiendo bona excutere non valet.

24. Licet filiabus hæretici fiscus neque dotem, neque alimenta præstare teneatur.

25. Interim autem, ac delictum declaratum est, neque dos, neque alimenta sunt deneganda.

26. Et hæc omnia sufficiat dixisse circa obligationem constituendi dotes, & ne credas illa solum Iuriconsultis scitu necessaria esse, sed maximè etiam confessorijs, ex his, quæ rectè obleruat, & docet Rebellius *part. 2. lib. 5. quest. 4. num. 30.* vbi sic ait: Ex dictis habes quinam puellas volente nubere, dotare teneantur secundum dispositionem legum, quam necessitatem legalem appellat Menoch. *lib. 2. de arbit. casu 182. num. 67.* num. verò huiusmodi necessitas inducat obligationem peccati mortalis, non facile est diiudicare: crediderim tamen sine præiudicio rectius sententiam, quando secundum iura, ac Doctores, aliquis compelli debet ad dotem præstandam, subesse obligationem peccati mortalis, saltem ex genere suo, & multo magis post sententiam Iudicis, licet autem hæc necessitas legalis non fundetur in debito de iustitia commutativa, fundatur tamen non tantum in caritate, sed etiam in speciali vinculo pietatis, qua inter se prædicti sanguine coniuncti tenentur, quæ inducit obligationem non purè ex charitate, sed quasi de iustitia; quia tamen sapientissimè interueniunt causæ, quæ rationabiliter de-

obligant parentes, & consanguineos, vel absolute, vel saltem ab accelerata præstatione dotis, non erunt temerè peccati lethalis damnandi à confessorijs. Ita Rebellius, & ego.

## RESOL. XLIX.

De his, quæ in nuptiis data sunt à consanguineis, vel amicis sponsi, & à contras, cui acquirantur? Ex parte 1. tract. 4. & Misc. 4. Ref. 28.

§. 1. **C**asus in praxi quotidianus, & occasione matrimonij iniri inter filiam Excellentissimi Domini mei Connestabilis Principis Columnæ, & filium excellentissimi Marchionis Spinulæ, in quo munera magni valoris (vt par erat in nuptiis tam inclitis) sponsæ largita sunt, de illo à parentibus interrogatus fui, & inter Iuriconsultos (postea dicemus de Theologis) tres sententias inuenio; nam Vldaricus Zasius *1. singul. intellect. 9.* Ludouic. Romanus *consil. 172. n. 2.* contendunt, ea, quæ sponsæ donantur, etiam si consanguineis mariti, & eius contemplatione, donata sunt, ad vxorem tamen, & eius hæredes, non ad maritum pertinere. Cum in donationibus non tam cuius contemplatione illæ fiant, sed cui inspicendum sit, & quod quis amico, & cognato donare cupit, ipsi dare facile possit, nec opus habeat eiusmodi circuitu, vt sponsæ, vel vxori eius det, quod ipsum habere velit. Et hanc opinionem probat, & sequitur etiam Daniel Mollerus *dict. 1. 2. semestr. c. 42.*

2. Sunt deinde, qui statuunt ad vtrumque coniugem spectare ea, quæ die nuptiarum illis donantur: quoniam contemplatione vtriusque illa donata censentur, cum præsertim plerisque in locis modo sit receptum, vt munera, quæ offeruntur, vtriusque coniugi ab hospitibus donari, & offerri soleant.

3. Alij sequuti Bartolum *in l. sed est plures §. arrogato ff. de virg. & pupillar. substit.* marito illa tribuunt, quæ ab amicis, & cognatis eius donantur, vxori verò, quæ illi cognati donantur, quæ distinctio teste Iafone à plerisque approbatur, itaut durum sit in practica ab illa recedere.

4. Plenius distinguit Matthæus Vuesembecius *in parat. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vt nempe ea, quæ à consanguineis vxoris sunt donata, vxori acquirantur, quæ verò à consanguineis mariti donata sunt, marito cedant. Quæ ab extraneis oblata fuerunt munera, sint vtrique coniugi communia: Rationem videtur hæc opinio habere perspicuam. Nam quæ à cognatis donantur ob propinquitatem, & contemplatione cognationis donare videntur, quæ ab extraneis ob affectionem erga vtrumque coniugem patem.

5. Et quidem non videtur ob stare ratio Zasij, & Danielis Molzeri supra adducta, quod in donationibus non tam spectetur cuius contemplatione, quam cui donatio fiat.

Hoc quippe principium dilucidè refellit *textu l. 5. §. 2. de iure dot.* quo in loco Vulpianus scribit, quod si quis patri donaturus dedit, Marcellus l. 6. Digesti scribit, hanc quoque à patre profectam esse, & est verum. Vult proinde Vulpianus post Marcellum, dotem esse profectam, quæ non à patre ipso, sed contemplatione patris datur filie. Dum verò profectitia dicitur, innuitur quod patri acquiratur §. 1. *instit. per quas personas non acquir.* At non erat patri donata, sed filie; at contemplatione patris: igitur in donationibus non tam spectatur, cui res detur, quam cuius contemplatione donatio fiat.

6. Et hæc sunt placita Iuriconsultorum, quos pro Theologis hic visum est adducere; nunc verò Theologos

Sup. hoc ma-  
gis latè in  
rom. 5. rr. 10.  
Ref. 119.

Theologos pro Iurifconsultis adducam; & hi sunt præcipue Sanchez *de matr.* l. 6. disp. 26. Molina *rr.* 2. disp. 430. & Castrus Palaus *tom.* 5. disp. 1. punct. 13. §. 1. Martinus Perez *de matrim.*

7. Dico itaque, quod cum consanguineus, vel amicus sponsi, utriusque scilicet sponso, & sponsæ donat, non est difficultas utriusque acquiri, & inter utrumque esse donatum diuidendum, satis enim donans suam voluntatem expressit, aliàs si vni tantum veller donatum explicari, non utriusque coniunctum donatum concederet.

8. Similiter idem est si donans vni tantum ex sponso, sibi que consanguineo donaret, ei tantum acquireretur, nisi aliter de donantis mente constaret, quia tunc pro donatario adest ipsius donationis, & consanguinitatis præsumptio: neque hanc præsumptionem infirmat, esto sit donans utriusque sponsi consanguineus in eodem gradu, satis enim est, quod sit donatarij consanguineus, ut pro illo tantum sit præsumptio.

9. Verum si nulla ex supradictis causis existit; sed sola adest consanguinitas sponsi, dubitant Doctores, an eo casu donatio facta sponsæ acquiratur sponsæ, vel potius acquiratur sponso, & sponsæ solus usus concedatur: cui dubitationi breuiter respondeo, Verius, & probabilius esse sponso acquiri, cuius contemplatione sponsæ donum factum est, nam cum consanguineus sponsi ob fauorem, quem suo consanguineo præstare intendit, eius sponsæ donet, ea donatio potius censenda est fieri sponso, quam sponsæ. At si sponsæ non solum usus, sed dominium donati concederetur, integrè ea donatio in fauorem sponsæ fieret, & nullo modo saltem immediate in sponsi fauorem.

Et hæc omnia auctoritate Iurifconsultorum confirmavit Sanchez, Molina, Palaus, & Perez *loc. cit.*

## RESOL. L.

*De donis datis à sponso sponsæ. Idem est de donis, quæ sponso nuptiarum concessit, & largitus est. Ex part. 11. tit. 4. & Misc. 4. Ref. 29.*

§. 1. Diximus de donis factis à consanguineis, vel amicis, nunc dicendum est de donis factis à sponso sponsæ, quando non constat de animo donantis; Molina *tract.* 2. *disputat.* 290. §. 4. *dubium*, tener ea omnia, quæ sponso siue de præsentibus, siue de futuro sponsæ mittit, censenda esse missa, ut sponsa ornatio ad virum accedat, atque ad eam honorandam, animique affectum illi ostendendum, qualiter matrimonij tempore sit ab eo tractanda; non ut dominium earum rerum ad eam pertranseat: nam donatio numquam præsumi debet, quoties ex alia causa, quam donationis intelligi potest collatum, ut tradit Glossa l. *cum quis ff. si cert. pet.* & pluribus firmat Gregor. *leg.* 36. *verbo bienes tit. 12. part. 5. Mascard. de probation. conclus.* 555. At in præsentibus ex prædictis causis relatis præsumi possunt collata, quæ à sponso sponsæ mittuntur, non igitur præsumenda sunt donata. Secundò, in his, quæ traduntur gratiâ tradentis, non præsumitur donatio *leg. si ut certo §. si duobus si commodati*; at sponso gratiâ sui mitti sponsæ munera, tum ut ad ipsum ornatio accedat, tum ne ipse vilis, & auarus reputetur.

2. Verum mihi magis placet opinio Castrus Palai *com.* 5. *disput.* 1. *punct.* 13. n. 3. & Sanch. *lib.* 6. *disp.* 25. num. 18. afferentium in hoc casu distinguendum, aut munera, quæ mittit sponso sponsæ, sunt ita exigua, ut si constante matrimonio darentur, censerentur

donata, & non commodata, vel sunt ita magna, & pretiosa, ut si darentur constante matrimonio, non censerentur donata, sed illorum vsum commodatum, eo quod non ad communem vxoris ornatum, sed ad singularem, & extraordinariam deseruiant. Si munera prioris sint generis, præsumenda sunt donata, si posterioris.

3. Et ratio huius distinctionis est, quia hæc munera mittuntur à sponso sponsæ in signum amoris, & testimonium qualiter constante matrimonio ab eo tractanda sit, ut ipse Molina fatetur; at si solum vsum, & non dominium muneris cuiuslibet exigui concedit, signum exigui amoris præbet, & testimonium manifestum asperet constante matrimonio esse sponsam tractandam: Quæ ratio non procedit in muneribus pretiosis, & quorum dominium constante matrimonio non conceditur, sed solus usus confirmo, si munera, quæ mittuntur à sponso eius generis sunt, ut & constante matrimonio necessaria reputentur sponsæ ad eius communem, & decentem ornatum, cum hæc maritus vxori concedere tenetur, præsumendum est concessa tempore sponsalium anticipatè voluisse concedere.

4. Nota tamen, quod si in aliqua Provincia adesset consuetudo, ut ea quæ sponso mittit, etiam pretiosa sint, non repetantur, censenda est sponsæ ea donare cum mittit, quia præsumendum est mittere secundum Regionis consuetudinem, cum aliud non exprimit.

5. Imò plus addit Sanch. l. 6. *disp.* 25. num. 17. nempe idem esse dicendum, quando mittuntur munera à sponso, quorum nulla est consuetudo ut mittantur, vel mittuntur abundantiora & pretiosiora, quam sit consuetudo; eo namque ipso quod præter consuetudinem munera sponso mittit sponsæ, donare censendus est, argum. l. *donare ff. de regul. iuris.*

6. Sed optimè contra illum hoc non admittit Castrus Palaus *com.* 5. *disp.* 1. *punct.* 13. §. 1. nam quia hæc doctrina euerit conclusionem ab ipso superius positam, asserentem munera pretiosa commodata, non donari, quia in horum solius usus concessione abundè liberalitas exercetur.

7. Facilius tamen videtur probandum, quod n. 13. Sanchez subiungit, munera à sponso missa pretiosi non donata, si sponsa ei aliqua mittit, quia adest præsumptio remuneratiois argum. l. *si verò non remunerandi §. inde Papinianus ff. mandati*. At debet constare sponsæ animo donandi mittere, eaque sponsum non satis remunerari solo vsum pretiosorum concessa.

8. Obseruandum est etiam, quod ea quæ superius diximus de muneribus missis à sponso sponsæ, idem dicendum esse de donis, quæ locer nuptiarum concessit, & largitus est; quod probat Sanchez *num.* 29. & Palaus n. 9. quibus adde Gutierrez *in quest. præd.* lib. 2. *quest.* 10. num. 1.

## RESOL. LI.

*De vestibus, & ornamentis datis sponso à sponso nuptiarum?*

*Et sup. hoc tria tempora distinguuntur, ante nuptias, nuptias, & post nuptias?*

*Et tandem concluditur, quod circa hoc maxime est attendenda consuetudo? Ex part. 11. tit. 4. & Misc. Ref. 30.*

§. 1. Magna difficultas est inter Doctores: An vestes, & ornamenta muliebria à marito vxori data, irremediabiliter acquirantur vxori? Bartolus *in leg. si mulier §. si vir ff. de donat. inter vxorem & vxorem*

uxorem, & in leg. penult. §. 2. n. 3. vers. tertia opinio ff. sol. mat. quem sequuntur Iacobus Menochius lib. 2. arb. iudic. quæst. cap. 2. 18. Iulius Clarus l. 4. sent. §. donatio quæst. 10. vers. successus, Alciatus respons. 241. statuit, vestes quotidianas quibus quotidie mulieres vtuntur, donatas conferri; Vestes verò & iocalia, siue ornamenta, quæ ad ornatum potius corporis comparata sunt, quam ad corporis utilitatem, & quæ magni sunt valoris, donata non præsumi.

2. Scipio Gentilis in tract. de donat. inter virum & uxorem lib. 2. cap. 12. ait, circa propositam questionem accuratè, tria tempora esse distinguenda; ante nuptias, in nuptiis, post nuptias: ante nuptias, id est cum sponsalia tantum contracta sunt, vt aliarum rerum, sic & vestium licitam donationem esse leg. ff. de donat. inter virum & uxorem, eamque donationem etiam præsumi in ipsis nuptiis, cum scilicet matrimonium perfectum est consensu, & nuptialis instituitur pompa, puta deductio in mariti domum, vel alia solemnia nuptiarum celebrantur, vestes à sponso sponsæ datas præsumi donatas ait, easque ad uxorem pertinere, nec restituendas esse, d. l. penult. ff. de don. inter virum & uxorem, quia & consuetudo & humanitas siue affectio sponsi erga sponsam faciunt, vt tales vestes à viro donatæ in pompa nuptiali ad uxorem pertinent, eademque acquirantur, nec marito eiusdemve hæredibus restitui debeant.

3. Post nuptias consummatumque matrimonium, quæ vestes dantur à viro mulieri in domum mariti iam collocatæ, si quotidianæ, & ad vsum mulieris necessariæ fuerint, illæ statim efficiantur mulieris, nec marito sunt restituendæ. Sin ad certitudinam temporis vsum datæ fuerint, & pretiosiores, tum eas, vt potè à marito ornatas tantum causa, & honoris sui uxori comparatas, quo comptior, atque honestior esset, non tam donasse, quam commo dato, aut precario datas præsumi, & idè non adquiri uxori, sed restituendas esse marito, aut eius hæredibus.

4. Sed Hualrico Hunnio in commen. ad Treulermum vol. 2. disp. 7. thes. 9. quæst. 46. placet absque distinctione ista temporum, solum circa vestes, vtrum quotidianæ & necessariæ atque viles sint, an pretiosæ, & ad certum temporis vsum comparatæ, distinguendum videtur, vt illæ quidem donatæ, ac per donationem vxoris propriæ effectæ censentur; hæ verò non item, quocumque etiam tempore fuerint mulieri datæ. Et ita etiam Menochius, Iulius Clarus, Andreas Alciatus, & ceteri ab hisce allegati statuant.

5. Pro hac verò distinctione facit in primis leg. vtrum ff. de donat. inter vir & vxor. vbi ex modo & ex genere impensæ, non difficile esse coniecturam, Celsus scribit, Vtrum negotia vxoris gerens; an officio mariti ductus in rem eius impenderit vir. Si enim magna impensa fuerit, nego videri cum gessisse, sin parua, donauisse.

6. Et quod vestes quotidianas intelligatur maritus donasse, confirmat amplius l. ex annuo ff. de donat. inter virum & uxorem, nam & ibi Vlpianus ex annuo inquit, vel menstruo, quod maritus vxori præstat, tunc quod superest, reuocabitur, si satis immodicum est, id est supra vires dotis: distinguit nimirum iurisconsultus inter id quod modicum, quodque immodicum vxori à marito præstitum est, vt illud quidem donatum vxori censetur, hoc verò non item, sed marito sit restituendum.

7. Sed audiamus Theologos, quærit itaque Cæstrus Palau tom. 5. disp. 1. punct. 1. §. 3. nam, 8. cum vestes & alia ornamenta pretiosa ante consummationem matrimonij data sponsæ in ipso nuptiarum die vel illi proximo censentur sponsalitia largitas, ac proinde sponsa eorum medietatem per osculum ac-

quirat, & integrè per copulam, vel potius marito, eiusve hæredibus, dissoluto matrimonio sunt restituenda.

8. Et affirmatiuè respondet, videlicet prædictas vestes, & ornamenta sponsalitia largitas esse, eorumque medietatem lucrari sponsam per osculum, per copulam integrè.

9. Solum ab hac doctrina excipit Sanchez lib. 3. disp. 23. num. 10. annulum, sponsæ datum in Ecclesia tempore benedictionum, quia hic non voluntate donandi, sed ex voluntate seruandi Ecclesiæ ritum censendus est conferri. Ex his solum esse oppositum fundamentum; negamus namque sponsum dare eas vestes, & munera ea præcipuè intentione; vt obligationi, quam statim subiturus est alendi uxorem satisfaciat: si enim id intenderet, debebat exprimere, alioqui præsumitur consuluisse animo significandi suum amorem, & vt ipsa eo die nuptiarum honoretur.

10. Verum liber hic apponere verba Martini de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tit. 8. de matr. n. 10. sic enim ait: [ Los vestidos preciosos, & cotidianos y otras cualesquiera cosas que embia la esposa al esposo, & el esposo à la esposa, despues de los sponsales & despues del matrimonio de presente ( como no se a ya consumado ) pertenece à la que llama el Derecho, sponsalitia largitas, y adquirere la mitad la esposa per el beso; y ambos esposos lo que recibieron enteramente por la consumacion del matrimonio, quando no costa que la voluntad del que lo embio fue de donat.

11. Aunque la muger no lleue dote, haze suyas las donas & vitas, enteramente por la copula quando se consuma el matrimonio, & la mitad de llas por el beso.

12. Despues de recibidas las donas, si el matrimonio no tuuiere efecto por culpa del esposoado la pierde, y se queda con ellas la muger; verò si per culpa della se dexò el matrimonio deue voluer las enteramente al desposado; però se el matrimonio se dexa de hazer sin culpa de ambos por algun caso fortuito, & por auerse muerto el vno dellos, se han de boluer las donas al desposado, & à sus herederos; saluo si el desposado huuiere besado à la desposada, que por el beso gana ella la mitad de las dichas donas, y solamente ha de boluer la otra mitad. ] Ita ille.

13. Verum est, quod aliqua ex superius dictis procedunt in Regno Castellæ; & idè in hac materia standum puto consuetudinibus cuiuscunque Prouinciæ, & Regni: & quidem ego non existimo improbabilem sententiam Azenedi lib. 5. Recopil. tit. 2. leg. 4. n. 27. & 32. Gutierrez præct. quæst. lib. 2. quæst. 19. num. 1. Hunnij, & aliorum asserentium, quod supra dictæ vestes, & ornamenta præsumi debent donata, & collata in tempus matrimonij, iuxta legem quod sponsa C. de donat. ante nupt. Cum enim videat sponsus statim subiturus esse obligationem alendi sponsam, tradit illi vestes, & ornamenta, vt prædictæ obligationi satisfaciat: & sponsa eo die nuptiarum honoretur: ergo horum traditio sponsalitia largitas conferri non potest, quia non est facta sponsæ vt sponsæ, sed potius sponsæ vt vxori: si quidem non est facta ea præcipuè intentione, vt sponsæ tempore sponsalium ea munera deseruiant, sed vt deseruiant tempore matrimonij.

Et idè, vt dixi, maxime attendenda est consuetudo locorum.

## RESOL. LII.

Quinam dicantur infantia, & qui pubertati proximi s.

Hb

E\*

*Et quibus queritur in matrimonialibus, quinam sunt proximi pubertati ad hoc, ut eis matrimonium concedi debeat? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 1. Ref. 39.*

§. 1. **Q**uestio hæc deseruiet pro resolutione multorum casuum. Hulricus Hunnius de pactis cap. 3. quæst. 4. putat, infantes dici impuberes vsque ad annum septimum completum l. 18. pr. C. de iure delib. lib. 1. §. 2. ff. de adm. tut. vbi illi, qui facti possunt, dicuntur minores septem annis. Reliquos vero impubertatis annos in duas æquales partes secandas, quatum prima dicatur infantia, ab initio anni octauum vsque ad annum decimum cum dimidio completum: Ab hoc vero vsque ad annum decimum quartum completum dicatur proximus pubertati: Fœmina vero infantia proxima dicatur à septimo anno completo ad annum nonum cum dimidio completum: ab eoque annum duodecimum proxima pubertati: Nam post infantiam vsque ad pubertatem sunt in masculo septem anni, & in fœmina quinque, quare ex quo excessit quis dimidiam huius temporis partem magis pubertati, quam infantia proxima dici debet.

2. Accedit huic, quod experientia testatur masculus, postquam annum decimum, & sex menses; fœmina vero nouem cum semestri compleuerint, regulariter, atque communiter incipere ea ætate habere aliquem intellectum eorum, quæ agunt, proinde ab ea ætate merito proximi pubertati dicuntur. Cùm illi, qui, quod agunt, intelligunt, proximi pubertati in iure dicantur d. §. 18. de oblig. qua ex delict. nasc. Hæc Hunnius.

3. Aliqui vero hoc omne iudicis arbitrio relinquunt; Probatur, quia à iudicis arbitrio pendere debeat, quod in iure nostro determinatum, ac definitum non est, l. 1. in fine ff. de sum. delict. cap. vlt. extr. de transact. Nullibi autem in iure definitum, ac determinatum reperitur, quinam sit pubertati proximus, & qui proximus infantia, proinde istud arbitrio, & discretioni iudicis relinqui debeat.

4. Verùm ego puto, suam habere probabilitatem sententiam illorum, qui statuunt illos esse pubertati proximos, qui ad plenam pubertatem sex menses adhuc distant.

5. Probatur primò, quod in l. non tantum 17. ff. de excusat. tutor. ætas illa dicatur propè pubertatem esse, cui ad pubertatem tantum semestre tempus reliquum fuerit.

6. Secundò, quod idem etiam confirmet l. excipiuntur ff. ad Sylanian. vbi proponitur Trebatium Germanum legatum, supplicium sumi iussisse de eo impubere qui à pubertate non multum abfuerit. Atque de proximo dumtaxat pubertati sumi supplicium potest, §. in summa ff. de obl. qua ex delict. nasc. Et non multum à pubertate abesse dicitur 1s, cui ad pubertatem adhuc semestre deest. Igitur pubertati proximus dicendus videtur, cui sex menses adhuc ad pubertatem ætatem absunt.

7. Tertio, cùm dicto propè, item proximè ad semestre tempus ab ipso Iustiniano referantur in l. propterandum §. & si quidem C. de ind. d. l. non tantum 17. ff. de excusat. tut. sequuntur inde quod proximus pubertati sit, cui desunt sex menses, siue semestre.

8. Quarto in c. coninebatur 6. extra de dispens. impub. puella dicitur pubertati proxima, quæ in anno vndecimo, vel circa annum duodecimum est constituta, hoc est, cui sex menses adhuc ad pubertatem desunt.

Sup. hoc lege infra doctrinam Ref. 56. & 57.

9. Sed Hunnius pressus hoc argumento sic ait, In matrimonialibus, queritur, quinam proximus sit pubertati, ad hoc ut matrimonium ei concedi de-

beat, rectè dici proximam illam esse pubertati, quæ sit in vndecimo anno, vel circa duodecim, quæ tunc ut plurimum solet malitia supplere ætatem. Ac pro quibus loquitur non extendendam existimo. Præterea si rectè consideretur, probat hanc opinionem, quod nempe proximus tantum ille sit pubertati, qui deest semestre. Vndecimus enim annus, cuius meminit d. cap. coninebatur, de anno vndecimo cepto, non de penè perfecto intelligi debet; quia si verba illa, quæ subsequuntur (vel circa duodecimum) intelligenda sunt de semestri, ut volunt dissentientes ante finem anni duodecimi, necessariò sequitur illa verba (in vndecimo) solum cepto, & non dicto. Ita Hunnius, cui adheret (quod valde notandum est) Gaspar Hurtadus de matrim. disp. 22. diff. 1. 1. 46. vbi sustinet in d. cap. coninebatur, pubertati proximam eum dici, cui non deficit pluriquam integer annus.

10. Verùm, ut dixi, communiter docent Auctores, quod pubertati proximus dicatur qui tantum per sex menses ab ætate 14. annorum completorum distat, & ita tenuit Rota, & aliquos adducit sequitur nouissimè Episcopus Maranta in iurispr. sionibus part. 5. res. 14. n. 7. confirmatus superius dicta ex doctrina Bartoli in §. si vero, sum. Ant. de Mona. b. vbi docet, quod testis dicit, quod Titius possedit per viginti annos, quod testis probat decem, & nouem annis cum dimidio, ut dicto propè intelligatur per sex menses.

11. Et ita etiam ex aliis obseruat Cenedus super d. 81. num. 7. & Barbosa diff. 291. num. 2. Vnde ex his elapsis diebus ego consului legatum relictuam eandem, quando esset propè 16. annos, potuisse illud consequi in anno 15. cum dimidio.

## RESOL. LIII

*An quod dictum est de sponsalibus, dicendum sit de matrimonio, videlicet, ut sit validum, si iud. paratos contrahunt, presentibus & tacentibus suis? Et an sit validum, matrimonium, quando puella tacet, & nullus pro eâ respondet, vel opus sit, ut respondet pater, vel mater, aut tutor? Et quid in tali casu, si extranei respondent? Ex p. tract. 4. Ref. 271. alias 272.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam tenent communiter Doctores ex auctoritate Bonificij in d. cap. vnic. de despons. impuber. in 6. dummodo tale matrimonium sit contractum coram Parocho & testibus.

2. Tamen in gratiam studiosorum non reticendo hic adnotare ea, quæ adducit Basilius Pontius de matrim. lib. 2. cap. 14. num. 3. vbi sic ait. An dispositio Bonificij locum etiam habeat in matrimoniis, questionem habet, video communem esse Doctorum sententiam in illis locum habere, nonnullis exceptis. At nisi me tot Doctorum auctoritas detinet, planè eam his paucis sentirè, nempe hanc Bonificij constitutionem non habere locum in matrimoniis, sed tantum in sponsalibus de futuro; inductus duobus fundamentis. Primum est ex verbis ipsius constitutionis, si enim in ea planè agitur de sponsalibus de futuro, cur ad matrimonium exteoditur? Agere autem Pontificem de sponsalibus de futuro, planè constat ex omnibus, quæ in ea constitutione continentur, nam in §. 1. planum est eam potè impuber. inter septemnes non matrimonium, sed sponsalia,



sponsalia esse possint. In §. autem 2. speciatim agit de matrimonii eorum impuberum, quæ tantum fictione iuris sunt sponsalia. In 3. quoque §. id plenissime constat, quia agit de sponsalibus contractis in filiorum absentia, & illis ignorantibus. Quis autem dicat matrimonium contrahi in filiorum absentia, & illis ignavis? neque id vlli in mentem venire potest. Præterea, quia vel Pontifex in isto sagit de sponsalibus, & matrimoniis, vel tantum de sponsalibus, ad matrimonium autem extenditur à Doctore. Primum dici non potest, ut probatum est; neque secundum, non enim ea quæ de sponsalibus dicuntur, ad matrimonia etiam extendi semper debent; cum enim strictior sit obligatio matrimonij, quam sponsalium, multo plura requirantur exactius ad matrimonium quam ad sponsalia. Hæc enim multis de causis dissolui possunt, matrimonium autem indissolubile est. Unde quamvis sponsalia à parentibus celebrata, præsentem filio, atque tacente sustineri possint, & sic statuat Pontifex, non idem de matrimonio dicendum videretur, cum ad matrimonium plena libertas requiratur, & facillimum sit filium, vel filiam metu reverentiali impediti, metum autem reverentialem impedire matrimonium dicam postea. His accedit, quod cum tota hæc dispositio de valore sponsalium, quæ celebrantur parentibus pro filiis, illis tacentibus, & presentibus, nitatur in quadam presumptione consensus tacentis, non est firmum aliquid fundamentum eos iudicasse eam taciturnitatis presumptionem sufficientem ad iudicandum validum matrimonium, cum sit res longè maioris momenti, & quæ magis veritate ipsa decidenda est, quam presumptionibus, aut illis efficacissimis, & urgentissimis. Ita Pontius solide, & subtiliter, ut semper solet.

3. Doctores verò, qui asserunt constitutionem Bonifacij in d. c. unico, agere tantum de sponsalibus, & non esse extendendam ad matrimonium, hi sunt, Gabriel in 4. dist. 27. p. 1. art. 2. concl. 4. Angelus ver. matrimonium 2. num. 5. & nonnulli recentiores, quos refert Petrus de Ledefma de matrim. q. 45. art. 2. dub. 3. & ex Theologis Societatis Iesv Henriquez lib. 11. cap. 2. n. 6. iuncto commento in lit. P. vide etiam Bassol. in 4. dist. 27. q. 1. art. 1.

4. Sed stando in prima opinione, quæ, ut diximus, est communis, hoc non obtinere, non erit validum matrimonium, quando puella tacet, & nullus pro ea respondet, quia consensus ipsius non sufficienter exprimitur per taciturnitatem, nisi parentes pro ipsa respondeant. Dixi, nisi parentes pro ea respondeant; nam non sufficit alium extraneum reprobare, sed opus est, ut respondeat pater, vel mater, aut tutor; nam hi censentur agere in gratiam, & favorem puellæ, cuius curam gerunt, & consequenter, tunc valet regula, quod qui tacet consentire videtur; & ita observat doctus Bonacina de matrim. quest. 2. punct. 1. n. 8. & alij, licet Sylvius in 3. p. q. 45. art. 2. contrarium doceat, nempe in tali casu valere matrimonium, etiam si extranei reprobant.

5. Verum pro coronide huius resolutionis ponam hic verba Ioannis Gutierrez de matrim. c. 13. num. 9. sic asserentis. Vide in praxi observari pro securiori cautela, quod etiam si parentes sunt tempore contrahendi matrimonij, & illi hæc aperiant Parochus cum testibus; nihilominus ipse Parochus interrogat filios contrahentes, eorumque exquirat consensum, non verò parentum, conformans se cum dispositione Concilij Tridentini, ibi, *Vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, &c.* Interrogatio igitur ipsorum contrahentium requiritur. Verum si hoc non fieret, sed

Tom. II.

potius parentes interrogarentur à Parocho coram testibus presentibus & intelligentibus ac tacentibus ipsorum filiis, contraherent matrimonium nomine ipsorum filiorum; quia presentia, & taciturnitas filiorum quorum nomine eorum parentes contrahunt matrimonium, sufficiens externum signum est consensus interni, iuris presumptione, & dispositione in cap. unico, de despons. impub. in 6. quod Concilium Tridentinum non corrigi, nec de hoc casu loquutum est, sed frequentiori, regulari; scilicet quando ipsinet coniugendi matrimonialiter per se contrahant; nulla facta mentione de parentibus. Noster igitur casus, tamquam omissus, remanet sub dispositione iuris communis, argumento l. commodissimo, cum simili ff. de liber. & posthumis. Ita Gutierrez.

RESOL. LIV.

An saltem peccet venialiter, qui loqui valens contraheret matrimonium per signa, & nutus? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 247. alias 248.

§. 1. Affirmativam sententiam docet Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 31. num. 10. ubi ait. Fateor culpam esse venialem non exprimeret verbis, sed solis signis consensum in matrimonio contrahendo, nisi iusta causa excusaret.

2. Sed contra illum nullam culpam venialem in tali casu agnoscit Basilus Pontius de matrim. lib. 2. cap. 7. num. 14. ubi sic asserit. Ego non video aliquod præceptum Ecclesiasticum de verbis adhibendis, & Pontifex in cap. tua fraternitati, & cap. licet, de despons. duor. non intendit excludere alia signa sensibilia expressiva consensus, & ipse Sanchez admittit nullum in dictis capitibus contineri præceptum. Quod si nullum agnoscit præceptum in dictis cap. quomodo potuit consequenter asserere, esse peccatum veniale in omissione verborum, cum peccatum tam mortale, quam veniale, non possint esse, nisi ubi lex, & præceptum est? Nec verò ex Trident. sess. 24. c. 1. de reform. matr. colligi potest necessitas verborum, cum dicitur, *vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum consensu intellecto, &c.* Neque enim dicit Concilium, ut interrogatio fiat per verba, cum surdi, & muti Parochi verba percipere non possint, & quando Parochus interrogat eos, qui loqui possunt, & audire, non definit Concilium, neque præcipit, ut responsio etiam verbis fiat, sed solum ut Parochus intelligit contrahentium consensum, potest autem ex signis æquivalentibus intelligi. Ita Pontius contra Sanchez.

3. Sed in illius favorem stant novissime Coninch de Sacram. disp. 24. dub. 9. num. 66. & Fillucius tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 3. num. 82. qui asserunt tales contrahentes peccare venialiter: non sunt tamen audiendi Petrus de Ledefma in summa, de matrim. quest. 45. art. 2. concl. 2. Rodriguez in summa, tom. 1. cap. 2. 16. num. 5. qui putant supradictos contrahentes peccare mortaliter, quod etiam docet novissime Sylvius in 3. p. quest. 4. art. 2.

RESOL. LV.

An contrahere matrimonium ante legitimam ætatem sit peccatum mortale? Ex part. 3. tractat. 4. Ref. 275. alias 276.

§. 1. Affirmativam sententiam docet Villalobos in summa, tom. 1. tract. 14. difficult. 22. num. 8. ubi sic asserit. [El contraher matrimonio de presente

H h 2 su

sin tener edad legitima, esta prohibiendo en derecho en el cap. 2. de despons. impub. y hazer lo contrario es pecado mortal, como se ven a aquellas palabras dilucidius inhihemus. ] Sic ille, & ante illum Coninch de Sac. disp. 2. 1. dub. 5. n. 54. Gutierrez de matr. cap. 2. n. 16. Bonacina de matrim. quest. 1. punct. 4. n. 7. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 7. n. 239. & hanc sententiam docet etiam nouissimè Basilius Pontius de matrim. lib. 7. cap. 6. n. 3. & docuerat antea Henriquez lib. 1. cap. 13. n. 13. vnde non est dubium esse probabiliorem, & communiorem.

2. Non reticcam tamen negatiuam sententiam docere Thom. Sanchez de matr. 10. 1. lib. 1. disp. 17. n. 6. quia à iure antiquo recedendum non est absque rextu expresso, & quod iuris correctio est odiosa, & omnino vitanda. ] præcipimus. C. de appell. Sed matrimonium de præfenti inter impuberes est permissum multis canonibus, & interpretantur, quasi essent verba de futuro, cap. si. de despons. impub. cap. vnic. §. idem quoque, eod. tit. in 6. Ergo non est dicendum, cap. 2. quod citat correxisse hæc iura, cum optimè possit interpretari ne corrigat. Item, quia Panormitanus eod. cap. 2. n. 5. & Præposit. ibi num. 2. explicant illum textum, vt tantum prohibeat, ne impuberes, vel puberes cum impubere contrahant matrimonium, si mulque copula carnali dent operam, ne postmodum de matrimonij valore dubitetur. Quod si virgeas, textum permittere hanc coniunctionem propter pacis bonum; non posse autem permitti copulam, respondeo, permitti quidem posse quando iudicio Episcopi probabile esset malitiam præuenite ætatem; virginitatimque causa concurrente, quamuis de potentia ad copulam dubium esset aliquale, & si experientia facta comperiretur, nondum adesse potentiam, esset illud matrimonium sponsalia, iuris interpretatione. Hæc omnia Sanchez.

3. Sed stando in prima sententia, moderanda est cum Paludano in 4. dist. 28. quest. 2. art. 2. num. 8. & 10. Angelo ver. matrimonium; impedim. 16. n. 7. Tabiena ver. matrimonium 1. q. 6. num. 7. Henriquez & Filiucio locis citatis, nisi cum Episcopi licentia, & iusta interueniente causa, matrimonium ante legitimam ætatem celebretur, ex c. 2. vbi supra. Item stando etiam in dicta opinione queritur.

RESOL. LVI.

An sit peccatum mortale contrahere matrimonium, ultimo die, quo completur legitima ætas?  
 Et an satis sit, si non solum prima dies anni duodecimi in femina, & decimi quarti in vivo sit incæpta, sed etiam si tres dies, aut etiam decem dies ex ea ætate deficiant?  
 Et notatur validum esse matrimonium contractum ante legitimam ætatem, si malitia suppleat ætatem. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 276. alias 277.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra ex Ref. sol. 52. lege doctrinam §. Sed Hunnius.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Basilius Pontius de matr. lib. 7. c. 65. nu. 1. vbi sic ait. In dubio præfinitum tempus completum sit, inhabiles iudicat Ecclesia, etiam si exigua temporis distantia sit, neque enim hic locum habet illa regula, quod parum distat, nihil distare videtur, sicut neque in aliis, in quibus ius præfinit tempus exigit, vt in animo probationis Religiosi, & in ætate ad Ordines si enim vel vnus dies, aut hora desideretur, vitiat factum. Cum enim ius præfinit tempus, exigatque illud esse completum, nisi malitia suppleat, non est locus paucorum dierum supplemento. Quod si illa suppleat, parum refert, an duo, vel tres dies, aut etiam plures deficiant. Imò existimo, nec satis esse, vt

impleta ætas censeatur vltimum diem inceptum esse, quando malitia non suppleat ætatem; vt de anno probationis dicendum est. Neque obstat, quod iure ciuili alia sit dispositio in testamentis, necesse à iure ciuili ad canonicum in hac re argumentum deduci potest, aut à testamentis ad matrimonia, vbi est expressa decisio Pontificum. Ita Pontius.

2. Contrariam tamen sententiam tenet Barbosa in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 3. cap. 14. n. 2. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 14. disse. 22. num. 1. & alii penes ipsum, vbi sic asserit. [Esta edad ha de ser cumplida, como dize el c. ex litteris, en estas palabras. Dones nec compleat puer annum decimum quartum. Verdad es, que bastaria si estuuiesse en el vltimo dia, como tiene Syluestro, Ab Alexandro de Neuo, Sanchez, y otros lustras, y es la razon, porque se determina assi en fauor del testamento en la ley que es, ff. de testam. y no es menor el fauor de matrimonio. Mas no abstaría si faltasen tres dias, como con otra tiene el mismo Sanchez, y lo mismo siento si faltasse vn dia, porque mortalmente no se iuzga por cumplido año, como se juzgaria estando en el mismo dia. ] Sic Villalobos.

3. At Ioannes Gutierrez (attende lector) de matrim. cap. 2. num. 20. hoc vltimum contra Villalobos admittit, sic enim ait. Satis enim est in prima die anni duodecimi in femina, & decimi quarti in vivo sit incepta, quinimo & decimi erit dicendum quatuor dies ex ætate deficiant, ex eo quod moraliter censeatur tunc completa: non enim metaphisice compleri requiritur, vt tenet Holtien. in cap. impuberes, num. 5. de despons. impub. & Veracuz in specul. part. 1. articulo. 26. Imò Martinus Ledelma in 2. part. lib. 4. quest. 60. art. 1. col. penult. verba testabris, vltius dicit satis esse quamuis decem dies defint. Ita Gutierrez.

4. Notandum est tamen hic obiter validum esse matrimonium contractum ante legitimam ætatem, si malitia suppleat ætatem; vt ex multis notat Barbosa in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 2. cap. 9. num. 1. & pariter ex cap. de illis 2. de despons. impub.

RESOL. LVII.

An in ætate requisita ad matrimonium detur paritas materia?  
 Et notatur ad valorem matrimonij non requiri, vt dicta ætas sit mathematicè completa, sed moraliter, et quando contrahentes ab ea distarent non solum per tres, aut decem dies, sed etiam per vnum aut alterum mensem? Ex part. 3. tr. 5. Ref. 16.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, & ita aliqui asserunt sufficere eam ætatem ad matrimonij valorem, vt in cap. puberes, num. 5. de despons. impub. & plus addit in cap. Martinus Ledelma in 2. part. 4. quest. 60. art. 1. docent satis esse, quamuis decem dies defint. Sed communiter Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 104. num. 2. & 3. asserunt sufficere in tali casu, quod vltima dies anni duodecimi in femina, & decimi quarti in vivo sit incepta, quamuis non sit completa.

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam docet ex Pontio Gaspar Hurtadus de matrim. disp. 22. diffin. 12. n. 45. vbi sic ait. Alij docent requiri dictam ætatem esse mathematicè completam, & merito, quia iure præscribitur, seu taxatur, ac proinde debet in indiuisibili consistere. sicut precium iure præscriptum in indiuisibili consistit. Vnde regula

regula illa, Quod parum distat, &c. non habet locum in taxatis a iure. Id verò, quod addit Sancius, nempe sufficere vltimum diem, quo dicti anni præscripti complentur, esse inchoatum, falsum est, vt optimè Basiliius. quia quouisque sit completus, dicta ætas non est mathematicè completa, neque in indiuisibili consistens. Ita Hurtadus. Vnde puto vtramque sententiam probabilem esse etiam per Doctores, quos ego adduxi in 3. part. tract. 4. resolut. 277. quos omninò videbis.

3. Non desinam tamen hîc adnotare Rebëllium lib. 3. qu. 16. sect. 2. n. 16. docere ad valorem matrimonij non requiri, vt dicta ætas sit mathematicè completa. sed moraliter, vt quando contrahentes ab ea distarent per vnum, aut alterum mensem, qui vulgariter finis anni dicitur, quod enim parum distat, nihil distare videtur; sed in hoc nimis largè loquitur Rebëllius, vt optimè obseruat Naldus, in summ. verb. atus, num. 1.

RESOL. LVIII.

An filius teneatur contrahere matrimonium, quod pater promissit, aut præcepit?

Et notatur licite filios posse inire hoc, vel illud matrimonium, parentibus inuitis, aut resistens; erit tamen illicitum contrahere matrimonium, illis non certioribus factis.

Et cursissime docetur parentes non posse exheredare filios, neque eis dotem negare, quia contrahunt matrimonium, illis inuitis.

Et aduertitur parentes, qui coactione sufficienti ad mortale compellunt filios ad matrimonium, non incurere excommunicationem latam in Tridentino, sess. 24. cap. 9.

Et an Tridentinum loquatur tantum de Dominis temporalibus, & Magistratibus habentibus iurisdictionem in foro exteriori seculari, & neque Parochus, neque Episcopus si compellerent ad matrimonium, in dictam excommunicationem non incurerent.

Imò, neque Reges & Imperatores, quamuis habeant dictam iurisdictionem. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 132.

docet parentes non posse exheredare liberos, neque eis dotem negare, quia contrahunt matrimonium ipsi inuitis.

4. Non desinam tamen hîc adnotare parentes, qui coactione sufficienti ad mortale compellunt filios ad matrimonium, non incurere in excommunicationem latam in Tridentino sess. 24. cap. 9. Ita contra Lopez & Albornos docet Sanchez, de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 22. Coninch de Sacram. disp. 28. dub. 5. & alij, quia Tridentinum loquitur tantum de dominis temporalibus, & Magistratibus habentibus iurisdictionem in foro exteriori seculari, vnde neque Parochus, neque Episcopus si compellerent ad matrimonium, in dictam excommunicationem incurerent, quia non habent iurisdictionem in foro externo seculari. Ita etiam Hurtado diff. 8. n. 29. Imò neque Reges & Imperatores, quamuis habeant dictam iurisdictionem, quia isti exprimi debent vt exprimuntur in eodem Tridentino sess. 22. de reform. cap. 11.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Ref. 223. §. Notandum est, in fine, & pro dote, hic supra in Ref. 45. §. Quibus. Et sup. contento in hoc vlt. §. Non desinam infra in Ref. 141. §. vlt. in principio.

RESOL. LIX.

An filius peccet mortaliter, si non ducat dignam, quam pater vult, sed aliam ducat aequè dignam?

Et notatur filium Magnatis, quem pater non vult alere, secundum qualitatem personæ, non peccare mortaliter, si inscio aique inuito patre feminam diuitem, & nobilem ducat genere aliquantulum inferiorem. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 21.

§. 1. Peccare mortaliter asserit Fagundez in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 4. n. 4. vbi sic asserit. Ego illam opinionem sequor, quatenus asserit esse peccatum mortale filium contrahere contra voluntatem, & consensum Patris: quia in re graui ei non obedit, & aliunde Pater aequè dignam, & diuitem ei ducendam proponit, ac illam, quam filius sponte sua elegerat. Ita ille.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Ref. præterita, & vide etiam §. eius præim. not.

2. Sed ego olim in facti contingentiæ negatiuæ sententiæ ad hæsi, quam tueretur Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 23. num. 10. cui adde nouissimè Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 2. n. 13. vbi sic ait. Dico filium teneri patrem consulere, si commo- dè fieri potest, & non longè abest, aut finon timer malitiosè impedimentum; non tamen tenetur consilium sequi, nisi ducat indignam: at si ducat dignam, non tenetur sequi Patris voluntatem, ita Trullench. Vide etiam Toletum in summa lib. 5. cap. 1. n. 6.

3. Notandum est etiam hîc obiter, quòd Fagundez vbi supra, n. 5. faceret filium Magnatis, quem Pater non vult alere secundum qualitatem personæ, non peccare mortaliter, si inscio, ac inuito parente feminam diuitem & nobilem ducat, genere aliquantulo inferiorem.

RESOL. LX.

An matrimonium inter absentes contractum per Procuratorem, vel per literas coram Parocho, & testibus sit Sacramentum?

Et inferitur contrahentes sub peccato mortali teneri curare, vt sint in gratia illo tempore, quo Procuratores eorum nomine contrahunt.

Et notatur ætatem, & diuersitatem sexus nullius esse momenti in Procuratore; & ideo femina potest contrahere in tali casu matrimonium pro viro.

Etiamque aduertitur, quòd Procurator nõ debet excedere suum mandatũ, alioquin matrimonium est nullum. Et cursim docetur, quòd dicta Procuratio nõ est necesse.

H h 3 26

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Refol. 243. §. 6. in fine, & hic infra lege doctrinam Refol. leg.

§. 1. Affirmatiuè respondet Cardinal. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 19. Rebëllius, & Nauartus penes Hurtadum vbi infra, dummodo filius non eligat meliorem statum, & quòd matrimonium a patre promissum, aut præceptum non sit filio indignum, & hoc deduci videtur ex cap. 1. de despons. impub. vbi dicitur, postquam filius ad perfectam ætatem peruenerit, omnino debet hoc implere.

2. Sed mihi contraria sententia magis placet, quam tueretur Hurtado tract. de matrim. disp. 6. diff. 9. num. 32. cum Riccardo, Sanchez & Coninch penes ipsum, qui rationes pro hac firmanda sententia adducit, & rectè respondet ad supra citatum cap. 1. nam illa verba omnino debent à glossa & aliis communiter exponi de debito honestatis, non autem præcepti, seu obligationis.

3. Notandum est etiam contra Bellarminum, Rebëllium, & Sotum licite filios posse inire hoc, aut illud matrimonium parentibus inuitis, seu resistens; erit tamen illicitum contrahere matrimonium illis non certioribus factis, nisi quando filij timent parentes iniuste impedituros dictum matrimonium, aut quando adest rationabilis causa occultandi parentibus matrimonium, & hæc omnia docet Hurtado loco cit. difficul. 10. num. 35. & 36. cum Sanchez, Coninch, & Valquez, vbi etiam

Sup. hoc in Refol. 1. not. præterita à §. 3. & legq. & vide etiam Ref. 1. not. præterita.

ut efficiatur coram Parocho ac vestibus, licet coram dictis postea sit intendendum matrimonium?  
Idem, quod dictum est de matrimonio per Procuratorem contracto, dicendum est, si per literas contrahatur? Ex part. 3, tr. 4, Ref. 249, alias 250.

Sup. hoc est eodem Rebellio infra citato infra in Ref. 118, §. 2 post medium, à v. Etideo.

§. 1. Negatiuam sententiam docet nouissimè Guilielmus Estius in 4. sent. dist. 19, §. 5. & Franciscus Syluius in 3. part. D. Thoma quæst. 42, art. 1. quæst. 3, concl. 2, qui citat Caietanum, Victoriam, & Canum. Et ratio est, quia sicut collatio Sacramenti est actio personalis, ita eius receptio est personalis passio negatiuè; neque dici potest hoc esse matrimonium, vt potest contractui, peculiare, quia præter naturam contractus etiam habet rationem Sacramenti, quod prouide similiter, vt alia Sacramenta, requirit, vt minister applicet formam ad materiam in subiecto præsentem. Confirmatur, etiam si penitentialis absolutio sit iudicialis, possit autem aliquis iudicialiter absoluti etiam si sit absens; quia tamen est Sacramentum, non potest in absentem proferri. Deinde sequeretur alioquin, quod Sacramenta conferant gratiam absenti, & sic occupatio circa alia, vt nec ipse de Sacramento cogitet, nec circa ipsum fiat actio sacramentalis.

2. Sed contrariam sententiam docent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de matrim. tom. 1, lib. 2, disp. 11, §. 2, num. 20, quibus ego addo Villalobos in summa tom. 1, tract. 13, diff. 9, n. 3. Ioan. de la Cruz in direct. part. 2, de matrim. ante quæst. 1. Basilium Pontium de matrim. lib. 1, cap. 10, n. 2. Valentiam tom. 4, disp. 10, quæst. 1, punct. 6. Coninch de Sacram. disp. 2, 4, dub. 2, concl. 5, num. 23, & alios, vnde inferunt supra dicti DD. contrahentes sub peccato mortali teneri curare, vt sint in gratia illo tempore, quo procuratores eorum nomine contrahent, ne Sacramentum viuorum in peccato mortali suscipiant; secus de procuratoribus, qui alieno nomine agunt, nec vllum Sacramentum suscipiunt.

3. Quid ego sentiam, dicam breuiter cum Rebellio part. 1, lib. 2, §. 5, concl. 2, num. 9, quod est valde probabile sit, matrimonium inter absentes contractum, non posse esse Sacramentum nouæ legis, seu gratiæ; sine periculoque defendi posse videatur, omnem collationem, receptionemque cuiusvis Sacramenti exigere præsentiam conferentis, ac recipientis, vt habet prior opinio; attamen posterior tenenda est, vt communior, ac securior, que absolutè ait, esse Sacramentum, si videlicet contrahentes intendunt saltem implicitè, facere Sacramentum; id autem intendere sunt censendi, quoties intendunt quod Ecclesia intendit in coniugandis fidelibus.

4. Et licet Villalobos in summa tom. 1, tract. 13, diff. 9, num. 3, optimè afferat: [Que hazen bien los contrahentes, que despues en presencia se bueluen à casar para quitar escrúpulos, porque el matrimonio por la parte que tiene de contracto, se puede repetir à manera de los demás contratos, y no se reyteta aquel Sacramento, porque esto solo es confirmat el contrato, y no hazerle de nuevo.] Vnde sic faciendo si fortè non receperunt Sacramentum, postea illud recipiant; attamen ego puto cum Rebellio vbi supra, 10, quod tam Sacerdos, quam contrahentes, cum in facie Ecclesiæ iterum iunguntur, ad faciendas solemnitates omittas, implicitè hoc facere saltem intendunt; siquidem rem, vt de iure licet, peragere volunt, quod est valde notandum ad tollendos scrupulos.

Sup. hoc infra in Ref. 91, §. Ex his.

5. Notandum est tamen hic cum Syluius, & Pontio, & aliis vbi supra, diuersitatem sexus nullius esse momenti in procuratore, cum sit tantum instrumentum ministrans verba, quibus contrahitur ma-

rimonium, & ideo femina potest contrahere in tali casu matrimonium pro viro.

6. Notandum est etiam, quod procurator non debet excedere suum mandatum, alioquin matrimonium est nullum; [Mas non obstante esto, ait Villalobos vbi supra, n. 2, aunque en el poder le digan que contrayga guardando la forma del Concilio Tridentino, si hizo al contrario sin moniciones, con todo vale; por que tambien valdría, si el mismo, que da el poder, le hiziera assi.] Ita ille, qui etiam absenti, [Que se puede dar poder al procurador, aunque no sea con escritura, ni tan poco es necesario, que sea de edad determinada.] Nota quod dicta procuratio non est necesse, vt efficiatur coram Parocho, ac vestibus; licet coram prædictis postea sit intendendum matrimonium.

7. Idem quod dictum est de matrimonio per procuratorem contracto, dicendum est, vt notat Barbosa in collect. tom. 4, part. 2, decreti, causa 30, quæst. 5, nec illud, num. 2, cum aliis communit, si per literas contrahatur, & ad hoc efficiendum à Villalobos vbi supra, diff. 10, n. 2, faciles viæ præbentur, [La vna, si el que escribe la carta, es un mensajero con ella, dándole poder à el, ó otra persona, que en su nombre acete el contrato, lo qual no solo sería contraher por carta, sino presentarse con ello por procurador. La segunda materia es (sic) hic est modus facillimus] que in carta elicitur, que desèe entones aceta la tradición, que la otra parte le hiziere, y si leyda la carta delante del parochi y testigos, da su consentimiento, la otra parte, y el matrimonio vale, y este modo es facil.] Notentur hæc, quia in praxi possunt non semel accidere.

## RESOL. LXI.

An Procuratore misso ad contrahendum, si mandatum in amentiam incidat, matrimonium sit validum?  
Ex quo inferitur, quod Baptismus furie temporæ acceptus, petitus ante furiam validus est?  
Idem est in Sacramento Penitentia, quod petiit enim absoluti, qui ante amentiam dedit signa contritionis?  
Ex part. 3, tr. 4, Ref. 248, alias 249.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sanchez de matrim. tom. 1, lib. 2, disp. 11, n. 12, vbi sic ait. Hoc inferitur si procuratore misso dans mandatum in amentiam incidat, & talis persueret dum procurator nomine suo contrahit, valere matrimonium, manet enim virtute prior consensus, cum reuocatus non sit: sicut Baptismus furie tempore receptus, petitus ante furiam, validus est, ex cap. maris de Baptismo, sicuti, si tunc temporis esset dormiens, valeret matrimonium. Ita Sanchez.

2. Sed hæc sententia displicet Basilio Pontio de matrim. lib. 2, cap. 15, num. 14, quia pro forma, & causa contractus est consensus. Ergo nullum est matrimonium: adde si moreretur mandans, eo tempore nihil ageret procurator, ipsa enim morte cessaret consensus. Ergo etiam amentia, que æquiparatur morti, quoad consensus: in quo videtur longè diluersam esse rationem de mandato, si in amentiam incidat, aut si dormiat, ille enim incapax est habendi consensus, hic verò minimè. Neque simile est, quod Baptismus petitus ante amentiam, validè conferatur in amentia. Nam vt Baptismus effectum habeat, satis est voluntatem præcellisse, neque reuocari, eo enim ipso posita materia ponitur effectus: in matrimonio necessarius est consensus persuerans, etiam in ipso fieri contractus, quia consensus per verba expressus, vel signa est forma matrimonij. Idem

Idem est in sacramento Poenitentiae potest enim ab- solui, qui ante amentiam dedit signa contritionis, neque enim necesse est simul sint in poenitentia, ma- teria, & forma eius Sacramenti. Atque id, quod di- cimus, intelligitur facile, si queramus, an cum il- lo in amentiam incidente, & praesente, licet expli- casset antea consensum, contraheretur matrimo- nium? Minimè. Ergo neque per procuratorem contrahi poterit, si mandans in amentiam incidat. Sic Basilides contra Sanchez. Sed Sanchez sententiam tenet Henriquez lib. 11. cap. 4. n. 4. & nouissimè doctus Bonacina de matrim. quest. 2. punct. 5. num. 131.

RESOL. LXII.

An, si omittantur denunciations, matrimonium sit validum? Et notatur primo contrahentes ante denunciations si- tas peccare mortaliter, & ita dicendum est de Pa- rocho tali matrimonio assistente? Secundo quod in tali casu videlicet, quando denuncia- tiones ante nuptias facta non sunt, post nuptias ante consummationem matrimonij faciendas esse ex Con- cilio Trid. ut si forte impedimentum dirimens sub- sit, ante copulam fornicariam detegatur, nisi Episcopo consulto, videatur eas omnino intermitteri? Tertio, quod non possunt sola auctoritate Paro- chi praetermitti denunciations, si timetur malitiosè matri- monium impediendum, licet postea esse erentur, ante- quam dictum matrimonium consummaretur, quia hoc spectat ad Episcopum, cum facile possit adiri? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 2. q. 10. artic. 2. 1.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Refol. 2. 6. §. Secundo idem, & le- ge etiam Ref. & 55. annot. seq. §. 1. Negatiuè respondet Cephalus lib. 4. conf. 421. & Menochius lib. 1. conf. 79. num. 70. sed omnino contrariam sententiam tenendam esse puto, quam docent communiter Doctores (vt Sarmiento lib. 1. sel. cl. cap. 6. num. 7. Molinus de ritu nupt. lib. 2. diff. 1. num. 45. Gutierrez. pract. 99. lib. 2. part. 4. num. 15. Riccius in praxi tom. 1. resol. 224. num. 6. Chamerota de Sacram. tract. 12. de matrim. dub. 17. Campanili in diner. iur. can. rub. 1. cap. 13. num. 43. Leo in Theol. for. Eccl. p. 2. cap. 6. num. 45. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 24. num. 2. vbi ita ait declarasse sacram Cardinalium Congregationem his verbis, Denunciations si omittantur, per hoc matrimonium irritum non est, seruatis tamen caeteris requisitis. 2. Notandum est tamèn contra Sotum in 4. diff. 28. q. 1. art. 2. contrahentes ante denunciations factas peccare mortaliter, & ita dicendum est de Pa- rocho tali matrimonio assistente. Ita Villalobos vbi supra. Gutierrez de Sacram. Confirm. part. 1. cap. 51. num. 29. Sanchez de matrim. to. 1. lib. 3. disp. 5. n. 6. & alij. 3. Notandum secundò cum Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 101. p. 2. cap. 4. num. 1. quòd in tali casu, quando videlicet denunciations ante nuptias factae non fuerunt, post nuptias ante consummationem matrimonij faciendas esse, ex Concil. Trident. ut si fortasse impedimentum dirimens subsit, ante copulam fornicariam detegatur, nisi Episcopo con- sulto videatur eas omnino intermitteri. 4. Notandum tertio cum Coninch de Sacram. disp. 27. dub. 5. num. 5. quòd non possunt sola aucto- ritate Parochi praetermitti denunciations, si timetur matrimonium malitiosè impediendum, licet postea efficerentur, antequam dictum matrimonium con- summaretur, quia hoc spectat ad Episcopum cum facile possit adiri, licet Viualdus in candel. par. 1. de matrim.

num. 243. cum quibusdam alijs doceat posse hoc effi- cere Parochum. Sed tu tene primam sententiam; nam vt notat Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 5. ita de- clarauit sacra Cardinalium Congregatio, vide Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 7. num. 7.

RESOL. LXIII.

An quando matrimonium initum est absque denuncia- tionibus, si peccatum mortale consummare ante- quam praemittantur? Et an coniux teneatur debitum reddere alteri coningè petenti ante denunciations? Et notatur, quod si contingat casus in quo matrimo- nium statim contrahi bono communi, vel speciali contrahentium expediat maxime, neque sit recursus ad Ordinarium, qui in praedictis denunciationsibus dispenseret, poterunt contrahere absque ulla culpa ma- trimonium coram Parocho & testibus; Parochus- que, & testes adesse poterunt? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 19.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 11. num. 3. & alij penes ipsum. Quia ex praeepto Concilij Trident. Iess 24. cap. 1. non solum tenebantur hi contrahentes praemittere denunciations contractui; sed, si tunc omiffae sunt, praemittere illius consummationi: ergo, sicut illas non praemittere matrimonio absque iusta dispensa- tione, esset peccatum lethale; etiam vbi contrahen- tes adhiberent diligentiam, vt nosset, an laborarent aliquo impedimento; ita erit mortale non praemittere consummationi, eadem adhibita diligentia: cum idem praeeptum violetur. Deinde, quia matrimo- nium intrinsecè ordinatur ad copulam, & prohibetur ante denunciations, vt euitetur copula, ne for- san, si impedimentum subsit, admittatur fornicatio: ergo à fortiori prohibetur ipsa consummatio, non praemissis denunciations. Tandem, quia Parochus tenetur sub mortali curare, vt tales denunciations fiant ante consummationem, quando à principio factae non sunt: ergo & ipsi coniuges peccant mor- taliter consummando, iis non praemissis. 2. Verum, his non obstantibus, Sotus, Ledesma, Rodriguez, Veracruz, & alij, quos citat, & sequitur Texeda in Theol. moral. tom. 1. lib. 4. tract. 1. n. 49. asse- runt, contrahentes in tali casu non peccare mortali- ter prima vice consummando matrimonium ritè ce- lebratum, iuxta determinationem Concilij, si contra- hentes sint certi inter eos nullum subesse impedimè- tum. Probat ex verbis Concilij, quae talia sunt: Et si aliqua subsint impedimenta, facilius derogantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt praedicta de- nunciations dimittantur. Ex quibus Concilij verbis sic infero: ergo, cum certum est, moraliter loquendo, nullum subesse impedimentum, non agunt contra- hentes contra Decretum Concilij, matrimonio re- ctè, & benè celebrato, prima vice consummando il- lud, etiam si id faciant absque causa; Probat hoc quia Concilium petit, quòd postquam matrimo- nium est initum omiffis denunciationsibus, si id vi- sum fuerit Ordinatio expediens ante consummatio- nem, tenentur contrahentes matrimonium publica- re, quando dubitari potest de impedimento; ergo, si certum sit, nullum subesse impedimentum, non agunt contrahentes contra Decretum Concilij, ante pu- blicationem prima vice consummando: quia vtun- tur iure suo, & nemo vtens iure suo peccat. 3. Obiicit Sanch. Peccant mortaliter contra- hentes contra Decretum Concilij, matrimonium

contrahendo, omiffis abfque caufa denuntiationibus: ergo etiam peccant mortaliter contra Decretum Concilij, fi poft contractum matrimonium illud prima vice confummeat abfque caufa ante denuntiationes. Hoc est totum argumentum in forma huius moderni, quamvis illud fati dilaret, & confundat. Sed refpondeo, concesso antecedenti, negando confequentiam: quia in primo cafu Concilium abfolu- te præcipit non effe abfque caufa denuntiationes omittendas, & ided fi abfque caufa contrahentes illas omittant; antequam matrimonium contrahant, peccant mortaliter contra Decretum Concilij; in fecundo tamen cafu Concilium Tridentinum fati fe explicat, dum dicit: *¶ Et fi aliqua fubfint impedimenta, facilius dereguntur.* loquitur enim fub conditione, quod fuerit aliquod impedimentum, quod deregi debet. Et ided, fi certè confter, nullum fubeffe impedimentum, contrahentes prima vice confummando non peccant, ficut nec fecunda. Quare benè aduertit Caiet. tom. 1. *opufc. tract. 13. de vfu matrim. q. 2.* quod, quamvis ante Decretum Concilij Tridentini matrimonium confummare ante denuntiationes effet illicitum, & mortali culpa; poft Decretum tamè Concilij, fi matrimonium fuerit valide initum, illud confummare ante denuntiationes, nullum peccatum effet, dummodo addint duo: Primum, quod certum fit, nullum fubeffe impedimentum. Secundum, quod contrahentes vtantur matrimonio cum intentione illud publicandi. Hæc omnia Texeda *vbi fuprà.*

4. Sed extat dubium, an coniux teneatur debitum reddere alteri coniugi petenti ante denuntiationes? In qua difficultate affirmat Henriquez in *Summa, lib. 11. de matrim. cap. 16. num. 1.* & afferit duo: Primum, non teneri coniugem reddere debitum. Secundum, quod fi fuerit matrimonium femel confummatum, reddere tenetur: ficut vouens Religionem, peccaret prima vice reddens; at deinceps reddere tenetur: quia femel confummato matrimonio, habent coniuges plenam poteftatem, & vsum corporis. Idem tenent alij Neoterici docti: fed ducuntur hæc ratione: quia iam hi violantur Ecclefie præceptum nec poftunt refarcire ficut qui die ieiunij primomane fcienter comedit, deinceps non peccat, comestiones multiplicans. Sed meritò hanc fententiam impugnant Sanchez, *vbi fuprà, n. 5.* & Texeda *n. 52.* quia eadem præcepti vis virget in ordine ad denuntiationes omiffas in prima confummatione, que in fecunda: ergo, fi in fecunda tenetur coniux reddere debitum, tenetur etiam prima vice: vel fi non tenetur reddere prima vice, neque etiam in fecunda. Deinde, quia per matrimonium verè, & rectè contractum transfertur ius, quod habet quilibet coniux in corpus alterius: ergo matrimonio vtendo non peccat.

5. Ad exempla adducta refpondeo, non effe fimilia: non enim efft fimile de Religionis voto: quia, femel confummato matrimonio, ratione fortioris matrimonij confummati vinculi, redditur vouens impotens ad implendum votum; & ided reddere tenetur: at verò, quia adhuc poteft coniux implere præceptum Tridentini, abftinendo, donec fiant denuntiationes; nec tenetur contra præceptum illud reddere, Nihil etiam probat fecunda differentie ratio: quia ieiunium indiuiduum efft, nec commodam patitur diuifionem, cum eius fubftantia in vnica eomestione confiftat: quare, ea fracta, deinceps obferuari nequit: at præceptum non confummandi matrimonium efft diuifibile, vt præceptum abftinendi à carnibus: nam in qualibet copula militat eadem ratio Tridentini, vt probauimus: ficut ligatus caftitatis voto peccat qualibet vice petendo; non ta-

men peccaret qualibet vice comedo, fed fola prima, fi ieiunium vouiffet.

6. Notandum efft hic obiter, quod fi contingat cafus, in quo matrimonium ftatim contracti bono communi, vel fpéciali contrahentium expedit maxime, neque fit recurfus ad Ordinarium, qui in prædictis denuntiationibus difpenfet, poterunt contrahentes abfque vlla culpa matrimonium contrahere coram Parocho, & teftibus, Parochusque, & teftes adeffe poterunt: quia leges ecclefiafticæ non conferunt eo rigore obligare, vt benè docent Sotus *in 4. dift. 28. quæft. 1. art. 2. concluf. 3. §. Ex huiusmodi.* Ludouicus Lopez *1. part. inftitut. c. 39. §. Ex prædictis.* Coninch *diffut. 27. de matrim. dub. 5. num. 12.* Sanchez, alius relatis *lib. 3. diff. 10. n. 27.* Layman *tract. 10. 2. part. cap. 4. n. 10.* Indicat Gutierrez *cap. 57. de matrim. 6.* & docet Palaus *tom. 3. diff. 2. pund. 13. §. 3. num. 11.*

## RESOL. LXIV.

*An prætermittere vnam de dictis denuntiationibus peccatum mortale, vbi plura de denuntiationibus? Et an Parochus, qui id fuo arbitrio faceret, grauius puniendus effet ab Epifcopo? Et notatur denuntiationes non poffe fieri extra Ecclefiam, etiam fi locus fit aptus, vt ad multorum notitiam perueniant? Et an vero in tribus diebus feftiuis continuis, vt in Pasche poffint fieri dictæ denuntiationes? Et an fit peccatum mortale, fi Parochus offereat illas proclamationes in tribus diebus feftiuis, vt in terpolate? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 2. 3. 5. 26.*

§. 1. Negatiuam fententiam docet Sanchez *de matrim. to. 1. lib. 3. diff. 5. num. 8.* fed aduersus illum infurgit Bafilus Pontius *de matrim. lib. 1. cap. 30. num. 3.* & Coninch *de Sacram. diff. 27. d. 6. num. 51.* quia omiffio vnus proclamationis non efft materia leuis, vt conftat ex fine, ad quem ordinationitur; quare Parochus, qui id fuo arbitrio faceret, grauius puniendus effet ab Epifcopo. Neque leuis erit ad excufandum à mortali culpa, quod conftat caufa denuntiationum in aliquo peculiari cafu, vt dixi *fuprà* vniuersè de legibus, in præfumptis fundatis. Ita Pontius.

2. Sed his non obftantibus, Sanchez opinio nem ego probabilem exiftimo, quam tuetur poft illum barbosa *de poteft. Epifcop. part. 2. alleg. 22. num. 6.* Gutierrez *de matrim. c. 57. num. 1.* & Villalobos *in fum. tom. 1. tr. 13. diff. 2. 4. num. 3.* vbi ita ait: [Hinc de Sanchez, que non ferat peccato mortaliter decet vna denuntiationem, donec mortaliter habendo non habuiffet perigo de impedimento, potque es leue materia, & partial del precepto.] Sic ille, & alij.

3. Nota etiam, quod Pontius putat denuntiationes non poffe fieri extra Ecclefiam, etiam fi locus fit aptus, vt ad multorum notitiam perueniant, fed Villalobos *vbi fuprà* num. 4. contrarium docet, & citat Sanchez, quibus adde Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 10.*

4. Debent etiam fieri dictæ denuntiationes in tribus diebus feftiuis, fed Villalobos loco cit. affert ex Sanchez, [que aunque no fueffe en fefta, fi efft uiuiffe iunto el pueblo de la manera que fueften las feftas, fe podrian hazer, porque malitia la mifma razon, y fe guarda el intento del Concilio.] Ita ille, fed contrarium docet Pontius *vbi fuprà* num. 7. Et non verò in tribus diebus feftiuis continuis, neque abfchate, poffint fieri dictæ denuntiationes, neque refpondendum efft, & ideo Layman *vbi fuprà* ex Sanchez

Sanchez notat oportere aliquod, saltem duorū dierum interuallum, inter vnā, & alteram denuntiationem, intercedere, & ita docet Riccius in *praxi part. 1. refol. 224. n. 4.* & Segura in *direct. iudic. p. 2. c. 16. n. 20.*  
 5. Notandum est etiam, quod Henriquez lib. 11. c. 7. num. 1. in *glossa littera C.* docet quod esset peccatum mortale, si Parochus efficeret dictas proclamationes in tribus diebus festiuis, sed interpolat, v. g. in die Dominica facit vnā proclamationem, in altera verò minime, & postea in aliis duabus Dominicis facit alteras duas denuntiationes. Sed ego puto contrarium cum Villalobos *vbi supra num. 3.* ita asserente. [Ne fera peccato mortal, en no se hazer las denunciations en tres fiestas continuas, aunque no huuiesse grande espacio de tiempo entre la vna y la otra.] Vide etiam Coninch *de Sacram. disp. 27. dub. 5. num. 47.*

RESOL. LXV.

An denunciations faciendo sint in vtraque Parochia in qua diuina commorati sunt sponsi, vel sufficiat illas facere in Parochia in qua breui tempore commorantur? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 234. alias 235.

§. 1. **F**aciendas esse in vtriusque Parochiis, vbi diuinitus versati sunt, & principaliter habuerint latem, docet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 6. n. 6.* & Coninch *de Sacram. disp. 27. dub. 5. n. 50.* Et ratio est, quia denunciations efficiuntur, vt contrahentium impedimenta detegantur. At cum breuem moram in aliqua parochia sponsi contraxerit, ignoti sunt, & impedimenta ignorantur. Ergo, &c. Et ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem testatur Segura *Daualos part. 2. direct. cap. 16. num. 19.*  
 2. Sed his non obstantibus, si ego, ait Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 50. num. 5.* viderem declarationem Cardinalium, istorum opinionio acquiescerem. Ceterum neque lego in his quas ediderunt. Farinacius atque Rebellus, quin potius ex his quae excusae sunt, ego colligo in eis tantum Ecclesiis debere fieri proclamationes, de quarum parochia sunt; nam cum Concil. Trident. dicat eas debere fieri à proprio Parocho, declarant Cardinales propriū Parochum esse, in cuius parochia contrahentes habitant, tempore, quo matrimonium contrahitur; & in alia declaratione expressè dicitur, vt quando matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, qui à paruo tempore in aliquo loco habitant, & non sunt de vagabundis, proprium Parochum esse, in cuius parochia habitant tempore quo contrahunt matrimonium. Existimo itaque de iure in praedictis Parochiis praecisè debere fieri; an verò in aliis, vt voluit Sanchez, etiam fieri expediat, relictum existimo Episcoporum iudicio. Hæc Pontius *vbi supra*; sed tu tene sententiam Sanchez, de quam nouissimè tenet Io. Maria Nouarius in *pract. iur. Pont. conclus. 74. num. 3.* & Barbosa *de potest. Episc. part. 2. alleg. 32. num. 10.* Gutierrez *de matrim. cap. 56. num. 5.* & alij.

RESOL. LXVI.

An quando contrahentes sunt ex diuersis Diocesis, & Ordinarius vnus dispensat in denunciationsibus, sufficiat hoc, ne fiat in Parochia alterius? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 238. alias 239.

§. 1. **A**ffirmatiuè responder Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 7. disp. 7. num. 7.* vbi asserit, quod

quando contrahentes sunt ex diuersis diocesis, vtriusque Prælaturam posse cum vtroque dispensare, & vnus dispensationem sufficere, quia in hac re coniuges censentur quasi vna persona, & ratione connexionis causæ vtriusque Prælato censetur subiectus. Ita ille.

2. Sed Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 31. num. 9.* valde dubitat de huius dicti veritate, quia sæpe potest contingere, vt impedimentum, quod in vna diocesi notum non est, sit notum in alia, & ita ex dispensatione denunciations in vna diocesi, non sequitur per connexionem, & colligationem aliquam, dispensatio in alia, in quo est valde diuersa ratio de matrimonio, & denunciationsibus; nam in matrimonio, cum sit necessariò vinculum duorum, necessariò etiam sit, vt qui vnum coniungere potest, possit & alium, est enim mutua coniunctio: at in denunciationsibus non est ita necessaria colligatio, & consequentia, vt satis constat. Sic Pontius.

His tamen non obstantibus, sententiam Sanchez tenet Gutierrez *de matrim. cap. 46. num. 10.* Reginaldus in *praxi tom. 2. lib. 31. cap. 32. num. 232.* & Coninch *de Sacram. disp. 27. dub. 6. num. 54.*

RESOL. LXVII.

An Ordinarius possit dispensare, vt omittantur denunciations, & quid intelligendum est sub nomine Ordinarij in Concilio Tridentino sess. 24. de matrim. cap. 1.

Et quanam vero sint iustae causae, vt dispensetur in denunciationsibus? Ex part. 3. tract. 4. Refolut. 236. alias 237.

§. 1. **R**espondeo, non posse Parochum omittere denunciations, sed id spectare ad Ordinarium, si ipse expedire iudicauerit; quia non potest sine causa. Quanam verò sint iustae causae, vt dispensetur in denunciationsibus, vide Basilius Pontium *de matrim. lib. 5. cap. 32. num. 2.* & Layman in *Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 11.* cum Coninch *vbi infra num. 56.* Sed quis nomine Ordinarij intelligatur, vt possit dispensare in hoc casu, magna questio est, nam Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 3. num. 4.* Coninch *de Sacram. disp. 27. dub. 6. num. 54.* & alij, quos citat, & sequitur Barbosa *de potest. Episc. part. 2. allegat. 32. num. 30.* purat sub nomine Ordinarij intelligi eos, quos quasi Episcopalem iurisdictionem habere dicunt Doctores.

2. Sed contrariam sententiam docet Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 31. num. 3.* vbi docet hanc potestatem dispensandi in denunciationsibus solis Episcopis iure Tridentino concessam, & non his qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent, vt Abbatibus, aut Vicariis sancti Ioannis, vel similibus. Et ita determinauit sacra Cardinalium Congregatio his verbis. Non permittitur hæc facultas Commendatario, licet eius Abbatia iura Episcopalia habeat, cuius Abbas appellatione Ordinarij venit, iuxta glossam in *cap. fin. de offic. ordin. in 6.* dixit enim sanctissimus Dominus noster, quod Ordinarius hic non intelligitur nisi Episcopus, attamen Cardinali Farnesio Farcensis Monasterij commendatario fuit permillum, non autem eius Vicario. Et hanc declarationem non solum adducit Pontius, sed etiam Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 13. diffic. 23. num. 6.* vbi tamen addit. [Vale lo que esta en practica acerca desto que esso se prodra sequir.]

Sup. hoc in  
 fra lege  
 latissimam  
 doctrinam  
 Ref. 90. per  
 totam.

Sup. hoc in  
 Ref. not.  
 præterit in  
 §. Verum ex  
 his.

RESOL.

RESOL. LXVIII.

An saltem Vicarius Episcopi possit dispensare, ne ex ista causa denunciations efficiantur? Et brevissime notatur hoc non procedere in Vicariis foraneis. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 237. alias 238.

Quoad hoc infr. ex Ref. 90. lege latam doctrinam §. An verò, & seq.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam tenet Thomas Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 7. num. 11. quia hæc potestas in Tridentino conceditur Ordinario. Vicarius autem Ordinarius est: ergo, &c. Limitat tamen hanc sententiam Sanch. n. 13. nisi Episc. hanc facultatem dispensandi sibi reservaverit.

2. Sed aduersus Sanchez, contrarium docet nouissimè Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 31. & ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem, testatur Henriquez lib. 11. cap. 5. num. 5. Igitur sub nomine Ordinarij in hoc casu non intelligitur Vicarius Episcopi, & ita illum non posse has denunciations remittere, nisi specialiter committatur.

3. Ad argumentum verò Sanchez respondetur quod Cardinales ad quos spectat declarare Concilium, declarant, vt dictum est, in illis verbis Concilij non intelligi Vicarium. Et ea limitatio quam adducit Sanchez, sententiam ipsam, quam docet, euerit. Si enim Vicarius eo ipso, quod Vicarius constituitur, habet à Tridentino potestatem denunciations remittendi, non posset per Episcopum tolli, sicut quamvis resistat, & contradicat Episcopus, non potest tollere Parocho licentiam assistendi matrimonio, neque potestatem concedendi alteri licentiam. Quod ergo Episcopus denegare potest Vicario, cui generalem administrationem committit, signum est non esse illi concessum à Concilio, eo ipso quod Vicarius est. Et hæc omnia asserit Pontius contra Sanchez.

4. At non reticeam opinionem Sanchez tenere nouissimè Aloysium Riccium in praxi tom. 1. resolut. 226. num. 2. Coninch de Sacrament. disput. 27. dnb. 6. cap. 55. & Villalobos in summa tom. 1. tract. 13. diffi. 24. num. 7. vbi sic asserit. [El Vicario general del Obispo tambien puede dispensar en las denunciations, porque es ordinario, como queda dicho, y el Concilio comete esto al Ordinario, salvo si el Obispo lo reservasse, que lo puede muy bien hazer, como tienen Sanchez, y otros.] Sic ille, quos citat ad fatietatem, & sequitur Barbosa de potest. Episcop. part. 2. allegat. 32. num. 9.

5. Notandum est tamen hanc sententiam non procedere in Vicariis foraneis, ita Guttierrez in can. 99. lib. 1. cap. 19. num. 16. Didacus Spin. de testam. gloss. 15. num. 29. & alij.

Quoad hoc lege doctrinam à §. Hæc autem. Ref. not. præterita.

RESOL. LXIX.

An quis ex vi denunciationum teneatur denunciare impedimentum matrimonij occultum, quod non potest probare?

Et asseritur delato ad Ordinarium impedimento, si vnus tantum testis sit absque aliis adminiculis, non posse interdici matrimonium, nec deberi. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 220. alias 221.

§. 1. **H**ic casus frequenter potest addidere, & affirmativam sententiam docet Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 13. n. 2. qui citat Paludanum, Driedonem, Nauarrum, Couarruiam, Guttierrez, Henriquez, Rodriguez, Vegam, & vtrumque Le-

defmam, quibus ego addo Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 5. num. 4. Henriquez lib. 3. de penit. cap. 21. n. 9. Aragon. in 2. 2. quest. 70. art. 1. ad 2. argum. Lopez in instrum. part. 1. cap. 17. §. pen. Layman in Theolog. mor. lib. 3. sect. 5. tract. 3. cap. 4. num. 9. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 96. num. 51. Genuensem in præc. de obsepisc. cap. 2. num. 2. Lazarium de moniturijs, sect. 1. quest. 12. num. 23. & Bonacinam de matrim. disp. 1. quest. 6. punct. 1. num. 9. vbi testatur de communi. Ratio est, quia ex cap. præterea, de spons. vnus testis sufficit ad impediendum matrimonium contrahendum, & hoc Barbosa in collect. tom. 2. lib. 4. disp. 1. c. 12. n. 12. cum Guttierrez de mari. c. 36. n. 2. & sequens ampliant, etiam si testis non fuerit citatus, & vnus partem oblat, & quamvis esset denunciatus, & per accusator, allegaretque turpitudinem suam.

2. Sed his non obstantibus doctrinam Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 34. num. 5. contrariam sententiam tenet, vbi sic asserit: Mibi placet sententia, quæ negat obligationem esse detegendi impedimentum matrimonij, si illud est omnino occultum, & ipse solus nouit; ita vt probati nullo modo possit. Quam sententiam tenit Ioannes Meier in sent. distinct. 22. quest. 2. art. 3. & eadem mihi sententia placet, eamque per partes explicare, & probare conabor, vt magis constet eius veritas. Ita Pontius qui postea fusc hanc sententiam explicat, & probat, vnde quomodo acciderit casus, lege illum, & omnia solidè pertractata inuenies: nam ego in his mejs laboribus breuitati studeo.

3. Nota etiam, quod dictus Basilius num. 11. respondet ad argumentum contrarium delumptum ex cap. præterea, de spons. qui postea in c. 36. nam. 2. sic etiam asserit. Delato ad Ordinarium impedimento, si vnus tantum testis sit absque aliis adminiculis, censet non posse interdici matrimonium, nec deberi per ea, quæ adduxi supra cap. 4. vnus enim testis, etiam in causa matrimoniali non probat, etiam quoad effectum impediendi matrimonium, quidquid dicant multi; grauesque Doctores. Ita ille, quæ omnia valdè notanda sunt, quia noua, & prædicabilia.

RESOL. LXX.

Pater volens impedire matrimonium filij, quod Episcopus, vt interdiceret Parocho, ne tali matrimonio assisteret, & facta fuit interdictio, sed minime obseruata est, tunc à me questerunt, an tale matrimonium fuerit validum?

Et quid, quamuis ea prohibitio à Pontifice Parocho facta esset?

Sed difficultas est, quid est dicendum, si Episcopus non solum interdicit Parocho, ne illi matrimonio assistat, sed etiam addit clausulam irritantem ipsi facti matrimonium illud, si secus factum fuerit?

Ex quo inferitur, an possit Episcopus prohibere Parocho, ne absoluat ab aliquo peccato, & irritet aliter factum?

Et quid est dicendum, si Episcopus Sacerdoti potestatem habenti audiendi confessiones femininarum prohibeat, ne illas audiat; an per illam simplicem prohibitionem, si confessiones femininarum audiat, valida sint tales confessiones?

Et tandem docetur, non posse Episcopum matrimonij impedimentum constituere, inducere, nec apponere, quia potestas hæc iam reservata est Summo Pontifici. Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 13.

§. 1. **R**espondi affirmatiuè. Nam cum Parocho habeat à iure potestatem assistendi matrimonio,

ANTON  
Opera  
Tom. 1. & II  
E III



fa in Ref. 85. §. vi. ad medium, & in alio §. eius annor. & lo. n. 1. 15. & alij communit. Et ita declarasse Sacram Congregationem Cardinalium, referunt Salzedo in Practica Diaz, cap. 73. §. Primum dubium. Petrus de Ledelma, de Matrimonio, quest. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. versu Primum dubium, & Rodriguez, 1. parte, Summa in 2. ditione, cap. 219. numer. 4. & colligitur etiam ex cap. 2. de Matrimonio contracto cont. interd. Eccles. Immo idem dicendum est, quamuis à Pontifice ea prohibitio Parocho facta esset, vt bene probat Sanchez, lib. 7. de Matrimonio, disp. 2. num. 10. quia militat eadē ratio. Hinc fit vt si Episcopus Sacerdoti, potestatem habenti audiendi Confessiones, præcipiat, ne audiat Confessiones foeminarum, validæ adhuc sint Confessiones, illi factæ à foeminis: nam cum aliis Sacerdos ille habeat potestatem, validè audiendi Confessiones, etiam foeminarum, non debet censeri restricta per illam simplicem prohibitionem, nisi expressè dicatur. Et hanc opinionem sequuntur Ioannes Medina, tract. 2. de Confess. quest. de Sacerdotibus alienis per Paroc. eligen. ad finem, Valatius in 4. dist. 17. disp. 7. vers. Rursus etiam. Henriquez, lib. 6. de Sacram. cap. 6. num. 6. vbi alios refert, Salas de legibus, disp. 16. sect. 10. num. 43. Ferdinandus de Castro, tom. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 9. num. 6.

2. Sed difficultas est si Episcopus non solum interdicit Parocho, ne illi Matrimonio assistat, sed etiam addat clausulam irritantem ipso facto Matrimonium illud, si secus factum fuerit. Sanchez de Matrimonio, lib. 3. disp. 32. num. 2. tenet in hoc casu Matrimonium prædictum fore irritum, ex vi clausulæ irritantis. Sed ego contrarium sentio, & puto tale Matrimonium esse validum, quia tenenda est illa opinio, Episcopus non possit condere leges irritantes: ergo neque poterit prohibere ne aliquod Matrimonium fiat, addendo clausulam irritantem, si secus factum fuerit. Patet consequentia, quia parum refert, siue prohibitio fiat per modum legis, siue per modum simplicis præcepti, vt fatetur idem Sanchez lib. 7. de Matrimonio, disp. 2. num. 15. Secundò, nam si Episcopus posset præcipere Parocho, ne certum Matrimonium celebrare præsumat, & irritare illud, si aliter fiat, poterit etiam prohibitionē facere ipsis contrahentibus, ne inter se Matrimonium inceptum, & addere clausulam irritantem. Similiter, posset prohibere habenti votum simplex Castitatis, vel Religionis, ne vxorem ducat, & irritare matrimonium contra talem prohibitionem factum; & consequenter posset Episcopus in sua Diocesi, statuere noua impedimenta irritantia matrimonium, præter ea, quæ ab Ecclesia statuta sunt, quod est manifestè falsum, vt bene probat idem Sanchez de lib. 7. disp. 1. num. 9. ex communi opinione. Quod si dicas, potest Episcopus prohibere Parocho, ne absoluat ab aliquo peccato, & limitare aliter factum; ergo idem poterit in casu nostro; quia nulla sufficiens discriminis ratio, videtur assignari posse. Quoniam, sicut Parochus habet à iure, vt possit auctoritatem præstare matrimonio, contrahendo, ita etiam habet à iure potestatem absoluendi à peccatis, vt omnes concedunt. Respondeo esse disparē rationem: nam, cum Episcopus, iure permittere, possit sibi aliquos casus referuare, etiam respectu Parochorum, vt dicunt communiter Doctores, & praxis ipsa testatur, eo ipso, quod prohibet alicuius casus absolutionem cum clausula irritante, censetur in actu exercito, sibi illum referuare, & per consequens impedire iurisdictionem Parochi, ne ad eum casum se extendat.

Hæc autem ratio non militat in casu matrimonij, quia nullo iure probatur, posse Episcopum id irritum reddere; supposito quod fiat cum omnibus solemnitatibus ab Ecclesia præscriptis.

3. Nec aduersus superius dicta valet afferere, Pontium, Turrianum, Villalobos, Ochagatians, Hurradum, Sanchez, & alios, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacramen. tom. 2. disp. 9. tractat. 9. quest. 5. docere, posse Episcopum matrimonij impedimenta inducere, atque apponere: Nam contrarium tenet Suarez de Cens. tom. 5. disp. 7. sect. 4. num. 5. & Coninch de Sacramen. disp. 30. dub. 1. num. 3. & 8. Sed quicquid sit de iure, & ex vi sui muneris, hodie certum est, vt fatetur ipsemet Leandrus vbi supra quest. 6. & citati Doctores, non posse Episcopos impedimenta matrimonij constituit, quia potestas hæc apponendi impedimenta iam referuata est Summo Pontifici: vnde satis remanet firmata nostra sententia contra Sanchez, nempe non posse Episcopum prohibere cum clausula irritante, ne Parochus assistat alicui matrimonio.

RESOL. LXXI.

An propter magnam necessitatem possit contrahi aliquid quando matrimonium sine presentia Parochi? Et notatur, quod quando in articulo mortis quis vellet concubinam ducere, idque omnino videatur necessarium ad legitimandum prolem ex ea susceptam, & ad adimplendam fidem ei datam, posse Parochum omittere denunciations? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 233. alias 234.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docuit Iacobus de Grassis decis. quest. lib. 2. cap. 86. num. 9. vbi ait, quod quando necessitas aded esset vrgens, vt copia Parochi, & testium haberi non possit, vtpote quando quis est in articulo mortis, vel quando aliqua virgo sub tutela iniqui tutoris constituta timet quod ipse eam viro ignobili, & indigno tradet in vxorem, posse quidem in his casibus, per mutuum consensum contrahi matrimonium sine presentia Parochi.

2. Sed aduersus Grassium, & meritò, insurgit Petrus Cenedo quest. 30. n. 15. & 16. vbi docet aded strictè ad literam seruandum fore decretum Concilij Tridentini, videlicet vt nullo modo contrahatur matrimonium sine Parocho, & testibus, vt procedat ipsius decisio, etiam vrgente maxima necessitate, vt si morti vicinus vellet concubinam ducere, idque omnino videatur necessarium ad legitimam prolem ex ea susceptam, & adimplendam fidem ei datam.

3. Notandum est tamen cum Sarmiento lib. 1. select. cap. 16. num. 7. Henriquez lib. 3. cap. 11. num. 7. & aliis, apud Cenedum vbi supra, in supradicto casu, quando quis in articulo mortis contrahit, posse Parochum omittere denunciations. Et hanc sententiam docet etiam nouissimè Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 4. num. 11. & alij penes ipsum.

RESOL. LXXII.

An ex aliqua iusta causa, & magna necessitate possit quis inire matrimonium absque Parochi presentia? Et pro praxi huius questionis adducuntur aliqui casus in textu huius Resolutionis, in quibus hoc fieri potest? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 15.

§. 1. D.

Sup. conten- to in hoc §. infr. in Ref. 95. cursum iu sine, & late in tom. 3. tr. 1. Ref. 88. si- gnificat §. vlt.

Sup. conten- to in hoc. & seq. §. late in Ref. 1. post seq. post med. à vers. Vnde refer- lendus, & in tom. 3. tr. 1. Ref. 91. §. vlt. à princip. vs- que post medium.

Sup. hoc ma- gis late in Ref. 2. not. præterita, à principio, & vide §. eius primæ an- not.

Alibi in ref.  
praeterita, &  
in aliis eius  
primæ an-  
not.

**S. 1.** DE hac questione alibi à nobis petratum est; sed quia quando ego iterum aliquid petratum, semper aliquid boni, vel noui affero: ideo nunc affero ad propositum dubium negatiue me citato, respondere Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. quest. 7. qui postea quest. 8. querit, an oppidis, aut pagis, ubi nequit haberi Parochus, nec de proximo speratur haberi, possit, valide sine ipso matrimoniu contrahi. Et affirmatiue respondet cum Coninch, supposita quadam declaratione Clem. VII. seclusa tamen dicta declaratione, negatiue sententiæ adheret.

2. Sed nouissime doctus, & nunquam satis laudatus Pater Amicus, in *Cur. Theolog. tom. 9. disp. 7. sect. 13. num. 135. & 139.* affirmatiue respondet in tribus casibus. Primus est quando Parochus haberi simpliciter non potest. Secundus, quando non sine maximo, vel ipsius Parochi vel contrahentium periculo. Tertius, quando maxima vrget contrahendi necessitas, quæ usque ad Parochi præsentiam differri non potest; Quod ad priores duos, clara est sacre Cardinalium Congregationis decisio, quæ consultata ab Episcopo Tricaric. circa formam matrimonioru, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ contrahuntur, examinatis ac perpenis rationibus sibi ab Episcopo propositis, postquam declarasset, irrita esse matrimonia hæreticorum, celebrata coram Ministro hæretico, vel Magistratu in loco, ubi Tridentinum est publicatum, subiungit. Si verò Parochia in qua fuit aliquando obseruatum Decretum, proprio Parocho careat, & cathedralis in idem Episcopo, & capitulo habentibus à Concilio facultatem alium Sacerdotem ad id delegandi, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi, aut Episcopi suppleat, Matrimonium valet absque præsentia Parochi, seruata tamen in eo, in quo potest, forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Si verò extent quidem Parochus, & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, uterque metu hæreticorum lateat, ita ut vere ignoretur ubi sit, vel eodem metu à Dicecesi absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum est Matrimonium contractum absque Parocho, adhibitis tamen duobus testibus. Hac Sacra Congregatio, quæ duos priores casus hac sua declaratione aperte comprehendit, vel quando Parochus simpliciter haberi non potest; vel quando non sine ipsius, aut contrahentium periculo. Neque ab hac sententia alienus Sanchez, dum ex declaratione Clementis affirmat, valere Matrimonium absque Parocho contractum in oppidis, aut pagis, ubi nullus Pastor, aut vicem eius gerens haberi, aut in proximis locis adiri potest. Intelligi enim debet de aditu non solù physico, sed etiam morali, scilicet, vt Cardinalium Congregatio, absque vitæ periculo. Eosdem casus admittere tenetur Layman, qui *lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 7. & 8.* docet, validum esse Matrimonium à Catholico sine Parocho contractum, in locis, ubi expulsis Catholicis, nullus adest proprius Pastor. Item Matrimonium eorum Catholicorum, qui inter hæreticos permixti viuunt, intelligendum, quando non est tutus accessus ad proprium Parochum, alioqui etiam si simul habitent cum hæreticis, tenentur Catholici coram proprio Parocho contrahere, si illum sine periculo habere possunt. Item docet, posse Sacerdotem Catholicum assistere Matrimonio hæretici. Quod distinguo, si hæreticus seruet Tridentini Leges, alioqui si vellet contrahere contra Tridentini decretum in loco ubi illud est receptum, non possit Catholicus Sacerdos tali Matrimonio assistere, cum non possit assistere Matrimonio, in quo non seruantur Tridentini leges, ubi Tridentinum est receptum, esset enim cooperari in eorum peccatum, & Matrimonij inualiditatem.

Sup. his duobus casibus infra in Ref. 77. per totam, & in Ref. & 55. eius duorum annotationum, & etiam pro omni doctrina seq. in hac Ref.

3. In eadem sententia venit Cardinalis Bellarminus ex quodam ipsius responso dato Octauo Card. De Matrimonio, inquit, contractis, ubi nulli sunt proprii Pastores, iam olim actum fuit cum S. D. N. & cum Congregatione Concilij Tridentini, de sententia communis fuit, illa esse rata, nec ad ea pertinere Decretum Concilij, cum in huiusmodi locis obseruari non possit. Non video ergo (concludit) cur ea Matrimonia non debeant tolerari, cum sententia Concilij Decretum, quod iubet Matrimonium fieri coram Parocho, non se extendere ad ea loca, ubi nulli sunt Parochi. Hec Bellarminus, qui hoc responso excludit eorum effugium, qui dicunt hoc factum esse Pontificis dispensationem, verba Bellarmini significant, ex sensu Pontificis, & Sacre Congregationis, Decretum Tridentini ad huiusmodi matrimonia non extendi.

4. Ex his duobus casibus à Sacra Congregatione declaratis, colligo tertium: si non tutus accessus ad Parochum exulat contrahentes, quod minus teneantur formam Tridentinum in contrahendo adhibere, cur non exulabit maxima necessitas, qualis esset, si contrahentes in metu mortis, vel alicuius proprii status, cum ingenti iactura subditorum, cogerentur contrahere absque Parochi præsentia, ut si Princeps aliquis concubinam haberet, ex quo filium susceperit, sique in euidenti periculo moreretur, si absque legitimo filio decedat, totius eius principatus cum maxima subditorum iactura deuoluitur ad Principem hæreticum: nec in huiusmodi casibus poterit ille absque Parocho Matrimonium cum concubina contrahere, legitimando filium ex ea susceptum, qui possit Principatui succedere, & subditos in vera fide, & Religione conseruare. Quis negabit, hunc casum maioris fore momenti, quam non possit ad Parochum tutum habere accessum; quod si ille non censetur in Decreto Concilij comprehensus, potiori ratione nõ censetur iste. Itc si quis ad evitandam mortem, sibi in aliquo iniuste interceptam, nisi statim contrahat, & conlumeret Matrimonium, modo mors non inrentetur in legis contemptum, poterit hic sine Parocho contrahere. Ratio: ponit Concilium cum hac limitatione suum decretum condere. Quod cum hac illud condiderit, nobis persuadet, tum relata Cardinalium declaratio, tum ratio ipsa, cum non solet Ecclesia suas leges tanto cum damno & detrimento subditorum seruandas ferre. Hucusque Pater Amicus.

5. Sed circa declarationem Clementis VIII. ab Amico allatam, Hartadus de Matrimonio, disp. 7. diff. 3. n. 10. dicit hanc declarationem fuisse dispensationem. At Castr. Palus, t. 3. disp. 2. punct. 13. §. 8. n. 8. non admittit dictam declarationem, quia constat authenticè de prædicta declaratione; vel dispensatione, tum quia esto constaret, debebat publicari publicatione legitime legem vniuersaliter latam restringeret vt ex communi firmitate idem Palus *tom. 1. disp. 1. punct. 10. n. 1.*

6. Verum circa omnia superior dicta magis ample loquitur nouissime Martinus de San Joseph in *monita Confessariorum, to. 1. lib. 1. tract. 1. de Matrimonio, n. 5.* ubi me citato, sic asserit. Algunos Doctores, como son Veracruz, Sorus, Vega, Guafius, afirman que en caso, que no puede ser con el Parroco, pueden los contrayentes celebrar sin el Matrimonio delante de tres testigos, si los ay quando alguno está en el artículo de la muerte, y se quiere casar con su concubina, para cumplir la palabra, y legitimar los hijos, y en otros caso semejantes, fundase esta opinion, en que el Concilio no quiso, incluir casos tan apretados, y dexarlos sin remedio. La

ANTON  
Opera  
Tom. 10 II  
E III

La verdad es, que es mucho mas probable, que ni aun en estos casos no valdrá el mutuo consentimiento de los contrayentes, sin presencia del Paroco, y testigos por la razon dada en el numero primero, de que no guardando en el la forma, cortuit actus, y porque la palabra del Concilio: Omnino inhabiles reddit. No admite epicheya. Henriquez dixé que era mucho mas probable, porque no se puede negar, que la de Veracruz sea probable, y por tal la tiene Villalobos *tractatu 13. de Matrimonio, numer. 3.* y que tambien lo en los lugares de los herejes, y en las Indias, donde no ay copia de Pazocos, y que vn año entero no se puede auer, que aqui no se quiso prohibir totalmente el Concilio el Sacramento del Matrimonio, y ya hemos dicho diuerfas vezes, que en caso de graue necesidad se puede seguir la opinion que defiende el Matrimonio ya hecho, aunque no la ampare mas que vn Doctot con alguna probabilidad se ha de defender contra la opinion de otros muchos, como dixé arriba. Ita ille.

Sup. hac opinione infr. in Ref. 74. prope finem, & in aliis eius vlt. not.

7. Sed ego extra casus superius declaratos à Sacra Congregatione, & Clemente VII I. de quibus vide etiam Iacobum Marchant. in *Resolusion. Pastor. tract. 8. c. 2. g. 1. & Opatouium de Sacramento. tract. de Matrim. disp. 2. q. 12. n. 110. & 111* Prepositum in 3. part. D. Thomae. q. 4. de *Matrim. clandest. dub. 8. per totam*, non audeo alios admittere, nec sententiam Veracruz, & aliorum puto probabilem, vt putat Martinus de San Ioseph: casum verò Patis Amici, tertio loco oppositum, nec reprobo, nec approbo, sed illius resolutionem Purpuratorum Patrum sacro consensu remitto. Sed post hac scripta inueni Patrem Marchant. in *Tribun. Sacrament. tom. 3. part. 2. tract. 1. rit. 7. q. 9. & 10.* quæstionem huius Resolutionis late pertractare, & idè illum lege.

RESOL. LXXIII.

An in articulo mortis Parochus possit celebrare matrimonium sine testibus, & denunciationibus?  
Et in corpore huius Resolutionis quatuor apponuntur casus, in quibus valet clandestinum coniugium, etiam sine Parocho, & testibus celebrato. Ex part. 5. tract. 3. Ref. 98.

Sup. hoc supra in Ref. 71. §. vlt. & ex Ref. 62. lege eius §. vlt. & melius in §. vlt. Ref. 63.

§. 1. Respondeo, quod si in articulo mortis quis velit contrahere cum aliqua, vel ad legitimam prolem ex ea susceptam, vel ad tollendam infamiam, & dedecus femine, vel simile incommodum, possunt licite omitti monitiones ex licentia Parochi, si Ordinarius adiri commodè nequeat, quia tunc est evidens epixia intentionis Concilij pro necessitate illius articuli, non tamen ex hoc sequitur licere in articulo mortis vnquam contrahere sine Parocho, & testibus, neque ad hoc potest dare licentiam Episcopus, quia hoc nunquam concessit Concilium Tridentinum Episcopo. Imò tacite negauit, dum concessit posse remittere denunciations, & nihil concessit citra presentiam Parochi, & testium, quod est verum, etiam si prius matrimonium fuerit contractum inualidè coram Parocho, & testibus, si impedimentum est publicum, vel dispensatio est obrenta in foro exteriori. Et ita docet Zambranus de *sacrament. matrim. cap. 7. dub. 3. n. 1. & 2.* Cui adde Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de *matrim. to. 1. lib. 3. disp. 17.* quibus ego addo Marchinum

Tom. I I.

de peste part. 6. c. 4. n. 5. vbi docet. quod si pestiferatus in articulo mortis velit concubinam ducere vel ad prolem legitimandam, vel ad maiorem suæ conscientie tranquillitatem, esse denunciations relinquentas. Vide etiã Homobonum de bonis in *consil. 10. 2. part. 5. resp. 310.* Marchantium in *resol. pastor. tract. 8. de denunciat. c. 1. g. 1.* Gutierrez de *matrim. c. 61. n. 4.* Hurtadum de *matrim. disp. 5. difficult. 3.* Coninch de *Sacrament. disput. 27. dub. 1.* Vnde est refellendus Sotus in 4. *distinct. 22. quest. 1. artic. 2.* existimans esse casus aliquos, in quibus valet clandestinum coniugium, etiam sine Parocho, & testibus celebrato, quam etiam sequitur Iacobus à Grassis *lib. 2. decision. cur. cap. 86.* Primus est, quando virgo sub tutela est iniqui tutoris, & clandestinè contrahit, ne tutor eam tradat viro ignobili. Item si quis lethali ter vulneratus feminam concubinam, vt filios legitimos reddat, & faciliorem viam pareat ad salutem, clandestinè cum illa contrahat, quia copia Parochi, & testium haberi non potest. Tertio, si concubinarij iter facientes, vel alia ratione comprehensij, si in pericula ob concubinatum incidere, subito matrimonium contraherent secretò, vt affirmarent se esse coniuges. Quarto, si aliqui, quibus maximè expedit nubere, & valde metuerent illo tempore impediendos esse, ne contrahere possint, tunc secretò in matrimonium consentirent animo postea publicandi. Sed hæc omnia refellunt à Pontio de *matrim. lib. 5. cap. 6. num. 3.*

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita. §. 1 & 2. & late in Refol. præterita, & in tom. 3. tra. 1. Ref. 91. §. 1. à principio vique ad medium.

RESOL. LXXIV.

An habitantes in ea Parochia, ubi Concilium Tridentinum de clandestinis matrimoniis publicatum est, & seruatur, si transat v. g. in Galliam non animo ibi habitandi, sed cum animo ibi contrahendi, ac mox ad locum habitationis redeundi, an inquam, in tali casu matrimonium sit validum?  
Ex quo sequitur, cum statutum sit, vt quis semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & vel ex consuetudine, vel ex declaratione Eugenij IV. peregrinus possit confiteri illi Parocho, in cuius Parochia habitat, non quidem ex commissione proprij, sed tanquam proprio Sacerdoti; idè dicendum est, etiam si quis animo confitendi solum illi Parocho eo accedat, & à sua domicilij Parochia recedat, illi etiam licet alteri confiteri, dum extra suam Parochiam est? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 29.

§. 1. Nonissimè negatiuè respondet eruditus Franciscus Sylu. in  *suis resol. varijs, verb. Matrimonium* 8. Quia tales vel contraxerunt coram Parocho loci, ad quem venerunt, vel clandestinè: vt cuius dicatur matrimonium est nullum, quia de illis ita contrahentibus verificatur quod aliter, quam coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus contraxerint: nam Parochus in decreto Concilij, non intelligitur Parochus loci, in quo sit contractus, sed Parochus contrahentium, seu alterius eorum, vt ex contextu Concilij patet, & affirmatur à Nauarro *lib. 4. consiliorum, consil. 7. ad tit. de clandestina desponsatione.*

2. Si dicas Decretum Concilij non habere robur in locis vbi non est publicatum, matrimonium verò de quo quæritur, esse contractum in loco, vbi non est publicatum. Respondetur, assumptionem esse veram respectiue ad personas locis illis subiectas; scilicet, vt decretum non habeat robur in locis: seu in personis loca illa habitantibus, vbi non

Sup. hoc inf. in Ref. 78. & 89. §. Nota hic, & seq. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 117. in fine, & in tom. 4. tr. 3. ex doctrina Resol. 163. signanter in principio §. Cõfirmatur.

est publicatum Concilium. Quantum verò ad loca, ubi fuit publicatum, in illis habet robur circa omnes eas personas, quæ talia loca inhabitant. Clausula enim decreti spectans eius publicationem designat tempus & loca, quando & ubi incipiat habere robur: personarum autem non facit expressam mentionem, & idè intelligitur habere robur circa personas respectivè ad tempus & loca, id est, personas comprehensas intra illud tempus, & intra illa loca, ubi ratione publicationis factæ cœpit obligare. Atqui personæ, de quibus quæritur, sunt comprehensæ intra tempus & locum, in quo facta fuit publicatio: ponuntur enim habitare in ea Parochia, in qua decretum est publicatum, & servatur.

Sup. hoc infra in §. vii. huius Ref. & in to. i. tr. 3. Ref. 117 & si placet lege alias Relol. eius primæ not. quævis pro referuat in isto met casu.

3. Confirmatur: qui de vna Diocesi transit ad aliam eo animo, ut non confiteatur suo Parocho, sed Pastori Ecclesiæ eius ad quem venit statim postea revertens, non validè confitetur: & hoc idè, quia manet subditus illi Parocho, & illi Ecclesiæ, unde venit, & ad quem redit, & consequenter alius Parochus caret iurisdictione in ipsum, iuxta Sanchez to. 4. disp. 25. sect. 2. num. 9. Valquez quest. 93. art. 2. dub. 4. in fine, & communem aliorum sententiam: ergo transitus in fraudem factus non facit aliquem non esse subditum loci, unde venit, ac per consequens transeuntes de vna Diocesi in aliam, non desinunt esse subiecti Diocesi, ex qua veniunt, nisi veniant animo habitandi. Huc vsque Sylvius.

4. Sed affirmatiuam sententiam tenet Coninch de Sacram. disp. 27. dub. 1. n. 14. & Ioannes Viggers de Sacram. ad Supplementum 3. part. D. Thom. quest. 50. cap. 5. dub. 14. num. 40. cui adde Sanchez tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 28. Basilium Pontium de matrim. lib. 5. cap. 9. per totam, & alios penes ipsos. Et ratio est, quia Peregrini à domicilio absentes non tenentur legibus sui domicili; si in loco, ubi se recipiunt, vigent leges contrariæ, saltem quoad solemnitates adhibendas in contractibus. Deinde quando inhabilitas est constituta absolutè & simpliciter in aliquam personam, tunc sequitur personam quocunque euntem; secus quando est constituta per modum legis: sicut enim lex illa non obligat in aliis locis, ita inhabilitas & annullatio actus non obtinent vim in aliis locis; neque sequuntur personam, nisi dum est in locis, in quibus ea lex vim obligandi habet: neque enim incipit ligare, & irritare immediatè & principaliter ratione personarum, ut notat Henricus lib. 1. cap. 3. num. 8. Sed ob locum Parochiæ, ubi autoritate Ordinarij legitime decretum est promulgatum. Vnde Concilium sic concludit: decernit insuper ut huiusmodi decretum in vnaquaque Parochia suum robur post 30. dies habere incipiat, &c.

5. Et hanc doctrinam veram esse dicendum est, etiam si aliqui in fraudem legis Concilij Tridentini, & ut contrahant sine Parocho & testibus, eò proficiscantur, ut etiam docet Thomas Sanchez disput. citat. num. 29. Idque constat, tum quia contractus non læditur ex bona, vel mala intentione, ea enim permanet in affectu, nec transit in contractum exteriorem. Hinc enim communi sensu Doctores docent ex prava intentione non oriri restituendi obligationem, si reuera non est illatum damnum. Tum etiam, quia cum quis vitur iure suo, non dicitur dolo malo facere, textus in l. nullus videtur §. 5. de regul. iur. Nullus videtur dolo facere, qui iure suo vitur, & leg. 3. §. is, tamen, ff. de liber. homin. exhib. Dolo malo non videtur agere, qui iure suo vitur; & leg. cum creditor §. ff. de furt. Cum creditor rem sibi pignoratam aufert, non videtur contrahere, sed pignori suo incumbere: cum aliis citatis per glossam in dicta

leg. 3. At iste vitur iure suo, neque fraus illicita est, vel dolo malo, quia non est prohibitiuè prohibita ubi liceat sine testibus & Parocho contrahere: igitur iste non facit dolo malo. Sicut si quædam statutum est, ne Salmanticæ natus obtineat Collegium Salmanticense; & femina aliqua in fraudem eo vicino paritura, iure suo vitur diceretur.

6. Vnde ex his sequitur: Cum in cap. omnis §. utriusque sexus de penitent. & remission. statutum sit, ut quis semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti; & vel ex consuetudine, vel ex delectatione Eugenij IV. Peregrinus possit confiteri illi Parocho, in cuius Parochia habitat, non quidem ex communi sententia propria, sed tanquam proprio Sacerdote, inquam, idem dicendum esse, etiam si quis in loco solùm confitendi illi Parocho, eò accedat, & illa Parochia domicilij Parochia recedat: illi enim licet dicitur confiteri, dum extra suam Parochiam est. Et hoc omnia docet Sanchez & Pontius ubi supra; & ex quibus patet responso ad argumenta, que in hanc sententiam adducit doctus Sylvius. Quid ergo sentiam dicam breuiter; fateor huic sententiam matrimonij me semper ad hæsisse, nam vix multis observat Castr. Palauus to. 1. disp. 2. punct. 3. in consuetu opinionum illa est tenenda quæ fuit valentis matrimonij; sed quia nouissimè Franciscus Zypus consult. Canonico, lib. 4. tit. de Spons. & nupt. in consuetu testatur ann. 1628: Sacram Congregationem ipsi petenti respondisse, matrimonium de quo est agitur esse nullum, ideo puto supposita dicta declaratione à prima sententia non esse recedendum.

## RESOL. LXXV.

An impedimenta matrimonij per Concilium Tridentinum censentur etiam sub lata in Provincia, ubi illa non est publicata. Ex part. 6. tract. 8. & Maffei Ref. 26.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet nouissimè doctus Franciscus Zypus in sua consultationibus Canonico, lib. 4. tit. de Congregatione Spons. & nupt. consult. 1. ubi sic ait. In lege derogatoria alterius legis quid prohibentis, aut irritantis promulgationem non ita solemnem, seu in linguis provinciarum requiri, sed regulariter sufficere faciunt in Curia, seu Concilio, sentit Valquez disp. 116. dub. 4. vnde dicendum est quòd, ubi Concilium Tridentinum non est publicatum, verbi gratia in Scotia, valida esse matrimonia contracta in 3. aut 4. gradu affirmatiuitatis ex copula illicita, vigore legis, in c. 3. 2. de mat. Concil. Trid. derogatoria veteris iuris impedimentum dirimens eo gradu etiam ex copula illicita statuentis: quia huiusmodi lex derogatoria extremam illam solemnitatem non exigit. Liberatio multis modis facilius contingit quam obligatio, innotabilis sanè est libertas omnis, quæ à natura est. Dum legislator quid iubet fieri, ut populus facere obligetur, merito plura requiruntur quam dum legislator tantum tollit impedimentum, quod ipse actioni posuerat, permittit, quod veterat; eius hinc tantum voluntas notificata sufficit; sed dum subditorum actio exigitur, plura requiruntur, ut agere obligentur. Sed & res facile dicitur reuerti ad priuatiuam naturam, & quod lubet agendi libertatem, contra quam prius illud ius matrimonij impedimenta induxit, quæ Trident. sustulit.

2. Neque his videtur ob stare, quod Bulla promulgationis Concilij Tridentini indifferetè obstruenda

uanda proponit onerosa, & fauorabilia decreta, vt non liceat horum commodum sentire, quin illorum onus acceptetur, *cap. qui sententia de reg. in 6.* quia tamen desideret Concilium omnium receptionem, & obseruantiam, tamen vbi non omnium obtinere potest, gaudet fieri saltem possibilem: vtile ab inutili non vitiat: raris sunt extra Italiam prouinciæ, vbi Concilium Tridentinum quoad omnia decreta sit receptum, minimè in Francia, sed neque quoad omnia in Hispania, aut Belgio; nemo tamen rectè negauerit, quoad aliqua recipi potuisse, & obseruari, quomodo refertur, & Pium V. declarasse Tridentinum quoad fauorabilia à Catholicis Angliæ obseruari posse.

3. Iterum neque mouet, actus non operari vltra intentionem agentium: at Pontificis Tridentinum promulgantis intentionem fuisse, vt Concilium locum haberet vbi Catholici sunt Episcopi, qui regimen spirituale exercent: nam eorum opera receptionem fieri mandat, *sess. 25. cap. 2.* qui etiam discernant difficultates, quæ se possunt offerre, easque ad Pontificem referant. Qui parati sumus, inquit Bulla, omnium prouinciarum necessitatibus ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, prouidere: at illæ etiã contingere possunt circa obseruantiam fauorabilium decretorum; neque priuato arbitrio Catholicorum discernendum deferri debet, quæ recipi, quæ reici debent. Dum soler vulgus incertum esse, & studia, in contraria scindi. Vnde præsertim inter hereticos Angliæ, etiam scandalum oriri posset. Quia respondendum est primò ex iis legibus priorum prohibentium, & irritantium derogatoriis nullam actionem deferri vulgo, omnem consistere in voluntate legislatoris, prohibitionè, obicem, impedimentum tollente; quia redit ad agendi quilibet libertatem, quã sibi obtingere quomodocumque nemo queri potest.

4. Responderet secundo, tamen Concilium, & Pontifex desideret receptionem, & obseruantiam Concilij fieri per Episcopos, non tamen eas gentes, quæ sub hæreticis, aut infidelibus gemunt, excludi à solatio, & beneficio eiusdem Concilij, quin iis ad maiorem Dei gloriam in moribus, & directione, quantum per locorum, & temporum iniuriam licet, vt possint, Hucusque Zypæus.

5. Nec deferam hic adnotare Zypæi sententiam tanquam probabilem ante illum etiam admittere ex Soc. Iesv Ioan. Præpositum in 1. 2. *D. Th. q. 95. disp. 1. dub. 7. num. 27.* vbi ita asserit: Censent aliqui legem, quæ reuocat aliam irritatoriam, nõ obtinere vim in aliqua prouincia, si in ea non fuerit promulgata. Ratio est quod hæc lex reuocans ponat noui ius, quod probabiliter non ligat vbi non promulgatur. v. g. olim lex irritabat matrimonium contractum cum affine in tertio gradu ex copula illicita, quod impedimentum sublatum est per Trid. *sess. 24. c. 4. de reformatione matrim.* seu lex quoad hunc gradum est reuocata. Censent verisimile, vbi lex Tridentini non est promulgata adhuc perdurare hoc impedimentum dirimens, etsi matrimonium inirum cum tali affini in tertio gradu dissolueretur, & partes aliis coniungerentur, posterius matrimonium esse dissoluentum.

6. Sed contrarium videtur verius quando lex reuocatoria nõ inducit aliquod onus, sed solum reuocat ius antiquum, & restituit antiquæ libertati. Vnde licet ea lex dici possit nouum ius, id non refert, quia id solum verum est, quod à legislatore ita sit sancitum, non autem quod aliquid imponat de nouo populum grauans.

7. Aduerte, cum sentio non requiri promulgationem, non propterea sentio sufficere nudam internam voluntatem: is enim modus non sufficit ad di-

Tom. II,

rectionem humanam, sed solum existimo non requiri solemnem consuetam promulgationem, sed sufficere solam mentis declarationem, qua velit priori legi derogare.

8. Ad id quod ex Trid. asseritur, Respond. id fieri posse, quod vbi Tridentinum non est receptum, ius antiquum in suo robore permaneat. Censent tamen aliqui non esse dissoluentum quod reductio Concilij Tridentini etiam locum habere potuit, vbi Concilium non est promulgatum, quod non est improbabile. Ita Præpositus, cui etiam adde Malderum in 1. 2. *D. Thom. q. 90. ar. 4. dub. 2.* Verum licet hæc sententia affirmatiua non improbabili mihi videatur, puto tamen eius resolutionem petendam esse à Summo Pontifice, vel à Sacra Congregatione Concilij Tridentini.

## RESOL. LXXVI.

An clandestinè contrahens, copula interueniente tenetur saltem ratione iniustitiæ viri faminam in uxorem ducere? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 72.

§. 1. **N**egatiuam sententiã tenet Sanch. *de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 20. n. 5.* quando animo decipiendi sic contrahit, licet virginem deflorarit: quia quoties virgo intellexit, vel potuit & debuit intelligere se decipi, non tenetur deceptor eam ducere: sed in hoc casu femina scire debuit se decipi, cum forma contrahendi matrimonium, tradita à Tridentino deficiat; & sit tam vulgatis, vt sit crassissima ignorantia id nescire. Ergo.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. not. seq.

2. Sed plus addit, videlicet, non teneri eam ducere, licet vero animo contraxerit illud matrimonium, & eam deflorarit. Probat, quia non tenetur ratione contractus, qui profus irritus fuit; nec ratione iniuriæ illatæ, quia ipsa sciuit, vel scire debuit, matrimonium esse nullum; & pœna grauissima dignum. Et confirmatur, quia maiorem intulit iniuriam, quando sicte contrahit: nam vltra deflorationem, interfuit iniuria doli: ergo si quando sicte contrahit, non tenetur, vt probaui; à fortiori quando verè: cum in vtroque euentu contractus fuerit nullus, & in priori grauior fuerit iniuria, Confirmatur, quia secundum aliquos, certum est, promittentem consanguineæ matrimonium, si Papa dispensauerit, eamque deflorantem non teneri, Papa dispensante, eam ducere, eo quod contractus est iure reprobatus: cum tamen valde dubium sit, eum contractum esse reprobatum: ergo à fortiori in nostro casu non tenebitur, cum constet matrimonium clandestinum iure reprobatum esse, & redditum profus nullum.

3. Sed his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Texeda in *Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. n. 88.* putat enim in tali casu virum teneri titulo iustitiæ ratione iniuriæ femine illatæ; damnum illud compensare, vel illam ducendo, vel iterum matrimonium cum illa contrahendo: quia Concilium Tridentinum, statuens non valere matrimonium clandestinum, non abstulit à contrahentibus obligationem, quam aliàs alio titulo iustitiæ habebant. Nec valet si dicas feminam illam fuisse conscia nullitatis illius matrimonij clandestini, & ided sibi imputare debere damnum ex sua defloratione ortum: quia femina illa semper sperauit ab eo, cum quo contraxit, (& ob id se deflorandã obtulit) remedium, & sui status augmentum; imò & ratione promissionis implicitæ, & contractus ibi reperti tenetur is, qui cum tali femina contrahit, vel illam per alium actum legiti-

Li 2. quum

Sup. hoc in-  
fra in Ref.  
80. quamvis  
ibi copula  
non inter-  
venit pro  
hoc casu.

matrimoniale ducere, vel ad dotem addere. Ita ille: qui etiam subdit, si contrahentes clandestinè tempore contractus intentionem habuere se obligandi eo modo, quo possunt, manere obligatos, non quidem in ratione contractus matrimonialis, cum nullus fuerit; sed in ratione sponsalium, propter promissionem singularem in actu illo reperit; & ideo diximus, minorem sexdecim annorum solemniter profitentem, non manere voto solemniter obligatum, attento decreto Concilij Tridentini, manere tamen voto simplici castitatis adstrictum, si tempore professionis intentionem habuit se obligandi eo modo, quo potest. Quod tamen ego iterum limito, dummodò talis Professus tempore profitendi intentionem determinaverit ad profitentiam, paupertatem, & obedientiam eo modo sibi possibili. Hæc Texeda.

4. Quod tamen etiam, quoad hoc ultimum, non admittit Sanch. n. 6. Quia contractus externus omnino nullus est; intentio autem sola sine actu externo valido intentionis significatio non potest obligare ad sponsalia, quæ sunt contractus inter homines. Nec obstat dicere, in matrimonio virtute claudij sponsalia, & ex alia parte adesse legitimam intentionem: quia, quando explicatur intentio inter puberes per sola verba de presenti; consensus de futuro sub eo inclusus omnino corrui: unde sola manet intentio destituta signo aliquo extrinseco sufficienti ad producendam obligationem inter homines. Nec est simile de professione: quia obligatio voti simplicis est in ordine ad Deum, cui omne cor patet; quare sola intentio sufficiens fuit ad obligandum. Unde ex his puto, utramque sententiam, quoad omnia, tam Texedæ, quam Sanchi, probabilem esse.

## RESOL. LXXVII.

An commorantes in terris Infidelium possint contrahere matrimonium, non servata forma Concilij Tridentini? Et docetur, & si in aliqua civitate Decretum Concilij publicatum fuerit, modo tamen expulsi Catholicis Sacerdotibus non adsint Parochi proprii, valide coram Hæretico predicante, vel sine predicante matrimonium contrahi. Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 30.

Sup. hoc in  
Ref. seq. 5.  
Ex superius  
& seq. & in-  
fra in Ref.  
89. §. Nota  
secundo.

§. 1. AD hoc dubium satis quidem practicabile sic responderi Pontius de matr. lib. 5. c. 9. num. 7. Mihi fit valde verisimile eos, qui inter infideles commorantur, vel mercium congregandarum causa, vel alia ratione, aut inter Turcas captivi detinentur, etiam si ex his locis sint oriundi, in quibus promulgatum & receptum est Tridentini Decretum, non teneri contrahere iuxta formam à Concilio prescriptam. In eo enim casu locum habet Episcopica, deficit enim lex contrariæ, & vitiosa esset observatio legis, cum vel compellendi essent vitam servare cœlibem, vel auferendum illis, quod in remedium infirmitatis est, matrimonium. Cutandum illis tamen, ut servent antiquas leges Ecclesiasticas quoad fieri potest, scilicet testes adhibendo, quibus probari cōiugia possint: instrumenta etiam de eo publica conficiendo, quandoquid nec Parochi copia, nec denunciationibus, ac benedictionibus Ecclesiasticis locus: factò etiam examine sufficienti, an illis obstat aliud Canonicum impedimentum. Hæc Pontius.

2. Nota verò quod ex rationibus supradictis Stephanus Banny in Theol. moral. part. 1. tract. 12. de matrim. clandestino, quest. 1. & Layman lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 7. docent, etiam in aliqua civitate,

Decretum Concilij publicatum fuerit, modo tamen in locis expulsi Catholicis Sacerdotibus non adsint Parochi proprii, valide coram Hæretico predicante, vel sine predicante matrimonium contrahi: quia veri scilicet in huiusmodi euentu dispensare ob Preteritum inopiam. Secundò cum in eorum defectu, ex-  
rentiæque, Concilij Tridentini sanctio sententia, ab horret à recto credere matrimonij capessendi libertatem impeditam esse. Verùm oporem hanc omnino muniter asserant nullum matrimonium inter Catholicos validè esse contractum sine Parocho & testibus.

## RESOL. LXXVIII.

Ex Belgio ad locum, ubi Tridentinum non est receptum, aliqui transferunt, ut ibi matrimonium clandestinum contraherent, queritur, an parum validum?

Et cursum deducitur, quod in consuetudine opinionum illa est amplectenda, quæ favet valori matrimonij. Et quid est dicendum de matrimonio Christianorum in terris Turcarum habitantium, an valide contrahant sine Parocho, & testibus?

Et quid de matrimonio Hæreticorum, non quidem in locis, ubi Tridentinum non est promulgatum, sed ubi iam promulgatum est, & adhuc est Parocho Catholicis, qui possit assistere matrimonio, an valeat ibi contractum ab Hæreticis sine Parocho, & testibus? Queritur etiam, an tale matrimonium valeat celebratum coram predicante, & Ministro Hæretico, sine Parocho, & absolute sine vilo Ministro & Parocho? Et in §. Respond. huius Ref. alij casus circa hoc resoluntur ex Declaratione Sacre Congregationis. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 46.

§. 1. DE hoc casu à confessario contrahentium ex Belgio per litteras interrogatus fui, quæ adducebat duas meas Resolutiones, in quibus affirmativa, & negatiua sententia haberetur, & quidem pro negatiua maximam vim affert decisio Sacre Congregationis ibi à me adducta; unde hanc difficultatem pertractat Dicalillus de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 6. num. 42. ubi me citato sic ait. Addendum præterea videri posse cum Sanchez, Rebello, & Coninch locis citatis, adhuc verum esse, validè contrahi matrimonium ab incolis loci, in quo Tridentinum viget, in loco, in quo non viget, etiam si deo transferunt ob finem clandestinè contrahendi, quidquid in contrarium dicant non pauci, quos refert Sanchez, supra num. 29. in qua te postea eundem Sanchez sequitur Pontius, quem refert, & sequitur Diana 3. part. tract. 6. resol. 28. in fine, & non solum validè, sed licitè posse fieri servando in aliis ius antiquum. Quamvis enim in eum finem transferunt, ut non obligentur Tridentini decreto, quo obligabantur in proprio loco, cuius erant incolæ, non ideo obligatio legis ad ipsos, & cum ipsis transfertur ad locum, quò sunt profecti, neque censentur propriè id facere in fraudem legis. Habent enim ius eundi ad illum alium locum, qui autem vitur iure suo, non censentur operari in fraudem: neque bona, aut mala intentio etiam si sufficit ad excusandum, vel committendum peccatum, sufficit ad annullandum, vel validandum actum, cum intentio maneat in mente, neque effectum influat in opus externum. Ac proinde si matrimonium seclusa ea intentione esset validum, etiam cum illa validum esset. Post hæc scripta

scripta incidi in huius rei questionem more suo erudite à Diana resolutam 6. parte tractat. septimo, resolut. 29. vbi in fine dicitur semper fuisse huius sententiae, non tamen putare iam recedendum à precedente, quia nouissime Franciscus Zipaus quem refert, testatur anno 1628. Sacram Congregationem ipsi petenti respondisse, matrimonium, de quo est questio, esse nullum. Verum adhuc non video hoc testimonium satis esse, quia plura possunt concurrere in tali casu particulari, vt ita censeret Congregatio, Quidquid sit de auctoritate priuata cuiusdam responsionis ad priuam interrogationem: & ideo post hæc tenet Perez hoc ipsum disp. 39. sect. 3. num. 5. propter rationem datam. Decisionibus autem Cardinalium sæpe opponuntur Doctores, imò Decisiones sibi sunt contrariae frequenter. Quid ergo fit? Multò magis iam in hac re vtget similis alia resolutio Cardinalium, qua resolutum sic transeunt non valde contrahere. Quæ resolutio robur accepit maximum ex Breui Pontificio Urbani Octaui ad instantiam Archiepiscopi Coloniensis, dato 1627. 14. die Augusti, vbi cum Eminentiissimi in sua responsione dixissent suam sententiam circa tria quæstia, quorum primum, & secundum erat an tales retinentes domicilium in loco, in quo Concilium in hoc puncto est promulgatum, valde possint contrahere, vbi non est promulgatum: Item si solo animo absque Parocho, & testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes. Responderunt ad primum, & secundum, non esse legitimum matrimonium inter se contrahentes cum fraude. Hanc responsionem Pontifex laudat, & approbat in illo Breui dum ait, Resolutionem huiusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus. Subiungit deinde omnes firmitates adhiberi solitas eiusmodi Breuib; & Bullis cum derogatoriis contrariorum quorumcumque etiam scienter, vel ignoranter à quoquam contingat aliquid in contrarium attentari: Huic resolutioni, quæ iam ipsiusmet Pontificis est standum erit. Solum aduerto, quod cum declarat non esse legitimum, addita illa particula cum fraude, (quæ tamen in quæstio non continebatur) requiri videtur fraus. Vnde si non adfit animus fraudulenti, sed existimatio, quod hoc fieri sic possit, non apparet, cur sit inualidum matrimonium ex vi huius declarationis. Item si (vt supra indicabam) ille animus non significetur exterius, sed sine vilo signo externo sola sit interna intentio, non est fraus, quæ possit iudicari in foro externo. Vix tamen potest contingere quod sic facientes, non præbeant aliquod signum externum talis animi, & finis, Res itaque iam est valde periculosa, & tale matrimonium rebus vt nunc, valde dubium, aut inualidum (probabiliter saltem) vt sic maneat porta ad resiliendum, nisi reualidetur legitime, aut ad iudicandum contra illud. Hucusque Dicastrillus.

2. Verum ego considerabam in casu proposito, quod in conflictu opinionum illa est amplectenda, quæ faret valori matrimonij, vt communiter asserunt Doctores. Ergo in casu nostro amplectenda est opinio affirmatiua; Nec ostat declaratio Sacre Congregationis, quia de illa non constat authenticè, & si constaret, non desunt Doctores asserentes non esse necessariò standum illi, licet ego contrarium sentiam. Sed hic non obstantibus ego rescripti consulentibus quod ad Sacram Penitentiam recurrent.

3. Ex superius verò dictis oritur quæstio, quid dicendum de matrimonio Christianorum in terris

Turcarum habitantium an valde contrahant sine Parocho, & testibus. Negat Petr. Ledesma quest. 45. artic. 5. quia prædicti non habent Parochiam nisi in propria Prouincia, in qua nati sunt, in ea verò Decretum Tridentini obligat. Quam sententiam etiam approbat Henriquez lib. 11. cap. 3. quando prædicti Christiani habitant in illis Prouinciis infidelium, absque animo ibi permanendi; tunc enim retinent propriam Parochiam in propria sua Prouincia, in qua viget Tridentinum. Idem quoque sentiebat olim Vasquez dummodo ante profectam dictorum Christianorum ad infideles Decretum Tridentini iam vigeret in sua Prouincia, & Parochia, secus verò, si nondum vigeat.

4. Verum mihi magis affirmatiua sententia placet; dico igitur absolute, & absque vlla distinctione, matrimonium horum captiuorum esse validum, præsertim si non interueniat fraus, de qua diximus; qua non interueniente non declarat, aut decernit aliquid in contrarium declaratio Cardinalium; & eis roboratio facta in breui Pontificio ibi citato. Ideo etiam in his Prouinciis absque animo ibi permanendi tunc sint, & quamuis ed venerint post receptionem Tridentini in sua Prouincia valde contrahent sine Parocho, & testibus. Ratio est quia contrahentes quoad contractus sortiuntur forum loci in quo contrahunt, & tantum legibus illius loci contrahere debent etiam si tantum transeunt, & per modum hospitij ibi sint; ergo prædicti valde celebrant contractum matrimonij in illis locis, etiam si careant solemnitate Parochi, & testium, quæ solemnitas ibi necessaria est. Et ideo hanc sententiam docet Martin. Perez de matrim. disp. 39. sect. 6. num. 4. Sanchez lib. 3. disp. 18. n. 35. Pontius lib. 5. cap. 9. Rebelius lib. 2. quest. 7. sect. 3. & alij.

5. Posset etiam aliquis hic querere de matrimonio Hæreticorum non quidem in locis vbi Tridentinum non est promulgatum; sed vbi iam promulgatum est, & adhuc adest Parochus Catholicus, qui possit assistere matrimonio, an valeat ibi contractum ab Hæreticis sine Parocho, & testibus. Quæri ergo potest, an tale matrimonium valeat celebratum coram Prædicante, & Ministro Hæretico, vel absolute sine vilo Parocho? Ad hoc dubium sic responderet Layman lib. 4. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 7. & si in aliqua Ciuitate Decretum Tridentini promulgatum fuerit, modò tamè, expulsis Catholicis Sacerdotibus absint proprij Pastores, valide sicut prius coram Prædicante, vel sine Prædicante matrimonia contrahi poterunt. Cum enim in his locis tali reum statu decretum Tridentini seruari non possit, non est existimandum libertatem matrimonij valde contrahendi impeditam esse; sicuti Cardinalis Bellarminus respondet apud Chapeauille cap. 6. q. 15. hæc Laym. & postea subiungit, licet in Ciuitatibus Germaniæ quibus Lutherani cum Catholicis permixti viuunt, v. g. Augustiani Ciues, reuera in spiritalibus subsint Episcopo suo, imò etiam Parocho Augustano; tamè existimandum non est Summorum Pontificum voluntatem esse, vt Tridentini decretum se extendat ad matrimonia illorum sine legitimo Pastore celebrata, ne multa incommoda oriantur, si eorum filij legitime nati non sint, nec capaces officiorum, dignitatum, & Sacrorum Ordinum. Hæc etiam Layman.

6. Nec à supradictis dissentire videtur Tannerus 10. 4. disp. 8. quest. 3. dub. 9. n. 122. vbi loquens de matrimonijs Hæreticorum sic ait: In locis verò, & Parochiis, vbi Concilium Tridentinum est promulgatum, & Hæretici impunè inter Catholicos tollerantur, nec dum quidem inualida censerent à Doctore, quamuis sine vero Parocho contrahantur

Ref. præterita, & infra in Ref. 89. §. Nortescando.

Sup. hoc in fra in §. Nec. huius Resol. & in alio §. eius annot.

Sup. doctrina seq. ab hinc vsque ad fin. huius Resol. leg. §. vlt. ref. præterita, & §. 1. Resol. seq. & supra ex Ref. 72. §. Sed nouissime & §. not. seq. huius Resol.

Sup. hoc leg. Ref. not. præterita, & infra ex Ref. 89. §. Sed licet mitanda.

propter tacitam dispensationem Pontificis, qui sciens eiusmodi matrimonia, non contradicit, neque irrita declarat. Hæc Tannerus. Quam doctrinam docuerat prius idem Auctor anno 1601. *disput. de matrim. Theol.* 56. quam loco citato refert. Et hæc omnia non displicent Dicastillo *de sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 10. num. 84.*

7. Verùm post hæc scripta inuenio Hermannum Bosenbaum *in medul. Theol. mor. lib. 6. tr. 6. c. 13. dub. 2.* circa præsentem difficultatem sic asserere: Quæres quid censendum de matrimoniis, quæ contrahuntur in partibus hæreticis.

8. Respond. circa ea Congregatio Cardinalium resoluit sequentia. Primò ubi hoc decretum Concilij nondum publicatum est in Parochia, verbi gratia in Saxonia, & Anglia, valere matrimonium contractum absque forma præscripta. Publicatio autem decreti facta præsumitur, si id aliquo tempore in Parochia tanquam decretum Concilij fuit obseruatum. Secundò, hæreticos, in quorum Parochia dictum decretum fuit publicatum, verbi gratia in Hollandia, Frisia, &c. teneri formam præscriptam seruare. Vnde consequenter ipsorum matrimonia absque forma Concilij, quamvis coram Ministro hæretico, vel Magistratu contracta, videntur esse nulla. Layman tamen *lib. 5. tit. 10. part. 2. cap. 4.* putat eam non esse mentem summorum Pontificum propter grauissimam incommoda inde subsequutura. Tertio si Parochia, in qua aliquando decretum fuit obseruatum, proprio Parocho, & Episcopo caret, nullusque istinc sit, qui vices Episcopi, vel Parochi suppleat. matrimonium valere absque præsentia Parochi, seruata tamen in quibus potest forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Item est si Parochus, & Episcopus metu hæreticorum lateat, ita ut verè ignoretur ubi sit, vel eorum metu absit à Dicecesi, & ad neutrum sit tutus accessus. Et hæc omnia obseruat Bosenbaum *vbi supra.*

9. Vide etiam circa præsentem quæstionem Stephanum Baunium *in Theol. mor. tom. 1. tract. 12. de matrimonio clandest. quest. 1.* Et hæc omnia adnotare volui in gratiam Lectorum, quia passim in aliis Auctoribus non inueniuntur pertractata, & propter plures casus, qui Romæ passim in dies veniunt discutiendi ex Germania, Hollandia, &c.

### RESOL. LXXIX.

*De quodam matrimonio in Hollandia contracto, & de quadam Monialis professione postea post dictum matrimonium facta.*

*Et deducitur, quod si aliquis emisisset professionem cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio independenter à Superiore, dicta professio non valet, &c.* Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Resol. 1.

§ 1. **C**asus ad me adductus non est ita clarè, ut ego desiderarem expositus: reducitur tamen ad duas difficultates, videlicet ad nullitatem matrimonij carnalis, & spiritualis. Et quoad primum respondeo, casum decidendum esse ex verbis declarationis sacre Congregationis Concilij sub die 19. Ianuar. 1605. ad Episcopum Tricaticensem tenoris sequentis: *Si verò Parochia, in qua fuit aliquando obseruatum decretum, Parocho careat, & Cathedralis iisdem Episcopo, & Capitulo habentibus à Concilio facultatem alium Sacerdotem ad id delegandi, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi, aut Episcopi suppleat. matrimonium valet absque præsentia Parochi, seruata tamen in eo, in quo potest, forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Si verò extent quidem*

Sup. hoc primo calu-  
pra in Ref.  
77. §. vi. &  
in Ref. 78. §.  
Postet etiã,  
à lin. 7. & 8.  
seqq. & in  
Resol. 72. §.  
Sed nouissi-  
mè.

*Parochus, & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, uterque metu hæreticorum lateat, nec ad alterum sit tutus accessus, validum est matrimonium absque Parocho, adhibitis tamen duobus testibus. Hæc ibi in quibus verbis duas fitimo Conclusiones: Prima, si constet decretum esse publicatum, sed Ecclesia Parochialis careat Parocho, & Cathedralis Episcopo, & Capitulo habentibus facultatem delegandi alium Sacerdotem, & nullus sit alius, qui vices Parochi suppleat, matrimonium clandestinum sine præsentia Parochi validum erit, modò seruatur facta præscripta per Concilium quantum fieri potest, saltem adhibendo duos testes. Secunda, si extet quidem Parochus, & Ordinarius, sed uterque nullo constituto Vicario lateat propter metum hæreticorum, & ignoretur ubi sit tutus ad eum accessus propter prohibitionem sub graui multa, valebit matrimonium contractum sine forma Concilij, adhibitis tamen duobus. Itaque assero si aliqui in partibus Hollandiæ, vel aliis matrimoniis contrahant absque præsentia Sacerdotis habentis potestatem matrimonio assistendi, vel eo quod nullus sit talis, vel verè ignoretur, vel non sit tutus ad illum accessus, validum futurum matrimonium; non futurum autem validum, si possint talem Sacerdotem sine magno periculo adire, & coram eodem constare. Et ita hanc sententiam, ut supra explicatam in terminis terminantibus loquendo de matrimoniis contractis in Hollandia, tradit, & tenet Ioan. Prepositus *in 7. part. D. Thom. quest. 4. de matrim. clandest. dub. 3. n. 30.* Petrus Marchant *in Tribun. Sacram. tom. 2. 7. 2. tract. 1. tit. 7. quest. 10. conc. 15.* Amicus *in cons. Theol. tract. 9. disp. 7. sect. 3. à num. 135.* & Lessius *ps. 7. D. Thoma in Auth. cas. conscient. verb. matrim. 4. 1. 7. num. 35. & 36.* Vide etiam Franciscum Syllion *in suppl. ad 3. part. D. Th. 9. 43. art. 5. quæst. 4. in 3. editione Duacena, Eligium Bassæum in floribus Theolog. Præcl. verb. matrim. 5. num. 1.* Guillelmum Mercetum *in suppl. ad 3. part. D. Th. quest. 6. dub. 2. Ioannem Vigers in suppl. ad 3. part. D. Th. 9. 43. art. 5. dub. 14. num. 44.* Iacobum Marchant *in op. Theol. tribus tract. 8. 2. quest. 2.* Adamum Opatovium *de Sacram. tr. de matrim. disp. 2. quest. 112. num. 10. & 11.* Layman *lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 7.* Chappuillam *de Sacramentis ministran. tempore pps. vbi de matrim. 9. 15.* Respondeo igitur ex his ad difficultatem propositam, quod si oratores, qui contrahunt matrimonium in Hollandia potuerant habere Parochum, vel alium Sacerdotem delegatum, modo quo supra dictum est, absque eorum præsentia, & testibus contraxerunt, matrimonium quidem fuit nullum, sin aliter, matrimonium fuit validum, dummodo saltem coram duobus testibus contraxissent.*

2. Ad secundum verò dubium, respondeo, quòd si dictum matrimonium fuit validum, vique professio subsequens erit inualida ex communi sententia Doctorum apud Patrem Lezanam *in Summa 11. mo 4. verb. Professio regularis n. 15.* Si autem dictum matrimonium fuit nullum, videnda esset forma professionis emissæ; nam ut obseruat Pater Bordinus *in Consiliis Regularium, tom. 2. resolut. 91. num. 1.* in aliquibus Religiosis, quando emittitur professio, exprimitur tantum votum obedientiæ, sub quo tamen includitur votum castitatis, & paupertatis. Sed liberat nos ex istis triciis factum exhibitum ab obtrite; nam videntur supponere se emisisse professionem absque animo obseruandi paupertatem, & de facto retinuit sibi annuos redditus disponendos ad sui libitum absque licentia superioris, si, inquam, sui libitum professio, ita emissã fuerit, non est ambigen-  
tum



dum fuisse inuvalidam, ex cap. cum ad monasterium de statu monachor. in fine, & ex Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 1. de Regularibus. Quod obstruat communiter Doctores, & Garzias in Polit. Regul. tract. 3. diffinit. 1. dub. 4. num. 1. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 16. Bordonus in Consiliis Regularibus, tom. 2. resol. 85. num. 5. & alij, asserentes, professionem validam constitui ex tribus votis, Obedientia, Castitatis, & Paupertatis; vnde sequitur, quod si aliquis emisisset professionem cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio independentem a superiore, dicta professio non valeret, utpote contra substantiam illius. Et ita ex Abbate, Menochio, Spino, & alijs resoluit Aloysius Riccius in Decisionibus Curia Archiepiscopalis, part. 4. decis. 340. n. 11. Quibus adde Vecchium in praxi nouiorum, disp. 13. dub. 1. num. 11. Hieronymum Rodrigueze in Compendio resol. 102. nu. 58. & Lessium de Iust. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 62. Itaque si Oratrix emisit professionem cum intentione non vouendi paupertatem, & cum retentione annuorum reddituum absque dependentia Superioris, dictam professionem fuisse inuvalidam dicendum erit. Ita ego sentio, supposita tamen veritate facti, ita etiam fenserunt interrogati de hoc casu Pater Valentinus Mangionius Societatis Iesu & P. M. Lezana Carmelitanus, viri doctissimi, & amicissimi.

RESOL. LXXX.

An matrimonium contractum sine presentia Parochi, & testium transcat saltem in sponsalia de futuro? Et an hoc procedat, etiam si illud matrimonium fuerit iuramento confirmatum? Et an dicti contrahentes possint discedere a tali contractu matrimonij sine illa iudicis auctoritate, & cum alijs contrahere, nec indigent iuramenti absolutio- ne? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 157. alias 258.

Sup. conten- to in hac Ref. supra lege doctri- nam Ref. 76. per tota, quamvis ibi copula in- terueniente in hoc casu.

§. 1. Affirmatiue respondet Hentiquez lib. 11. cap. 5. num. 4. Vega in sum. tom. 2. cap. 34. cas. 25. Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 1. num. 18. Coninch d. 35. 21. dub. 4. concl. 18. Rebell. part. 2. lib. 2. quest. 9. num. 3. & alij. 2. Sed opinioem contrariam tenendam esse existimo, quam tuetur Gurtierrez de iuram. confirm. part. 1. cap. 51. num. 26. & seg. Spino de testam. gloss. 15. num. 75. & seg. Ledelma de matr. quest. 45. art. 5. & alij, quos citat Barbosa de potest. Episc. p. 2. alleg. 32. num. 143. & ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem testatur Petrus de Cenedo in 99. canon. quest. 30. num. 28. & haec sententia procedit, etiam si illud matrimonium fuerit iuramento confirmatum, vnde dicti contrahentes possunt discedere a tali contractu matrimonij, sine vlla iudicis auctoritate, & cum alijs contrahere, nec indigent iuramenti absolutio- ne. Et ratio horum omnium est, quia attento decreto Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. matr. tale matrimonium non solum non tenet tanquam de presenti, sed neque etiam tanquam sponsalia de futuro. Nam cum sic contrahentes peccent, & contra- uentiant dispositioni Concilij, & praepcepto superio- ris videntur potius facere actum illusorium, quam aliquo modo validum. Ergo, &c.

RESOL. LXXXI.

An Parochus communiter ita reputatus sine tamen ti- tulo, qui a principio fuit intrusus, valide matrimo- nio assistat? Et quid, si a contrahentibus inhabilitas cognoscatur?

Et resolutio harum questionum pendet ex illa, an aliquis sine titulo, & auctoritate Superioris in officio indi- cis, Parochi, aut Confessoris se intruset, si tamen com- munitis error accedat gesta per illum quoad utrumque forum spontanea valida sint? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 45.

§. 1. Negatiuam sententiam mordicus tenet nouissimè amicissimus Pater Perez de mar. disp. 40. sect. 5. num. 5. & alij, cuius sententiam existi- mo communem, & probabiliorem.

2. Affirmatiuam tamen Basilij Poncij, & alio- rum, puto satis probabilem esse, quicquid parum modeste nominatum contra me dixerit Escobar à Corro, & idem iterum contra illum adducam duos praestantissimos Theologos Societatis Iesu: sic itaque respondens ad casum propositum in titulo huius Res- ponsionis asserit Castr. Pal. tom. 5. disp. 2. punct. 13 §. 10. num. 9. [ Si Parochus intrusus sit in beneficium absque titulo à legitimo Superiore concessio, com- munitis sententia tenet, nullatenus valere matrimo- nium, cui ipse assistit: quia deficit titulus coloratus, quem ius requirit, vt gesta ab inhabili valida repu- tentur, vt late probat Sanchez d. d. sp. 22. n. 49. & 50. tamen si probabile sit, & rationi consonum solum communem populi errorem sufficere ad iurisdic- tionem concedendam, vt late probat Basilij Ponce lib. 5. cap. 20. num. 2. quia praescriptione, & consue- tudine iurisdic- tio acquiritur; camque tribuere potest, qui est in possessione delegandi, tamen si verum titulum non habeat: arg. text. in Auth. de Tabellionib. seu nouella 44. cap. 1. in fine. ibi: Documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis: quippe uti- litati publica maxime expedit, ne gesta ab eo, qui com- muniter potens existimatur, inuvalida sint; cum Res- publica defectum supplere possit. Ita Palaus.

3. Sed doctissimus, & amicissimus P. Bardi hanc affirmatiuam sententiam non solum probabilem, sed probabiliorem putat in Bullam Cruciat. p. 2. tr. 5. cap. 1. sect. 12. num. 157. Quia, quando adest commu- nis error, etiam si nullus praecesserit titulus collatus à Superiore, viger illud ipsum adaequatum motiuum, per quod ius commune disposuit valida esse gesta ab eo, qui caret praedicto titulo, circa quem versatur communis error: ergo Confessarius, intrusus, carens omni titulo praecedente, si ex errore communi putatur legitimus Confessarius, valide absoluit. Con- sequentia est certa: nam euidenter deducitur ex illo antecedente. Tota autem difficultas est in ipso ante- cedente, quod sic probatur: Motiuum adaequatum, per quod iura voluerunt valida esse gesta, quando cum errore communi est titulus à Superiore collatus, quamuis irritus, est bonum commune, exigens dis- positionem illam ad vitanda inconuenientia, quae sequerentur: sed hoc ipsum prorsus motiuum viger, quando est error communis sine titulo: ergo manet idem motiuum adaequatum in vtroque casu: neque facile percipere possum, quod operetur titulus iste inuvalidus, collatus à Superiore, dum enim est inua- lidus, perinde est, ac si non esset. Multas alias ratio- nes adducit Bardi in confirmationem huius senten- tiae, & respondet ad argumenta in contrarium: adi- illum, & non pigebit. Itaque circa casum propositum in hac Resoluzione, negatiuae sententiae adhaereo, & Puto, Parochum sine titulo, cum solo errore com- muni, inuvalidè matrimonio assistere, licet satis proba- biliter contrarium sustinere quis posset ex do- ctrina superius allata, quam, praeter Doctores à me nubi in fauorem Basilij Poncij citatos, tenet nouissi- mè Leander de Sacram. 10. tr. 5. disp. 5. g. 81. & Car- dus Baucius de casibus singularibus conscientiae, cas. 225.

Sup. hoc inf. in Ref. 91. §. Et tandem, & in tom. 1. tr. 3. Ref. 19. & in Refol. 20. §. Imò, & sequi, & ex doctrina Ref. 21. & in tom. 8. tr. 1. Ref. 5. à §. Sed difficul- tas, & in 10. §. tr. 1. Ref. 5. §. Sed audia- mus, cursum ad medium, vers. infra per.

Alibi in Re- solutionibus, not. primae huius Ref.

4. Certum est tamen in vtraque sententia, si Parochus beneficium parochiale obtinuit, inualide tamen, quia excommunicatus, vel irregularis eras; vel, si valide obtinuit, postea fuit illo titulo priuatus, vel à iure, vel per sententiam, sed non beneficio spoliatus; stante communi errore vulgi putantes probabiliter, ipsum verum Parochum esse, tam matrimonium, quam alia gesta per ipsum valida sunt iuxta leg. *Barbarius Philippus*, ff. de offic. Prætor. & cap. *Infamis. 3. quæst. 7.* Ius namque propter vitanda scandala, grauiusque inconuenientia, quæ ex nullitate actuum orti possunt, tribuit potestatem iis, qui communiter habere iurisdictionem existimantur. Quod verum est, tametsi à contrahentibus inhabilitas cognoscatur: quia singularis scientia communem errorem non impedit, ob quem iurisdictione conceditur, argum. leg. *Nam de ea ff. de legib. vt notauit Gurtierrez de matrim. cap. 62. num. 26. & Sanch. lib. 3. disp. 12. num. 42. cum aliis.*

RESOL. LXXXII.

*An matrimonium initum cum licentia, dolo, & mendaciis à Parocho extorta, sit validum? Idem asseritur, si licentia fuerit à Parocho metu cadenti in constantem virum extorta? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 20.*

§. 1. **N**egatam sententiam docet Texeda in *Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tr. 1. num. 33. & 34.* vbi sic ait: [ Si roges, an validum sit matrimonium, cui Sacerdos assistit; si licentia assistendi à Parocho fuerit impetrata dolo, & mendaciis; In hac difficultate affirmat Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 14.* & idem asserit, si licentia fuerit à Parocho metu cadenti in constantem virum extorta. Ceterum oppositum firmiter asserendum est; imò existimo, Sanchez sententiam esse contra mentem Concilij Tridentini, quod petit ad valorem matrimonij præsentiam Parochi, vel alterius Sacerdotis de eius licentia: sed licentia dolo, fraude, & mendaciis, aut metu graui extorta, non est licentia Parochi vera, sed subreptitia, ab illo Sacerdote arrepta, & non concessa: sicut licentia Religiosi à Prælato concessa dolo, aut metu graui ad consummandum aliquas pecunias, non est licentia: & idem si ex vi illius Religiosus illas consumat, peccat mortaliter contra votum paupertatis: quia consumpsit illas absque legitima Prælati licentia; cum licentia ab eo concessa fuerit subreptitia, & nullius valoris: ita, quando dolo, & mendaciis, aut metu graui licentia assistendi matrimonio Sacerdoti conceditur à Parocho, & dolo, aut metu graui ab eo extorquetur; talis licentia non reputabitur pro licentia. ] Ita Texeda.

2. Sed hæc sententia ita absolute prolata mihi non placet: nam casus appositus à Sanchez est iste, an, si quis falso nomine alicuius Magnatis, vel Principis, petat à Parocho, vt concedat licentiam certo Sacerdoti, vt assistat tali matrimonio; talis licentia sic dolo, & mendacio extorta: valida censenda sit? Et merito contra Texedam affirmatiue responderet: nam in dicto casu dolus non versatur circa substantiam, vel causam finalem, sed impulsiuam. Et ita cum Sanchez tenet Perez *de matrim. disp. 41. sect. 6. num. 5.* vbi sic asserit: [ Si illa falsa existimatio Principis, vel Magnatis (ecce casum Sancij) talem facultatem petentis, fuit vnica, & totalis causa finalis & motiua prædictæ concessionis, tunc in eo casu validam non fuisse licentiam. Hoc etiam videtur certum, quia tunc ille dolus, & mendacium tollit omnino consensum, qui est simpliciter necessarius

ad liberam talis licentiæ concessionem. Vnde ea defectu consensui erit nulla talis licentia, cum ob id non consentiat voluntarie, nec velit nisi ob eam causam; vt veram ab ipso apprehensam; cum tamen reuertà sit falsa. Regulariter tamen loquendo non ita esse nullam, si allegata falsa sit. Patet causa quia non videtur rationi consonum, vt ea sit mens Parochi concedentis licentiam, vt, nimirum, velit tam esse irritam, ea petitione falsa existente, ob datum graue, quod inde sequitur, vt, videlicet, matrimonium passim irritetur. Quod maxime firmo: quia Parochum, vel Ordinarium concedentes prædictas licentias, si sint viri docti, & prudentes, non habent, sæpe mendaces esse, & ficticias similes Principum, & Magnatum petitiones. Vnde non illis imputatur, vt eas concedant; sed quia tenentur ex officio peccare, vel alium assistere, atque adeo valde concedere. Scelus autem dicendum est in eo casu, in quo mendacium, & dolus esset circa substantiam, vel concedens exprimeret deficiente veritate talem licentiam non concedere: certum enim est, concessionem inualidam fore. Hoc negari non potest; quia in primis si pariter Petrus petere sibi hanc facultatem, & non Paulus, esset error, vel dolus circa substantiam; quia deest substantialis consensus, cum non consentiat nisi illum quem putat, sed in alium. Ecce, preter Petrum, tenet etiam Aueria *de matrim. quæst. 6. sect. 2. Cultus Palauis tom. 5. tr. 1. 8. disp. 2. punct. 13. & 14. Antonius Escobar in Theolog. mor. tr. 1. 6. cap. 5. 1. 1. n. 76. Hurtadus de Sacram. matrim. disp. 5. diffinit. 1. n. 39. Stephanus à S. Gregorio de Sacram. lib. 3. cap. 98. num. 2. Caspensis in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 6. disp. 4. sect. 5. num. 23. Trullench tract. de iure Parochi, cap. 8. n. 5. Nogueros tom. 1. allegat. 2. 1. 18. 18. 19. Corninch de Sacram. disp. 27. dub. 3. n. 37. Barbosa de preteritis, Episcop. part. 2. allegat. 2. num. 133. Reginaldus tom. 2. lib. 3. n. 182. Bonacina de matrim. q. 2. punct. 2. n. 17. Bossius de contr. matrim. cap. 4. §. 46. n. 126. Carolus Buccius tract. 1. de cas. miscell. quæst. 46. part. 1. & alij. Itaque opinio Sanchez contra Texedam veraciter: quia dolus in impetranda licentia à Parocho versatur tantum circa causam impulsiuam; scelus autem si versaretur circa substantiam, & in hoc casu procederet opinio Texedæ.*

3. Nec obstat dicere, quod falsitas circa causam finalem dispositionis, ipsam vitiat, sed in hoc casu est falsitas circa causam finalem, quia Parochus illa ratione cessante nullo modo concessisset eam licentiam: ergo. Secundò, dispensatio ex falsa causa obtentata est subreptitia, & nulla; cap. *Quia, de consensu, quiniato*, sed prædicta licentia conceditur ex falsa causa, & est quadam dispensatio: ergo est nulla; Tertio, deest consensus Parochi in ea licentia: ergo est inualida. Antecedens probatur: quia nihil magis contrarium consensui, quam error. Si per errorem, ff. de iuris. omnium iudic. Non obstat hæc dicentiam ad illa responderet Perez *vbi supra*. Et ad primum tantum dictum est, causa finali vnica cessante, & falsa existente, non valere eam licentiam. Ceterum id moraliter non contingere, iam explicatum est *supra*; nam error, & falsitas non contingit circa causam finalem, sed circa solam impulsiuam. Ad secundum, maior est vera, quia est ita dispositum in iure, & à Pontifice declaratum. Minor verò est falsa quia talis facultas datur ex vera causa motiua, & finali, nempe aliqua falsitas subit in causa impulsiuam. Ad vltimum negatur antecedens: nam lex illa adducta in argumento, vbi dicitur nihil tam esse contrarium consensui, quam errorem; aperit de errore substantiali loquitur. Præterea, quando concedens simit

ANTON  
Opera  
Tom. 1. & II  
E III

Sup. hoc inf. in Ref. 88. §. Quæro quartò.

suam concessionem asserendo, si vera sunt, quae proponuntur, clarissimum est, deficientem veritate, concessionem esse nullam. Atque haec est ratio, cur rescripta Pontificum dolo obtrata, sicut nulla: quia Pontifex hoc in iure aperte declaravit. Quod non procedit in casu nostro. Ergo, &c.

RESOL. LXXXIII.

An Parochus excommunicatus non toleratus valide assistat matrimonio?

Et an valeat matrimonium coram testibus excommunicatis non toleratis celebratum? Ex part. 5. tract. 9. Ref. 78.

Sup. hoc inf. in Ref. 91. §. Nota verò.

§. 1. Negativè responderi Avila part. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 1. conclus. 5. quia, ait, illi actus, quos excommunicatus non toleratus exercet ratione publici officij sunt nulli, vt tradit Syllu. ver. excommunicatio 3. n. 2. & 3. Nauarr. cap. 27. n. 36. ad 6. Sed in matrimonio assistit Parochus ratione publici officij, & publicae potestatis, ergo. Minor probatur, nam assistit in quantum Parochus formaliter, cuius rei signum est, quòd licet loco Parochi adhibeantur mille testes, non valebit matrimonium. Secundo contractus, in quibus secundum ius requiritur de substantia praesentia tabellionis, sunt invalidi, & nulli, si tabellio sit excommunicatus non toleratus, sed de substantia matrimonij requiritur post Tridentinum praesentia Parochi, ergo si sit non toleratus, erit nullum. Maior habetur ex glossa cap. de terminis de sententia excommunicationis in 6. in fine, quam sequitur Geminianus ibi n. 6. Francus n. 7. Ancharanus column. antepenult. Syluester. verb. excommunicatio 3. n. 2. circa finem, & communiter Canonistae; secus dicendum est de testibus, nam licet sint excommunicati non tolerati, valet matrimonium coram illis celebratum, quia non assistunt vt personae publicae, nec ratione publici officij, sed vt personae private.

Sup. hoc inf. in Ref. 97. cursum ad lin. 6. §. Sed communis, & magis late in Ref. 92. à princip. & in tom. 5. tr. 1. R. C. 112. §. vi.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto cum Cornejo in 3. part. tract. 5. de excomm. disp. 10. §. 1. dub. 5. certum est enim assistentiam Parochi non esse actum Ordinis, cum ipse non sit Minister huius Sacramenti, vt suppono, neque esse actum iurisdictionis, vt late probat Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 1. Sed solum esse necessariam, vt auctoritatem praestet matrimonio, ergo, &c. Et hanc sententiam tenet etiam Raynaudus de monit. part. 2. cap. 2. n. 23. Hurtado disp. 5. de matrimonio, difficult. 8. n. 26. Coninch de Sacram. disp. 27. dub. 2. n. 24. & Pontius de matrimonio, lib. 5. cap. 17. §. unico, n. 9. qui respondet ad omnia argumenta, quae supra pro sententia Auilae adducta sunt, & citat pro hac sententia Vasquez, Suarez, & Sanchez.

RESOL. LXXXIV.

An Parochus excommunicatus assistens matrimonio, peccet?

Et supponitur Parochus excommunicatus etiam non toleratum suspensum, & irregularem valide assistere matrimonio?

Et an excommunicatus toleratus nullam culpam contrahat assistens matrimonio?

Et notatur certum esse nullum peccatum committere Parochum excommunicatum, quando in articulo mortis esset necessarium assistere matrimonio?

Etianque advertitur Parochum excommunicatum, etiam non toleratum valide posse alii licentiam dare, vt matrimonio assistant? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 232 alias 233.

Sup. hoc inf. in Ref. 97. cursum ad lin. 6. §. Sed communis, & magis late in Ref. 92. à princip. & in tom. 5. tr. 1. R. C. 112. §. vi.

§. 1. Suppono Parochum excommunicatum valide assistere matrimonio posse, item suspensum, & irregularem, etiam si sit excommunicatus non toleratus, & nominatim denunciatus, difficultas est, an peccet? Aliqui affirmatiuè respondent, vt Vasquez in 3. part. tom. 4. tract. de excomm. dub. 7. num. 7. imò Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 17. dub. vnic. n. 1. putat esse peccatum mortale, est enim communicatio in re graui, & facta.

Sup. hoc inf. Ref. seq. & infr. in Ref. 87. §. Nota tamen.

2. Verum Sanchez de mar. tom. 1. lib. 3. disp. 21. num. 8. contrarium docet, quia cum spectet ad suum munus, communicat in re necessaria, & licet ex alia parte videatur peccare, quia videtur actus iurisdictionis benedicere sponfos illis verbis quae praecipit Concil. Trident. sess. 24. de matr. cap. 1. Ego vos coniungo, &c. non tamen excedet venialem culpam, quia in nullus est praediuicium, & res est parui momenti, nec necessaria ad Sacramentum, & si omittentur ea verba, tantum esset veniale. Haec omnia Sanchez, quae tamen conatur referre Pontius vbi supra, tamen cum Sanchez concordat nouissime Villabos in sen. tom. 1. tract. 13. diff. 18. num. 7. vbi sic ait: [Añade Sanchez que el e communicado si es tolerado no peca en esto, y si no lo es, peca venialmente, no porque asista al matrimonio, sino porque bendize à los contrayentes diziendo, Ego vos coniungo.] Ita Villalobos.

Sup. excomm. tolerato in Ref. 2. not. praerogata, & in eodem §. ante med. à vers. Imo Leandrus.

3. Vnde apparet sententiam Sanchez esse satis probabilem, & excommunicatum toleratum si assistat matrimonio, nullam culpam contrahere, se cus autem non toleratum, nam peccatum veniale efficeret. Nota tamen cum Suarez de cens. disp. 11. sect. 1. num. 24. certum esse nullum peccatum committere Parochum excommunicatum, quando in articulo mortis esset necessarium matrimonio assistere.

Et sup. con. tento à lin. 4. huius §. Vnde, in to. 1. tr. 1. Ref. 15. in fine, vers. Tertius. Et pro contento in hoc §. vlt. infr. in Ref. 86. & 87. à lin. 8.

4. Notandum est hic obire excommunicatum etiam non toleratum valide posse alii licentiam dare, vt matrimonio assistant. Ita Sanchez vbi supra, n. 7. & Basil. Pontius nu. 14. quidquid in contrarium asserat Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 3. & Coninch de Sacram. disp. 26. dub. 7. concl. 8.

RESOL. LXXXV.

An Parochus excommunicatus non toleratus licet valide tamen illicitè assistat matrimonio?

Et an in praedicto casu, nec ipsi contrahentes peccent, dum coram illo contrahunt?

Et an tamen, si Parochus ab Episcopo, aut ab alio competente iudice prohibitus sit assistere matrimonio, aut licentiam conferre, si id efficiat quamuis peccet, valide tamen efficiet, quia simplici prohibitione non priuatur dicta potestate? Ex part. 5. tr. 9. Ref. 79.

§. 1. Peccare in tali casu Parochum, docet Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 17. §. 21. num. 11. vbi sic ait. Tertio colliges Parochum excommunicatum assistentem matrimonio peccare quidem ex vi eius iuris, in quo prohibita est excommunicato communicatio cum fidelibus sentit nobiscum Gabriel Vasquez de excommunicatione dub. 7. num. 7. est enim communicare quidem non in Sacramentis, ea enim communicatio tantum est inter sumentem, & ministrantem, sed in Sacris, qualis communicatio est in diuinis Officiis, Missa audienda, & aliis huiusmodi, quam communicationem etiam Couarruias, asserit esse mortale peccatum. Nec verò dici potest Parochum illum communicare in re necessaria, & ideo excusari, vt indicare videtur Thom. Sanchez lib. 3. disp. 21. num. 8. neque enim Sacramentum matrimonij videtur esse necessitatis, idque exemplo testis

Sup. hoc inf. Ref. praerogata, & infra in Ref. 87. §. Nota tamen.

testis idonei excommunicati, tamen confirmari potest. Imò addiderim non esse venialem culpam, est enim communicatio in re ad eò graui & sacra. Ita Pontius.

2. Sed ego aduersus illum & Vasquez contrariam sententiam tenco, & ita præter Sanchez adductum hanc opinionem docet Hurtado *disp. 5. de matrim. difficult. 8. num. 27.* vbi firmat Parochum excommunicatum, quamuis non toleratum, non tantum validè, sed etiam licitè assistere matrimonio, quia quamuis in his duobus communicet cum aliis, id tamen efficit ob utilitatem, imò ob necessitatem contrahentium, quia absque eo, aut absque eius licentia nequeunt contrahere, vnde nec ipsi contrahentes peccant dum coram illo contrahunt. Si tamen Parochus ab Episcopo, aut ab alio competente iudice prohibitus sit assistere matrimonio, aut licentiam conferre, si id efficiat, quamuis peccet, validè tamen efficiet, quia simplici prohibitione non priuatur dicta potestatis, imò priuari nequit quamdiu manet Parochus (quamuis sit ad nutum amouibilis) nisi à Papa, aut Concilio generali, quia ab his accipit potestatem ad dicta absque subordinatione ad Episcopum quoad eorum valorem, quando verò Parochus tantum est prohibitus Sacramento administrare, potest validè & licitè assistere matrimonio, & licentiam ad id conferre, quia neutrum est Sacramentum administrare.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præterea, & in eodem §. et pro difficult. seq. in hoc §. à vers. Si tamen. supr. in Ref. 70. & in aliis eius primæ not. & infr. in Ref. 87. §. vltim. prope fin. à vers. Nota, & pro parte in Ref. 88. §. Quarto lxx. id.

RESOL. LXXXVI.

An Parochus excommunicatus non toleratus valide licentiam conferat Sacerdoti, vt assistat matrimonio? Et notatur non solum valide Parochum excommunicatum licentiam hanc præbere, sed etiam licitè, quod est valde notandum? Ex part. 5. tr. 9. Ref. 80.

Sup. hoc supra in Ref. 84. §. vlt. & infra in Ref. seq. à lin. 8.

§. 1. Negatiuè respondet Ledesma *de matr. q. 45. art. 9. punct. 3. dub. 4.* & Coninch *de Sac. disp. 27. dub. 2. n. 25.* quia Concilium dicit eum debere dare alteri licentiam assistendi, quod videtur esse actus superioritatis, & iurisdictionis. Nemo enim potest dare alteri licentiam aliquid faciendi, nisi habeat aliquam iurisdictionem, aut dominium, vel in eum cui dat licentiam, vel in rem circa quam dat licentiam aliquid faciendi, vt patet in omnibus similibus locutionibus. Confirmatur, quia hæc licentia non tantum requiritur ne iuri ipsius Pastoris præiudicetur, sicut requiritur licentia vt possit quis non subdito dare Extremam-Vinctionem, sed vt assistens qualificetur, atque idoneus fiat vt assistat. Qualificatio autem aliquem videtur omnino esse actus iurisdictionis.

2. Verùm affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quam tuetur Hurtado *disp. 5. de matr. d. ffic. §. num. 27.* qui citat Sanchez, Pontium, Henricum, & Rebelle. & ratio est, quia collatio dictæ licentiæ non est actus iurisdictionis, quia non est institutio iudicis, sed tantum est quædam designatio Spectatoris matrimonij, vt possit de eo testificari, facta ex ordinatione Tridentina, à quo Sacerdos dicta designatione supposita accipit potestatem ad id, & non à Parocho, quia ea supposita Sacerdos qualificatur à Tridentino ad id, sicut & ipse Parochus, & non à Parocho. Vnde collatio dictæ licentiæ non est actus potestatis Parochi vt Parochus est, sed auctoritatis à Tridentino annexæ officio Parochi.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Nota tamè, à lin. 7.

3. Notat etiam idem Hurtado contra Pontium non solum validè Parochum excommunicatum licentiam hanc præbere, sed etiam licitè, quod est valde notandum.

RESOL. LXXXVII.

Quid in Parochus publice grauius percussit clericum, & statim dedit licentiam Sacerdoti ministrandi omnia Sacramenta suis Parochianis, quæritur, an matrimonia, quibus præfuit, fuerint valide contrahenda? Et an in tali casu contrahentes non peccent? Et notatur, Parochum excommunicatum, etiam non toleratum, non solum validè, sed etiam licitè assistere matrimonio. Et notatur Parochum excommunicatum toleratum, & non declaratum, si assistat matrimonio, vel dicit licentiam assistendi, non peccare neque venialiter, & si non est toleratus, peccabit tantum venialiter? Et aduertitur, quod si aliquis habet aliquid similia, & migras ad illum recreationis causa, non videtur, possit contrahere coram Parocho illius habitatiõis, seu temporis, &c? Ex part. 1. tr. 9. & Misc. §. Ref. 10.

§. 1. CASUS iste accidit in ciuitate N. & de illo interrogatus respondi dedit diffinitiuè se restringere. Prima, an excommunicati detraherent, vel publici percussores Clericorum valide possint præbere licentiam assistendi matrimonio. Secunda, an in illa licentia administrandi omnia Sacramenta includatur etiam matrimonium. Et ad quoniam dicitur bium negatiuè respondit Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 10. num. 75. vbi docet contra Sanchez, etiam si assistentia ipsius Parochi sit actus iurisdictionis, nihilominus collationem ipsam facultatis, aut commissionem assistendi matrimonio entis potest actum alicuius iurisdictionis: Sæpe enim iurisdictionis actus est iurisdictionis, aut habitatio ad aliquem actum qui in se non sit actus iurisdictionis, vt gemptio aut venditio facta à minoriæ legitimè atatem sine consensu tutoris, aut curatoris læpè non valet, nisi accedente facultate; quomodo autem actus vendendi, aut alienandi non sit actus iurisdictionis, sed domini, actus nihilominus spectat conferendi siue dispensationem, siue facultatem, & veniam, vt actus ille vim habeat, proculdubio est actus iurisdictionis, ac proinde in matrimonio, licet assistentia ipsa non sit actus iurisdictionis, ipsa tamen collatio licentiæ seu facultatis ad validè assistendum potest esse iurisdictionis actus, quo arguuntur vltimus loco notato de censuris. Et rectè quidem nemo potest alteri dare licentiam aliquid faciendi, nisi habeat aliquam iurisdictionem, aut dominium, vel in eum cui dat licentiam, vel in rem ipsam, circa quam dat licentiam aliquid faciendi. Quam etiam sententiam docet Layman tract. 10. p. 2. q. 4. num. 5. referens alios, maxime Nauarum *cos. 12. de clandestina dispensatione num. 6. ad 2. in 2. edit. vbi postquam docuit esse exercitium iurisdictionis dare licentiam, qua is, alioqui qualificatus, idoneus redatur ad legitimum valorem actus; docet in particulari pro nostro casu, dare licentiam assistendi matrimonio esse actum iurisdictionis voluntariæ. Hæc omnia Dicastillus, & ante illum Coninch *de sacram. disp. 27. num. 25.* Suarez *de censur. disp. 14. sibi. n. 7. & de Panit. disp. 27. sibi. 1. num. 5.* Gutierrez *de matrim. cap. 2. num. 89.* Victoria, Sotus, Syluester, & alij pernes ipsos.*

2. Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, ego non recedo à sententia quam olim docui: nam Sanchez, & nunc me citato docet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. quest. 26. qui citat Pontium, Henricum, Sà, Rebelle, Hurtadum, Bonetium, quibus adde etiam me citato Bassium *de matrim.*

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

rimonium 5. num. 5. & Machadam tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 16. num. 4. vbi sic ait; Et tambien dudoso, y controuerso entre los Doctores, si el Paroco descomulgado, suspenso, &c. vitando, y no tolerado, pueda, validamente dar licencia a otro Sacerdote para que en su nombre asista al matrimonio: Layman y otros dicen que no. Si bien Sanchez, Basilio, y otros defienden que es valido el matrimonio, cuya sententia como mas probable. figue Diana: fundase en que la tal licencia no es acto de iurisdiccion, sino vna mera designacion de la persona, hecha en virtud del Concilio Tridentino, para que el Sacerdote se segun su decreto, pueda prestarle autoridad con su persona. ] Ita ille.

moraturi, si ditioni alterius parochi domus illa subdita sit? Afferit Sa verb. Matrimonium, num. 2. proprium Parochum in ordine ad matrimonium esse Parochum, in cuius parochia alteruter habitat, etiam ex parvissimo commorationis tempore. Ita ille. Sed hanc sententiam ego olim reprobavi, & nunc iterum reprobato, & ideo Dicastillus de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 8. num. 48. sic ait: Ex quo fit, vt qui extra proprium domicilium minore tempore anni in eo loco habitat, tanquam hospes, seu animo citò redeundi, non habeat alium Parochum, adhuc in ordine ad matrimonium, quam Parochum sui domicilij, aut quasi domicilij, vt rectè probat Sanchez citata disp. 23. & Menoch. conf. 378. quicquid in contrarium sentiat Basilius lib. 5. cap. 17. & Sa verb. Paroch. n. 2. qui ubique fundamentò affirmant modicam seu breuiem habitationem in Parochia alicuius, etiam si recreationis causa fiat, sufficere vt quis in ordine ad matrimonium habeat illum, vt Parochum. Ita Dicastillus. Et hanc sententiam ex pluribus Doctoribus, me etiam citato firmat Angelus Bossius de Matrim. cap. 4. §. 9. num. 17. & de Iubileo sect. 4. cap. 13. num. 34. asserens, non esse audiendum Pontium, & Sa, & tu adde nunc Leandrum, & Escobar. Nota etiam hic, quod Parochus interdictus seu prohibitus ab Episcopo assistere matrimonio, adhuc valide assistit, quia positio eo interdicto seu prohibitione, Parochus adhuc retinet iurisdictionem: idem dicendum quando huiusmodi prohibitio facta fuit Adiutori vel Vicario parochi. Imo Parochus cui vetitum fuit à Superiore administrare Sacramenta propter infertiam, validè adhuc assistit matrimonio, quia huiusmodi assistentia non est propriè administratio Sacramenti, modo Parochus sit compos sui, & eterno sensu percipiat consensum contrahentium, siue per se immediate, siue percipiat per interpretem, quod adeo verum est, etiam si ibi per vim detineatur. Ita Bassæus vbi supra num. 8. Dicastillus, & alij.

Sup. hoc supra in Ref. 14. & 85.

Sup. hoc cursum in §. vlt. Ref. practica.

Sup. hoc peccato supra in Ref. 85. §. 2. ad medium. Sup. hoc excom. declarato supra in Ref. 84. in fine §. Verum, & leg.

Sup. hoc tolerato ibid.

Sup. hoc in Ref. leg. §. Ego verò. Sed lege ibi à §. Quæro secundo.

Sup. hoc inf. in Ref. 89. §. Et tandem nota, & leg. & in Refol. 112. per tot. magis latè.

Sup. hoc latè supra in Ref. 70. & in aliis eius primæ not. & in Ref. 85. §. vlt. ad medium, à versu Si tamen.

Sup. hac vt in Ref. leg. §. Et hanc à lin. 5. & leg. & in aliis §. eius annot.

Sup. hoc quod hic supponitur melius, & magis latè infra in Rea sol. 90. §. Sed vt Vicarius ad med. & post med.

Sup. hoc id Ref. not. leg.

R E S O L. LXXXVIII.

De licentia, quam potest dare Parochus, vel Ordinarius assistendi matrimonio? Pro quo varij, & curiosi casus apponuntur in textu huius Resolutionis, & etiam pro ipso Parocho tantum? Ex part. 1. tr. 3. & Milc. 3. Ref. 32.

§. 1. Q. Væro primò: an Parochus non Sacerdos possit concedere licentiam Sacerdoti assistendi matrimonio; Suppono Parochum non debere necessario esse Sacerdotem: sed valere matrimonium contractum coram Parocho, vel Ordinario non Sacerdote: nam Concilium solum exigit assistentiam proprij Parochi: at sic est, quod quamvis hic Sacerdos non sit, verè Parochi nomen, & auctoritatem propriè retinet, ergo: sic declararunt Eminentissimi Cardinales, vt refert Basilius lib. 5. cap. 17. n. 1. cui adde Doctores, quo citat, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. quæst. 22. qui quæst. 23. firmat etiam neque peccare sic assistens matrimonio.

2. Quæro secundo: an licentia concessa pro ministrandis Sacramentis, includat licentiam assistendi matrimonio. Respondet negatiuè Hurtadus de Matrim. disp. 5. difficul. 11. num. 38. vbi docet ad assistendum matrimonio non requiri licentiam specialem, sed sufficere generalem, quia conceditur facultas ad exercendum officium Parochi, quod etiam declarat Congregatio Cardinalium, & meritò, quia assistendo ex ea licentia, satisficit Tridentino, requirenti licentiam ad assistendum; quia ea est vera li-

centia

centia ad id, quamvis sub verbis generalibus collata; imò sufficit, quod licentia ad assistendum, siue specialis siue generalis, conferatur verbaliter, quia licentia verbalis est vera licentia, cui non obstat declaratio Cardinalium, in qua dicitur sufficere licentiam generalem in scriptis datam, quia non dicitur requiri, sed sufficere.

3. Ea verò, quæ speciali nota sunt digna, tunc censentur omiſſa, quando non conceduntur specialiter, aut modo æquivalente concessioni speciali, concessio autem facultatis generalis ad exercendum officium Parochi æquivalet licentiæ speciali ad assistendum matrimonio, quia hæc includitur in illa; concessio verò facultatis ad administrandum omnia Sacramenta non æquivalet, nec sufficit, quia assistere matrimonio, non est Sacramentum matrimonij administrare: quia nec Sacerdos assistens, nec Parochus est minister, sed tantum ipsi contrahentes. Ita Hurtadus, qui citat Henriquez, & Coninch. Sed ex Basilio Pontio, Castrus Palau, tom. 5. *disput. 2. punct. 2. 3. num. 1.* aliter procedit, affirmans sufficienter prædictis verbis licentiam assistendi matrimonio esse concessam, quia esto in rigore matrimonium non administratur à Parocho, vel Sacerdote, improprie tamen ministratur, quatenus eius præsentia nomine Ecclesiæ matrimonij administrationi necessaria est; sicque fuit à Sacra Congregatione decusum, teste Farinac, vol. 4. pag. 275. ibi requiritur commissio generalis administrandi Sacramenta, vel si hæc absit expressa, vel specialis licentia.

Et licet Hurtadus asserat, Congregationem sequi opinionem communium tanquam probabilem, illa tamen supposita, puto non esse ab ea recedendum.

Sop. hoc in  
Ref præteri-  
ta §. Nota.  
post mediū.  
verf. Quoad  
secundum.  
Sed lege pro  
hac quæst.  
supra à §.  
Quæro se-  
cundo huius  
Ref.

4. Ego verò, ut meam sententiam promam, dico non sufficere si Parochus concedat alicui licentiam ministrandi omnia Sacramenta; nam talis licentia intelligenda est, sicut clausula Bullæ Cruciatæ concedens similem licentiam, quæ intelligitur de Sacramentis penitentia, & Eucharistia, quæ sunt maxime necessitatis. Placet tamen quod rectè observat Sanchez *disp. 3. 5. n. 8.* prædictam doctrinam esse veram, quando Parochus præfens eam licentiam concederet; nec est coniectura probabilis voluisse includere etiam matrimonium, secus quando Parochus in absentia relinquit substitutum, tametsi solum illi dicat, ut administrat Sacramenta vice ipsius; tunc enim sufficiens est illi licentia ad matrimonium, quia est illum Vicecuratum substituere, dum ipse abest. Et hæc omnia docet Perez de *matrim. disp. 41. sect. 1. n. 8.*

5. Quæro tertio: An Parochus non proprietarius ab Episcopo delegatus, & amovibilis ad nutum illius, possit matrimonio assistere, & ad id licentiam conferre; posse ipsum assistere non est dubium, difficultas est; an etiam possit licentiam ad id conferre, Sotus in 4. *dist. 18. quæst. 4. art. 3.* & Bartholomæus Ledesma de *penitentia dub. 13.* docent, non posse, quia prædictus est delegatus; qui autem est delegatus, nequit alterum subdelegare.

6. Sancius verò *lib. 3. disp. 31.* Henriquez, & plures alij docent, posse, quod etiam declaravit Congregatio Cardinalium, & merito: quia ille est verè Parochus, quamvis delegatus; ergo potest ad id licentiam conferre, quia ex Tridentino sufficit licentia Parochi. Et idem ob eandem rationem dicendum est de Vicecurato plenè delegato à Parocho proprietario, ut contra Basilium aduertit Sancius, quod verum credimus non solum in absentia, sed etiam in præsentia Parochi proprietarii, quia etiam in præsentia illius est verus, & proprius Parochus, quamvis non proprietarius; sed delegatus, & mercenarius.

7. Quòd autem delegatus non possit iurisdictionem subdelegare, non obstat, quia eam licentiam concedere, non est subdelegare iurisdictionem, quia assistere matrimonio, ad quod conceditur, non est actus iurisdictionis; præsertim quod delegatus, quamvis nequeat iurisdictionem ad omnem causam sibi delegatam delegare, potest tamen ad unam, vel ad alteram, ac proinde potest ad assistendum matrimonio, quamvis id esset iurisdictionem concedere.

Et hæc omnia docet Hurtadus de *matrim. disp. 5. difficul. 10. num. 34. & 35.* cuius de Castris Palau.

8. Quæro quarto: An sufficiat ad validitatem matrimonij licentia Parochi extorta per vim, & metum. Respondeo affirmatiuè, quia contractus licite contracti, in quibus nihil rependitur, ut sunt simplices promissio, & donatio, tametsi metu gravi extorta, iuris sunt iure naturæ, & iure positivo. Nam sunt simpliciter voluntarii; Qui enim metu coactus consentit, absolute consentit voluntarie, omnibus enim consideratis vult. Est etiam in illis contractibus vitiosus, nam in contractu donationis v.g. titulus legitimus est ipsemet titulus donationis, qui solum importat donationem liberalem, id est nullo periculo recepto. Et quamvis hic titulus reperitur cum administratione involuntarij ratione metus, dicitur vitiosus, id est titulus cui ius non restitit, ipsum autem vitiosum, metu verò iniuriæ, quæ in tali donatione intercedit, nihil obest; tum quia iniuria non est immediata causa contractus, sed consensus contrahentis, tum etiam quia tametsi iniuria possit esse sufficiens causa ad reuocandum consensum, & contractum irritandum, non tamen est sufficiens ut ipsum reddat omninò irritum, ut constat in contractu vitiosus causam dedit, qui etsi iniuria interueniat, non est tamen iure naturæ irritus, sed irritandus, quæ talis dolus versatur non circa substantiam contractus, aut materiam, sed circa causam contrahendi, quæ est extrinseca rei, & accessoria, ac proinde non tollit consensum, qui sit sufficiens ad naturam contractus.

9. Itaque per hanc assententiam nihil conceditur Sacerdoti, quod in eius dominium tranſeat, quippe solum conceditur eius personalis assistentia, viò ut matrimonium firmet, cum ergo prædicta licentia sic extorta non irritetur à iure, efficitur validum esse.

10. Et hanc opinionem tenet Sanchez 4. 4. 39. n. 23. Coninch, *disput. 27. dub. 3. num. 23.* Perez de *matrim. d. 4. sect. 5. n. 2.* Hurtadus *disp. 5. diff. 1. num. 35.* Castrus Palau *tom. 5. disp. 2. punct. 1. 3. n. 4.* & alij penes ipsum. Ex quo inferitur validum esse matrimonium quando testes, vel Parochus dolo vocati, aut vi adducti, & contra eorum voluntatem detentati, assistunt matrimonio, & intelligunt consensum; ita et pluribus docet Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 9. dist. 7. 9. 39.* qui *quæst. 40.* quærit an in tali causa valeat matrimonium, si Parochus assistens inuitus, & affectatus non intelligere, aures & oculos occloquens, nihil eorum, quæ agebantur vidit.

11. Et contra Sanchez *lib. 3. disp. 39. nam. 4.* & Bonacinam respondet valere dictum matrimonium, & ita respondit Sacra Congregatio in hac verba. Et quid si Parochus adfuerit, nihil tamen eorum, quæ agebantur, vidit, vel, audiuit, verum tale matrimonium sit nullum? Respondit Congregatio, matrimonium non valere, si non intellexit, nisi ipse Parochus affectatus non intelligere. Et quidem merito (addit Basilius) ita responsum est. Nam eò ipso quod Parochus affectatus non intelligere, admonitus prædictum matrimonium contrahere eos qui adstant, scilicet iam ignorare non potest consensum contrahentium, atque adeò testis esse potest eius consensum.

apud Ecclesiam. Huic tam apertissimæ decisioni frigidè respondet Thom. Sanch. inquit enim, horum verborum sensum esse, nisi Parochus consulto, & data opera, fingat se non intelligere; cum tamen reuera non intellexisset; quasi qui vocatus ad hoc ut adiret matrimonio, & monitus à contrahentibus se velle contrahere, potuerit non intelligere matrimonium ab illis contrahi, quamuis postea aures ocludat. Hucusque Basilius *lib. 5. cap. 21. n. 12.* cui adde Martijum de San Ioseph in *Mon. Confess. to. 1. lib. 1. tract. 15. de Sacram. matr. n. 18.* vbi sic ait: [Es valido el matrimonio aunque sea prohibido por el ordinario, en que asistiere el Paroco, y testigos llamados por engaño, ò traídos por fuerça, y que con ella los detuviéron, y entendieron el consentimiento de los contrayentes.]

12. Y lo dicho es verdad aunque el Paroco: despues de enganado procure no ver ni entender el consentimiento de los que se casan, que delante del se da tapando las orejas, y cerrando los ojos: porque en diziendole que quieren contraher matrimonio; no puede ignorar antes entiendo el consentimiento dicho, y puede ser testigo del, contra Pontium loco citato *num. 5.*]

13. Quæro quintò. An licentia, concessa assistendi matrimonio sufficiat, si sacerdos ignoret licentiam datam esse, si à suo Nuncio fuerit acceptata. Et negativè respondet Pontius *lib. 5. ap. 28. n. 8.* vbi sic ait, concessa tamen licentia uti non potest is cui conceditur, nisi illi innoteat, nec enim satis est, quod concessa iam fuerit ad eius petitionem, & innoverit Nuntio, vel Procuratori, ut latè ostendo in *tract. de confess.* contra Sancium. Vnde neque satis existimo, si contrahentes dicant se licentiam habere, ut eos iungere matrimonio possit, solent enim in eo innumera fraudes intervenire: nisi forsitan ad eam virtute, & auctoritate polleret qui diceret, ut de eius veritate nullo modo dubitari posse videatur, de quo Thomas Sanchez *disp. 37.* Ego tamen pererem licentiam ostendi etiam à quocunque viro quantumvis virtute præstanti; nec enim in hoc vili irrogaretur iniuria, quod in re tanti momenti, & ex qua valor matrimonij pendet diligenter conaretur extraneus sacerdos suo muneri satisfacere, quibus fauet decisio Rotæ apud Seraphinum 1099. Quando autem reuocatur, debeatne innotecere ei cui conceditur, & quando expitet, vel reuocatione, vel concedentis morte, definiti potest ex his, quæ dixi supra isto libro, & ex his quæ dico in tractatu de confessione in simili de licentia ad audiendas Confessiones. Ita Pontius, cui adde Hurtadum de *matrim. disp. 3. diff. 13.*

14. Sed sententiam affirmatiuam Sanchez, post illum tenet Coninch *disp. 27. dub. 3. n. 3.* & Cæstrus Palauus *tom. 5. disp. 2. punct. 13. n. 6.* quia cuiuslibet beneficij, privilegij, dispensationis, facultatis, & gratiæ concessio, à puncto acceptationis factæ à Nuncio ad id specialiter destinato habet effectum, ut communiter Doctores tradunt, & colligitur ex *cap. si tibi absenti, de prob. in 6.* Ergo idem est dicendum de prædictæ licentiæ concessione, cum nullum sit fundamentum aliam conditionem nouam exigendi, nam quod Sacerdos ea uti non possit licitè quovisque sibi innoteat esse concessam per accidens est, neque valorem licentiæ impedit, sicut neque cuiusvis alterius facultatis.

15. Verùm ego non recederem à sententia Basilij Pontij negatiua, quam etiam tuetur Martinus Perez de *matr. disp. 41. sect. 2. num. 5.* & idè dico, licentiam illam assistendi matrimonio concessam à Paroco non valere Sacerdoti, donec ipse sciat eam esse sibi concessam; nec satis esse quod fuerit concessa ad eius petitionem, & innoverit Procuratori vel Nun-

Tom. 11.

cio. Ratio huius conclusionis eadem est, ac præcedentis, quia credi non potest Tridentinum, & Parochum velle ut licentia concessa valeat, & sit vera licentia quovisque is, cui conceditur, possit eam licitè assistere, quia ad id conceditur. Atqui ignorat licentiam esse sibi concessam, quamuis iam acquisitam acceptatione à nunc, nequit licitè ea assistere matrimonio.

16. Secundò, quando prædictam licentiam à Paroco petit Sacerdos per litteras, vel Nuncium ab eo missum, & ipse Parochus eam concedit, non valere à tempore, quo id Nuncio intimatur, sed ut valeat, oportere, ut ipsi Sacerdoti nota sit talis licentia per litteras Parochi mandato scriptas, vel per Nuncium ab eo directam.

17. Tertio, idem puto dicendum de prædicta licentia obtenta per Procuratorem non valere à tempore, quo id Procurator intelligit, sed à tempore, quo privilegiatur, habet notitiam per illum.

18. Quarto, assero non esse facile credendum contrahentibus se habere licentiam, ut alienus Sacerdos matrimonio assistat, nisi sint personæ valde fide dignæ; ita communiter Doctores; Ratio est, quia in his, quæ pertinent ad forum externum, ut pertinet dicta licentia, est difficile credendum paribus. Firmo, nam licet in foro penitentiali ad quem pertinent Confessio, Eucharistia, & Extrema. Vnctio credatur se habere licentiam dicendi, at in foro externo, & in rebus spectantibus ad ipsum non creditur, ut constat ex *cap. sent. de sentent. excomm.* Vbi probatur non adhiberi fidem excommunicato, dicenti se absolutum esse ab excommunicatione, nisi excommunicatus litteras absolutionis ostendat, aut alio modo legitime de eius absolutione constet: non alia de causa, nisi quia pertinet ad forum externum, & ad externam Ecclesiæ gubernationem non creditur dicenti se habere licentiam, nisi aliàs personæ sint valde timoratae, & fide dignæ; Nam etiam notant Doctores, Paludanus, Angelus, Syluester, & Nauarrus, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 3. disp. 37. num. 3.* tamen in *cap. sicuti de sent. excomm.* dicatur non esse credendum excommunicato dicenti se absolutum esse, nisi id legitime ostendat; nihilominus tamen satis esse, si excommunicatus sit persona digna, & asserat se absolutum esse; ergo similiter in matrimonio est dicendum.

19. Quæro sextò: quid si Parochus interdictum sit ab ordinario, ne vili Sacerdoti licentiam ad assistendum matrimonio concedat, Respondeo, concessionem, si fiat, illicitam fore: validam tamen esse dum prohibitioni non est adiectum decretum irritans, ut decisum à Congregatione Cardinalium testatur Sanchez *lib. 3. disp. 31. num. 2.* Salzedo *cap. 73. sua practica §. primum igitur dubium, Zeball. qu. 604. num. 73.* Gurtierrez *cap. 67. per totum*, & colligitur manifestè ex *cap. 2. de matrim. contr. contra interdict. Eccles.* Idem censeo dicendum de licentia concessa Sacerdoti sub onere præmittendi denunciations, indagandi impedimentum, aliamve diligentiam præstandi, dum enim non additur decretum irritans, censeri debet prædictam diligentiam præcipi non in vi conditionis, sed oneris, & obligationis, maximè si sit diligentia quam ius commune postulat, ut tradit Sanchez *dicta disp. 32. & 33.* & Coninch *disp. 27. dub. 3. num. 33.*

20. Sed Martinus Perez de *matrim. disput. 41. sect. 4. num. 4.* putat quòd si in commissione facta Sacerdoti dicatur, coniunge aliquos matrimonio, si per solertem indaginem inuenieris eos non esse impeditos, dictum Sacerdotem inualide interesse, ea informatione non præmissa. Ratio est, quia illa

Sup. hoc supra in fine Ref. 77. & in Ref. 85. §. 2. cursum ad mediū, vers. si tamen. Et pro Decreto irritante hic apposto, lege supra doctrinā § Sed difficultas. Ref. 70.

K k verba

verba conditionem important alio modo quam iure inest, & formam specialem inducunt; nam aliud est dicere si fuerint idonei, tunc enim non inducitur conditio, quia iure inest, & exprimitur modo quo inest, aliud verò si inveneris esse idoneum, quia peritur informationem fieri, quod iure non inerat, & idèd talis clausula inducit formam, & conditionem.

21. Ex his ego olim rectè interrogatus respondi, quod si Episcopus per se, vel per constitutionem Synodalem interdicit Parochis dare licentiam assistendi, nisi Sacerdotibus approbatis ab Episcopo, & Sacerdos cui data est licentia non sit ex approbatis, sit valida dicta licentia, assistentia, & matrimonium ipsum.

22. Respondi, inquam, validum id totum esse, nisi Episcopus, aut constitutio Synodalis expressè addat decretum irritans aliter gesta. Ratio est, quia id speciale statutum est in favorem matrimonij, ut irritum non reddatur ex simplici prohibitione, sic constat ex cap. 2. ibi; licet enim contra interdictum Ecclesie ad secunda vota transire non debeat, non tamen est conveniens, ut ob id solum Sacramentum coniugij dissolvatur. Igitur quamvis Episcopus, vel Synodalis constitutio simpliciter prohibeat, dum non addit decretum irritans, matrimonium non irritabitur. Fimo amplius; nam Tridentinum *Session. 24. de matr. cap. 7.* præcipit Parochis ne inter sint vagorum matrimonio, nisi præmissa diligenti informatione, & Episcopi licentia, & tamen si Parochus his non servatis inter sit eorum matrimonio, est validum. Ergo si coniungere aliquos matrimonio contra Concilij prohibitionem, vel dare licentiam alteri ad coniungendum absque diligentia ibi præscripta, non reddit illud irritum, à fortiori non reddet simplex Episcopi, vel Synodi prohibitio.

23. Nota hic obiter, Parochum criminofum, & infamem infamia iuris, posse assistere in matrimonio. Vnde sequitur primò, quod talis Parochus possit dare licentiam alteri Sacerdoti assistendi matrimonio, tradit Sà supra, & sequitur ex variorum doctrina.

24. Sequitur secundò, infamem criminofum, &c. posse substitui, quia Concilium solum requirit conditionem sacerdotij in substituto, & ita docet Præpositus in 3. part. *quæst. 4. de matrim. claud. dub. 14. num. 99. fol. 927.*

### RESOL. LXXXIX.

*Quædam practicabilia circa Parochum, & eius licentiam assistendi matrimonio, ad ornatum Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reform.*

*Pro quibus varijs singulares, & curiosi casus adscribuntur in corpore huius Resolutionis. Ex part. 11. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 34.*

§. 1. IN sequenti Resolutione satis explicabitur, quis veniat sub nomine Ordinarij ad assistendum matrimonio, nunc verò aliqua discutienda sunt de Parocho, & de ipsa licentia assistendi matrimonio. Et suppono quod Parochus vnus contrahentis, si in eius Parochia matrimonium celebratur, validè, & licitè matrimonio assistit. Et hoc verum censco, etiam si Parochus extra propriam Parochiam assistat, ita contra Nauarr. *cap. 25. n. 144.* Ludouic. Lopez 1. p. *institur. cap. 86. §. præterea, & 2. p. de matrim. cap. 39.* Henriquez *lib. 11. cap. 3. n. 2.* Rodriguez *p. 1. sum. cap. 2. 18. n. 5.* Zaballos *d. g. 604. num. 60.* Basil. Ponce *lib. 5. cap. 16. n. 4.*

Sup. hoc inf. ex Ref. 110. lege doctrinam §. Verum à veris Vale cl. matrimonio. Sed lege eà per totam.

20. Et post alios docet Leander *de sacram. tract. 9. disp. 7. quæst. 16.* Spino *de resem. gloss. 1. n. 4.* Sanchez *lib. 3. disp. 19. num. 8 & 14.* Coninch *disp. 27. n. 2.* Gutierrez *tractat. de matrim. cap. 62. n. 5.*

2. Ratio videtur manifesta, nam Concilium solum exigit Parochi assistentiam, non autem exigit quod in propria Parochia assistat, neque eius fini necessarium erat; cum eius assistentia videretur matrimonium celebratur clandestinè nuptie videntur ob cuius causam assistentia Parochi à Concilio postulatur.

3. Sed difficultas est, an licitè extra propriam Parochiam assistat? Negant Salzed. *pract. cap. 77. §. undecimo, in noua editione.* Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 2.* Rodriguez 1. *tom. sum. cap. 21. num. 7.* Basilius *Ponce dict. lib. 5. cap. 16. num. 11.* Coninch *disp. 27. dub. 2. num. 19.* Mouentur, qui possunt sponso benedicere: ergo neque eorum matrimonio assistere. Verius tamen cessante scandalo oppositum existimo cum Spino *Gloss. 15. num. 42.* Sogura *Daualos director. iudic. Ecclesiæ, 2. part. cap. 11. num. 49.* Sanchez *lib. 3. disp. 19. num. 18. & 19.* Gutierrez *cap. 62. num. 6.* eo quod prædicta assistentia nullibi prohibita inueniatur, & licet sponso benedicere non possit, ut tradit Concilium *sess. 6. cap. 5. & cap. 24. sess. de resem. non inde inferitur eorum matrimonio non posse assistere, cum hæc assistentia magis urgeat, & benedictioni idonei necessariò coniuncta non sit. Verum an etiam validum sit illorum matrimonium, cui Sacerdos ex commissione Parochi assistit extra Parochiam committentis? Negant plures relati à Sanchez *lib. 3. disp. 4. num. 1.**

4. Quia est Ordinarij exercere possit, extra territorium iurisdictionem voluntariam, & delegatus inferior Princeps eam exercere nequit, ut ex *1. de offic. procons. tenent Barthol. in 1. n. 40. Causæ de Summa Trinitat. & sã. Catholic. & in dist. 1. n. 1.* Franciscus Marchio *decision. Delphinat. 117. in prima. part.*

5. Sed dicendum est similiter delegatum assistere matrimonio posse extra Parochiam committentis, ac potest committens, quia suam illi potestatem delegat, neque est vllus textus; aut ratio ex quibus hæc delegatio restricta censetur ut plurimum firmat Gutierrez *dict. cap. 62. de matrim. num. 10.* neque verum est iurisdictionem voluntariam, quam ex assistentia imitatur non posse extra locum committentis delegatum exercere; potest vtrique tum in audiendis confessionibus, tum in conferendis benedictionibus, ut probabilior fert sententia apud Sanchez *lib. 3. disput. 34. num. 2.*

6. Et tandem obserua aliquos docere, non sufficere præsentiam Parochi vnus contrahentis in Parochia alterius, sed necessariò requiri in Parochia viri præsentiam Parochi vtrius, & in Parochia femine, præsentiam Parochi femine; sed contrarium sententiam ego olim docui, & me citato nunc docet Leander *qu. 15.* & omnia superius dicta; præter Doctores citatos firmat Martinus Perez *de matrim. disput. 40. sect. 2. per totam.*

7. Nota hic etiam primò, incolas loci in quo non viget Tridentinum, non posse validè matrimonium inire absque Parocho, & testibus in loco vbi Concilium viget; secus autem dicendum est de incolis loci, in quo viget Tridentinum, & testibus in dè potest contrahere sine Parocho, & testibus in alijs locis in quibus non viget: ita contra Henríquez, Rodriguez, Syluium, & alios docet ex pluribus Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. quæst. 11.* qui notat procedere, etiam si in fraudem legis Trid.



contento in dentini proficiantur ad locum ubi non viget, vt ibi sine Parocho, & testibus contrahant.

8. Quia probabilis est, quod si prædicti incolæ bona intentione contraherent, validè contraherent, vt nuper est habitum: ergo etiam validè contrahant, quamuis cum dicta mala intentione contrahant: nam contractus non leditur ex bona, vel mala intentione. Secundo, quia dicti incolæ in tali casu vtuntur iure suo; at qui vtitur iure suo, non dicitur in fraudem legis facere: ergo.

Vide etiam Martinum Perez de matrim. disput. 39. sect. 6. per totum, & Bossium de matrim. cap. 4. §. 10. n. 18. Præpositum in 3. part. D. Thom. q. 4. de matrim. clandest. dub. 7. §. 42.

9. Nota secundo dari casus in quo valeat epichœia, quoad decretum Concilij de præsentia Parochi, & testibus: nam ego modo certum existimo Christianos habitantes in prouincijs infidelium, & in eis natos, in quibus Tridentinum non fuit promulgatum, validè contrahere absque Parocho, & testibus. Ratio est manifesta, quia decretum Tridentinum in eis prouincijs non habet vim ex defectu publicationis ab ipso Tridentino requisitæ ad idem dicendum est de Christianis captiuis, & mercatoribus, & quibuscumque alijs habitantibus in dictis prouincijs, & natis in prouincijs Christianorum, in quibus Tridentinum non est promulgatum, nec viget, quia etiam isti validè contrahunt absque Parocho, & testibus: cum Tridentinum non habeat vim in suis prouincijs, neque in prouincijs infidelium, in quibus habitant.

10. Item puto validè contrahere captiuos apud infideles sine Parocho, & testibus, quamuis ad eas regiones ducti sint post publicationem, & receptionem in sua Parochia, nec animum ibi permanendi habeant.

11. Et ita, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 7. §. 13. qui cum Sanchez, & Pontio idem putant dicendum esse de matrimonio contracto inter Christianos mercatores, qui inter infideles commorantur, mercium congregandarum (vel alia ratione) causa.

12. Nec obstat dicere, si captiui possint in locis infidelium contrahere matrimonium absque Parocho, & testibus, quia ibi non est receptum, nec promulgatum Tridentinum decretum, certè nullis alijs legibus Ecclesiasticis ieiunij, abstinentiæ carniui, vel auditionis Sacri tenerentur, cum ibi nec receptæ, nec publicatæ sint. Respondeo diuersas esse rationes, nam vt alia Ecclesiæ leges vbiq; obligent, sic est quod sint promulgatæ in qualibet fidelium Diœcesi, vel in Curia Romana: at decretum Tridentini vt obliget, specialem publicationem postulat in qualibet Parochia, vel loco habitantis. Cumque apud infideles hæc conditio deficiat in illis locis, hoc decretum nondum obligandi vires accepit, & consequenter qui in illis contrahunt, licet domicilium ibi non fixerint, non tenentur seruare solemnitatem in eodem decreto contentam, quia vt dictum est, ceteratus celebrandus est iuxta solennitates loci contractus.

13. Et idem Præpositus, vbi supra num. 45. sic asserit; Ex his patet quid sit dicendum de Christianis captiuis à Turcis, vel commercij causa degentibus apud infideles, quos aliqui existimant non posse validè in illis terris contrahere sine Parocho, &c. si Tridentinum in loco domicilij sit receptum ante illorum captiuitatem: alij dicunt non posse, si non habeant animum permanendi, sed ex dictis patet posse quouis in loco. Ita ille.

14. Sed limitanda venit superior sententia in Tom. 11.

locis, in quibus fuit promulgatum Concilium Tridentinum, licet postea in manibus infidelium, vel hereticorum deuenierint, & sic hodie in Hollandia, vt ego alibi probaui: fideles non possunt contrahere matrimonium absque præsentia Parochi, & testibus. Et ex dictis sequitur à fortiori Iudæos, qui aliquibus in locis habitant intra terminos Paræciarum, in quibus seruatur ea Tridentini constitutio, illa non adstringi, quod etiam dicendum de infidelibus commorantibus in dominio Regum Catholicorum, in quo Tridentinum hæc in parte est receptum. Expediret tamen per ciuilem potestatem aliquem modum eis præscribi, quo de illorum matrimonio posset constare, quia etiam interest Reipublicæ ciuili, vt vitentur incommoda, quæ ex matrimonijs clandestinis nata sunt, hoc præmissis.

15. Dico primò, baptizati habentes domicilium in loco, in quo constitutio Tridentini est legitime promulgata, & exacti sunt dies triginta à publicatione, & ibi contrahunt, necessariò debent seruare formam præscriptam, vt matrimonium validè ineant est certa opinio, & apud omnes recepta, & ita docet Præpositus vbi supra num. 31.

16. Et tandem nota tertio, magnam difficultatem adesse, quam habitationem contrahentes habere debeant in Parochia, vt eos Parochus coniungere possit: Basilius Pontius nimis laxè, dicit illius Parochia, in qua etiam per transitum habitas esse tuum Parochium, vt te possit in matrimonium iungere.

17. Sed hanc sententiam tanquam improbabilem refellit Castrus Palaus, & alij communiter. Alij verò nimis stricte putant necessariò contrahi domicilium debere, vt possit Parochus illorum matrimonio assistere. Sic Rota in noui. decis. 643. num. 2. & 3. volum. 1. Segura 2. part. direct. iudic. cap. 15. num. 48. Man. Rodriguez 1. tom. sum. 2. edit. cap. 219. num. 6. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 3. Spino specul. testam. gloss. 15. num. 41. Petrus de Ledesma de matrim. quest. 45. art. 5. punct. 3. post dub. 4. §. dico tertio.

18. Mihi verò placet opinio media, & idèd assero non solum illum verum Parochum tui esse ad matrimonium, in cuius Parochia habes domicilium, id est habitationem animo perpetuò manendi, dum commodior non se obtulerit, sed etiam illum, in cuius Parochia decernis maiori parte anni commorari animo postmodum in proprium domicilium reuertendi, qualiter procedunt Scholastici in Vniuersitate, & Mercatores in curia, & mercenarij locantes opera; sic latè probat pluribus relatis Sanchez lib. 3. disp. 23. à num. 12. Guttier. cap. 63. de matrim. à num. 13.

19. Quibus adde Præpositum in 3. part. D. Thome quest. 4. de matrim. clandest. dub. 9. num. 58. & Bossium de matrim. cap. 4. §. 2. num. 9. Immo quoad hoc, vt valeat matrimonium inibi coram Parocho habitationis celebratum, non est opus expectare, vt maiori anni parte hi in Parochia, vel Diœcesi habitent, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habent, incipiunt habitare, efficiuntur Parochiani, & possunt ibi omnia Sacramenta, Ordine excepto, recipere ab Ordinario, vel Parocho habitationis. Ita Gutierrez dicto cap. 63. num. 20. Augustinus Barbosa de potest. Episc. dict. alleg. 32. n. 64. & de Parochia dict. cap. 21. num. 35. Sanchez lib. 3. dict. disput. 23. num. 14. Basilius Pontius lib. 5. cap. 13. dict. §. 1. num. 4. Et ego dicto casu 13. num. 33. ob eam rationem, quod sicut ad domicilium simpliciter acquirendum, nulla requiritur temporis habitatio, sed statim ac quis incipit habitare cum animo perpetuo manendi, illud acquirit. Ita statim ac incipit

Alibi supr. in Ref. 78. §. Posset, in princip. & in alijs eius an. nor. & signat. ter ibi in §. Nec.

Sup. hoc inf. lege doctrinam per totam Ref. 112. & supra Ref. 87. §. Notandum est hic obiter.

Sup. his scholasticis lege doctrinam per totam Ref. 112. & supra Ref. 87. §. Notandum est hic obiter.

quis habitare, animum habens habitandi non ad modicum, sed ad longum tempus, contrahit, seu acquirit quasi domicilium, & efficitur quasi incola, & Parochianus.

20. Et idem ex Barbosa Bossius *ubi supra* §. 10. n. 18. testatur, Sacram Congregationem in Senen. 17. Maij 1610. declarasse validum fuisse matrimonium cuiusdam iuuenis cum meretrice, qui dubitauerat illud in propria Ciuitate contrahere, adhibendo Concilij Tridentini solemnitates; eo quod iuuenis parentes impedimentum eidem facile facturi erant, & propterea ad Vrbem Romam se transtulerunt, & coram testibus, & Parocho in Parochia, in qua aliquantulum morati erant, contraxerunt per verba de presenti.

## RESOL. XC.

*Quinam sub nomine Ordinarij comprehendantur ad ornatum Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reformatione, & aliorum textuum & Canonum?*

*Et docetur Episcopum, & Archiepiscopum, in sua Diocesi, & aliquando comparatione suffraganeorum; Cardinale Pontificis in Prouincia sua legationis; Capitulum Sede vacante, seu eius Vicarium; Abbates Ecclesie nullo Episcopo subiecta, omnes predictos comprehensos esse sub nomine Ordinarij.*

*Et an Vicarius generalis Episcopi, vel prouisor dicendum sit Ordinarius?*

*Et quid de Vicariis forensibus?*

*Et an vi Vicarius generalis queat per se assistere matrimonio, etiam debet esse Sacerdos?*

*Et quid de Parocho?*

*Et quid est sentiendum de Abbatibus Commendatariis perpetue Abbacia, habentibus iura Episcopalia, vt est Abbatia Farfensis, &c.*

*Et an Magister Scholae Salmantini respectu Scholasticorum, qui in Matricula scripti sunt, an sit Ordinarius eorumdem Scholasticorum, possitque valide assistere eorum matrimoniis, & aliis assistendi licentiam dare? Ex part. 1. n. 3. & Misc. 3. Ref. 35.*

Sup. hac generali quest. §. 1. DE hac questione late agit Antonius Gomez in Bullam Cruciatam per cap. 4. per totum, omnes vero conueniunt Episcopum, vel Archiepiscopum in sua Diocesi esse ordinarium, non tamen comparatione subditorum suffraganeorum, quia comparatione horum ordinarius non est nisi in casibus specialibus, vt deciditur *cap. pastoralis in princ. de offic. ordinarij*. Casus autem speciales sunt primò, si actù visitaret suffraganeos; etenim eo tempore ordinarius censetur teste Henriquez *lib. 19. cap. 13. num. 3. Sanchez lib. 3. disp. 28. num. 3. & 4. Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 25. sect. 1. n. 14. Coninch. de marr. disp. 27. num. 17.* Secundo extra tempus visitationis denegata ab Episcopo licentia, fueritque causa ad Archiepiscopum per appellationem deuoluta: tunc enim causa cognita & sententia prolata, cui locus appellationi non sit, poterit eo matrimonio assistere, vel licentiam concedere, sicut resoluit Spino *de testam. gloss. 15. num. 39.* Segura *direct. iudic. Eccl. sust. 2. part. cap. 15. num. 50.* aliis relatis Sanchez *lib. 3. disp. 28. num. 4.* Gutierrez *de marr. cap. 66. num. 3.* Deinde censetur ordinarius Cardinalis respectu subditorum Ecclesie sui tituli, quia habet iurisdictionem quasi Episcopalem ex *textu in cap. bis qua, de maiorit. & obedient. & tradunt Nauarrus lib. 4. consil. iii. de sponsal. conf. 47. alias iii. de clandestin. desponsat. conf. 14. num. 1.* Sanchez *dict. disp. 28. n. 7.* Gutierrez *cap. 66.*

Sup. hoc in tom. 9. tr. 7. Ref. 50.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Ref. 8. & ibi in tr. 2. Ref. 29. 30. & 31. Sup. hoc in fine Ref. 1. not. præterea, & in tom. 1. Ref. 30. §. Nihilominus.

Sup. hac generali quest. lege supra doctrinam à medio §. 1. vsque in finem Ref. 67.

num. 9. Item sunt ordinarij omnes Legati Pontifici potest Episcopos, vt probat Sanchez n. 8. Gutierrez *1. 10. & lib. 1. canonic. quest. cap. 11. num. 6.* Coninch. *disp. 27. dub. 2. n. 16.* Præterea censeri ordinarium capitulum Sede vacante, seu eius Vicarius resolutione Coninch. n. 17. Gutierrez *dicto cap. 66. n. 5.* Sanchez *loc. allegato*, & alij communiter. Item ordinarius censetur Abbas Ecclesie nulli Episcopo subiecte, vt colligitur ex *cap. Ioannes de testament. & tradit Henriquez lib. 11. de marr. cap. 3. n. 4.* Petrus de Ledesma *de marrim. quest. 45. art. 5. punct. 3. p. n. d. ante d. d. Sanchez dict. disp. 28. n. 6.* Gutierrez *cap. 66. n. 6.* Denique omnes illi, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent comparatione subditorum ordinarij censentur, vt bene conprobant Sanchez, Gutierrez, & Coninch. *loc. alleg.*

2. An vero Vicarius Episcopi Generalis in Hispania Prouisor dicendus sit ordinarius, negat Gomez, *ubi supra* num. 21. & Sotus in 4. disp. 28. quest. 4. art. 3. verbo circa concessiones, Petrus de Ledesma *lib. 1. quest. 45. de marrim. art. 5. punct. 3. dub. 4.* & idem asserunt, seclusa speciali commissione, quod non possit assistere matrimonio, nec Sacerdoti licentiam concedere. Mihi verò placet contraria sententia, quam tuetur Petrus Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 4. Sanchez lib. 3. disp. 29. num. 18.* Gutierrez *Canon. quest. lib. 1. cap. 19. num. 13. & tract. de marrim. cap. 66. num. 12. & cap. 69. num. 9.* Coninch. *disp. 27. dub. 2. num. 17.* Layman. *lib. 5. Sum. tract. 10. part. cap. 4. n. 5.* Basil. Pont. *lib. 5. cap. 11. n. 1.* Galpat. *Hurtado disp. 5. de marr. d. ff. 9. num. 32.*

3. Et ratio est, quia ordinarius est qui habet iurisdictionem ordinariam, & iurisdictione ordinaria est, quæ vel lege, vel consuetudine conceditur, & habetur *l. 1. l. & quia ff. de iur. iudic. l. 1. l. 2. Cod. de officio eius, qui vicem alterius gerit, cap. iudicibus §. 2. quest. 6.* ibi ordinarij verò sunt, qui ab Apost. & Ecclesiasticis, vel ab Imper. vt licentias legitimam potestatem accipiunt *cap. 1. & cap. conueniente, de officio Ordinarij, & aliis capitulum eodem tit. in Decretalibus, & in 6.* quare cum Episcopus dum Vicarium constituit generalem, ei non conferat iurisdictionem, sed supposita electione, & constitutione in Vicarium Generalem ei à Canone tribuatur, vt constat ex dicto *cap. licet, & ibi Gloss. & s. r. inueniens de officio Vicarij in 6. verè, & proprie est ordinarius, & consequenter vigore Tridentini potest assistere, & alteri licentiam assistendi matrimonio concedere.*

4. Nec obstat dicere, quod inquit Tridentinum *sess. 24. cap. 20. de reformat.* cognitionem causarum matrimonialium ad solum Episcopum pertinere, tacite eius Vicarium excludens. Respondet, quod estò asserat ad solos Episcopos pertinere causarum matrimonialium cognitionem, non obinde Vicarium excludit; oportebat namque expresse illum excludere, vt factum est *sess. 24. cap. 6. ibi*, eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum, sicuti annotat Flamin. *lib. 3. de rescript. benefic. quest. 12. num. 20. & 21.* Sanchez *lib. 3. disp. 29. num. 16.* Gutierrez *cap. 69. n. 7.* Adde et si ratione Vicariatus non debetur causis matrimonialibus Vicarius Episcopi cognoscere, adhuc non inferretur valide assistere matrimonio non potest siquidem Parochus causas matrimoniales non cognoscit, & tamen valide assistit, & licentiam concedit, quia est ordinarius.

5. Hinc notandum est, quoties in aliquo decreto mentio fit ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat, intelligi non tantum Episcopum, sed omnes habentes iurisdictionem ordinariam; quæ com-

nes illi ordinarij sunt : atque adeo nomine ordinarij comprehenduntur Vicarium Episcopi, cum verè ordinarius sit, quare eum in Tridentino mentio fiat ordinarij, comprehenditur quoque Vicarius Episcopi. Idem dic de Vicario Capituli Sede vacante, & aliorum habentium iurisdictionem Episcopalem, cum verè ordinarius sit.

6. Hæc autem non sunt extendenda ad Vicarium foraneum; hic enim neque ordinarius est, nec per se assistere matrimonio potest, aut licentiam concedere, nisi ea potestas ei fuerit specialiter commissa, vt ex communi sententia docet Sanchez *dist. dist. 29. num. 20.* Guttier. *cap. 67. n. 16. & cap. 69. n. 11.*

7. Nam licet Vicarius Foraneus alienius partis Diocesis dicatur etiam Vicarius propriè in ea parte, in qua vices Episcopi gerit, iuxta *gloss. in clem. 2. verbo Foraneus, de rescriptis.* Bertachin. *tract. de Episc. part. 8. lib. 4. tit. de Vicario Episc. n. 17.* & alios quos citat Sbroz. *de Vicar. lib. 1. quest. 20. dist. n. 1.* tamen, cum non gerat vices Episcopi sui in eodem loco, in quo Episcopus non dicitur propriè Vicarius illius, Bartol. *in l. 1. ad finem ff. quis, & a quo Couarun. pr. quest. cap. 4. num. 8. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 12. n. 15. Spino, & Sbroz. locis citatis.* Quare etiam non est ordinarius, cum non habeat potestatem ordinariam, vt dixi in tractatu de triplici Iubilai privilegio *sess. 3. casu 2. §. 3. n. 60.* circa finem, Sed delegatam, nec cum Episcopo constituitur idem tribunal, & auditorium, vnde ab eo ad Episcopum appellatur, quapropter Vicarius Foraneus neque matrimoniis validè assistere, neque aliis assistendi licentiam dare, ex vi sui officij, seu delegationis in Vicarium foraneum potest; sed ad hoc ei specialis Episcopi commissio necessaria est assistendi, vel concedendi aliis licentiam assistendi. Si autem ei ab Episcopo causarum matrimonialium cognitio in genere concederetur; tunc ex vi huiusmodi delegationis, & validè assistere, & aliis assistendi licentiam dare posset, vt tradunt Segura in *directorio 2. part. cap. 15. num. 16. & cap. 16. n. 2.* Sanchez, Guttierrez, & Pontius *locis proximè citatis*, quia si potest de causa principali cognoscere, multò magis de causa minus principali, & accessoria, ac de præambulis, Regula cui licet quod plus est, *de reg. in 6.* & præter Doctores citatos Stephanus Gratian. *tom. 1. disceptat. Forens. cap. 83. n. 13.*

8. Sed vt Vicarius Generalis queat per se assistere matrimonio, cum debere esse Sacerdotem affirmant Nauarrus *Consil. lib. 1. de officio ordin. consil. 1. in prima edit. & lib. 4. consil. 10. in 2. edit.* Salzedo ad Diaz *dist. cap. 73. versic. 14.* Iulius Sannazarius *dist. artic. 4. num. 36.* Ceuallos *tom. 1. quest. 604. num. 59.* Cenedo *quest. 30. num. 46.* Vgolinus *de potest. Episc. cap. 15. §. 10. nu. 5.* Zerola *2. part. praxi verbo Parochus §. 3.* Hieron. Vener. *lib. 1. exam. cap. 39. num. 6.* & Sayrus *decis. sub tit. de officio ordin. & attestatur Salzedo, & Nauarrus S. Congreg. id declarasse de Parocho, quòd non possit iuxta Concilium assistere, nisi sit Sacerdos; sed tenendum est, Vicarium Gener. non sacerdotem validè assistere, provt probabile putat Sannazarius loco citato, vt etiam Nauarrus ait de iure esse probabile, licet ob sacre Congregationis declarationem secus sentiat, & absolute tenent Bossius *de matrim. lib. 5. cap. 11. num. 11.* & Barbosa *de potest. Episc. part. 2. allegat. 32. num. 120.* quia etiam Parochus non Sacerdos validè assistit, vt dicemus infra, & declarauit Sacra Congregatio provt refert Bellarminus *ad dist. cap. 1. sess. 24.* in declarationibus, vltima declaratione, quæ sic habet, Parochus sufficit etiam si non sit Sacerdos, dum expectatur manus. Vnde non est credendum emanasse declarationem in contrarium, quam allegant Nauarrus, & Salzedo*

Tom. II.

loca citato, & ipsemet Nauarrus, licet loco citato confuluerit quòd Vicarius Episcopi non Sacerdos non inter sit matrimonij, sed alium Sacerdotem delegerit, nihilominus *conf. 30 de sponsal. in 1. edit. & conf. 9 de clandejst. desponsat.* absolute tenet non requiri Sacerdotium in Parocho.

9. Verùm ex his oritur difficultas, an quòd dictum est de Abbatibus titularibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, sit extendendum ad Abbates commendatarios perpetuos Abbatie habentes iura Episcopalia, vt est hodie in Abbatia Farfensi Eminentissimus, & nunquam satis laudatus Princeps, & Dominus meus Franciscus Cardinalis Barberinus, & videtur negativè respondendum ex declaratione Sacre Congregationis; quam refert, & sequitur Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 10. num. 13.* vbi sic ait, Quæret aliquis in hoc cap. An qui habet in commendam Abbatiam, quæ iura Episcopalia habeat, intelligatur in præsentem nomine Ordinarij: extat de hoc decisio Congregationis Cardinalium, quæ apud Farinacium *sess. 24. Concilij Tridentini cap. 1. de reformat. matr.* his verbis concepta est; Non permittitur hæc facultas commendatario, licet eius Abbatia iura Episcopalia habeat, cuius Abbas appellatione Ordinarij venit iuxta *glossam in cap. fir. de offic. ordin. in 6.* Dixit enim S. D. N. quod Ordinarius hic non intelligitur nisi Episcopus, tamen Cardinali Farfensi Commendatario Farfensis Monasterij fuit permittum, non autem eius Vicario. Hæc ibi. Ex quibus discet neque commendatarium de iure posse, neque eius Vicarium, quamuis commendatario specialiter à Sede Apostolica concessum fuerit, nisi expressè etiam eidem Vicario Apostolica Sedes concesserit. Ita Pontius.

10. Sed præfata declaratio ait Angelus Bossius *de matr. cap. 4. §. 20. num. 56.* videtur suspecta, cum in ea dicatur solum Episcopum comprehendendi nomine Ordinarij in dicto *cap. 1. sess. 24.* quare subdit Bossius, nisi mihi magis constet de mente eiusdem S. Congregationis, putat contrariam sententiam veram esse. Et illam obseruat docuisse Nau. Cenall. Molin. & alios; tum quia quicquid potest Titularis ratione dignitatis, potest illius commendatarius, Panor. *in cap. querelam de elect. Dec. in cap. edoceri de restitut. Nauarr. & Molin. locis citatis;* tum quia decretum Concilij de Ordinariis loquitur indefinitè, & regula indefinita vniuersali æquipollet, Glossa communiter recepta in *cap. vt circa, de elect. in 6.* At verò Abbas Commendatarius ordinarius dicitur, Gloss. & Text. *in cap. ordinarij de officio ordinarij in 6.* Ergo, &c. Idèd puro magis diligenter de veritate supradictæ Cardinalium declarationis inquirendum esse, vt postea necessario illam sequi debeamus.

11. Verùm quid dicendum est de magistro Scholæ Salamantinæ respectu Scholasticorum, qui in matricula descripti sunt; An sit Ordinarius eorundem Scholasticorum, possitque validè assistere eorum matrimonij, & aliis assistendi licentiam dare? Negat Basilius Pontius *dist. leg. 5. cap. 12. n. 8. & sequent.* vbi pluries contendit dictum Magistrum habere in Scholasticos Salamantinos laicos iurisdictionem tantum secularem; Sanchez verò *lib. 3. cap. 7. n. 6.* & Guttierrez *cap. 56. num. 9.* referunt opinionem Manuelis asserentis dictum Magistrum comprehendendi in dicto *cap. 1. sess. 24.* nomine ordinarij, haberèque in dictos scholasticos omnem iurisdictionem quasi Episcopalem, ac proinde posse remittere denunciations matrimoniales, assistere matrimonio, & aliis assistendi licentiam dare, & concedere.

Sup. hoc supra lege doctrinam Ref. 67. signanter à medio §. 2.

Quis non plene supra hoc, lege doctrinam §. Mihi, Ref. præterea 12.

RESOL. XCI.

De testibus necessariis ad contrahendum validè matrimonium.

Et an sit necessarium hos testes esse rogatos?

Et an sufficiat, quamvis vi detenti, & repugnantes inter sint, modo percipiant contractum celebratum?

Et an prædicti testes pro validitate matrimonij debeant esse omni exceptione maiores?

Et an testes simul cum Parocho interesse debeant matrimonio, vel sufficiat successivè coram illis explicent contrahentes consensum?

Et an peccent mortaliter, qui contrahunt coram Parocho coacto, quod non procedit quoad testes?

Et an ad constituendum Procuratorem pro matrimonio contrahendo non sit necessaria certa ætas, nec qualitas alia præter eam, quam ius naturale exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum usum rationis?

Et an matrimonium inicum coram testibus, & Parocho si ille sit intrusus, non obstante quod adsit error communis, an adhuc matrimonium sit validum? Ex part. 11. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 33.

§. 1. CERTUM est, ad matrimonij valorem præter Parochum, vel alium Sacerdotem de licentia Parochi, requiri & sufficere duos testes, coram quibus contrahatur, nec sufficere vnum testem cum eo. De Parocho patet, quia Tridentinum sess. 24. de matrimon. cap. primo, expressè irritat matrimonium non contractum coram Parocho, vel Sacerdote de eius licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus. Est verò doctrina certa, quando statutum requirit ad certum actum duo personarum genera, personam vnius generis non posse vtriusque vicem gerere, atque adeò statuto, ut valeat actus coram presbytero, & tot testibus, presbyter ipse non potest esse vnus ex illis testibus. Cum ergo Tridentinum exigat duo genera personarum, nimirum Parochum, seu Sacerdotem de eius licentia, & duos saltem testes præsentibus, non poterit Parochus, vel ille Sacerdos obire munus Parochi, & simul vicem alterius ex illis duobus testibus supplere.

2. Hos tamen testes necessarium non esse rogatos, quia ea qualitas à Concilio non exigitur, ut bene notarunt Gregor. Lop. leg. 1. verbo *sin testigos*, tit. 3. part. 5. Caldas Pereira de *empt. & vend. cap. 6. n. 22.* Henriquez lib. 11. cap. 3. n. 9. Sanchez l. 3. disp. 41. n. 7. Guttier. de *matrim. cap. 44. num. 77. & cap. 55. in fine.* Quinimò sufficiunt, quamvis vi detenti, & repugnantes inter sint, modo percipiant contractum celebratum, sicut de parocho diximus, quia ea vis non impedit, quin possint de matrimonio testari, vti tradit Zeball. in *suas quest. pract. quest. 604. n. 82.* Sanchez l. 3. d. 39. n. 9. Coninch. d. 27. n. 44. Cenedo *pr. & Can. quest. lib. 1. quest. 30. num. 108. ad finem.*

3. Nota tamen, eos qui contrahunt coram Parocho coacto, per se loquendo peccare mortaliter. Probat, quia gravem injuriam irrogant ipsi Parocho, ut ministro Ecclesie ab ipsa deputato ad auctorizandum matrimonium; ergo peccant graviter contra Religionem, vel contra duliã Sacram. Peccant verò contra iustitiam, aut mortaliter, aut venialiter pro quantitate violentiæ. Dixi per se loquendo; nam posset contingere, ut esset gravis necessitas contrahendi, & absque iusta causa noller Parochus assistere; tunc enim posset dolosa æquiuocatione vocari Parochus, non tamen vi cogi, quia privati nequeunt id efficere.

4. Tamen hoc non procedit quoad testes, &

ided assero eos qui contrahunt coram testibus, coactis, vel dolo adductis, non peccare graviter contra Religionem, sed solum venialiter: Patet, quia ipsi non gerunt vices Ecclesie, auctoritatem præstando ipsius nomine, matrimonio, quod Parochus præstat, sed solum obeunt testimonium ministerium, quod æquè præstare possunt vi detenti, aut ad aliud dolo vocati; esset tamen culpa venialis contra Religionem, quia non servatur debita reverentia Sacramento. Peccant verò contra iustitiam aut mortaliter, aut venialiter pro quantitate violentiæ ipsi illatæ, quæ enim ex qualitate iniuriæ pensanda est, an sit capitalis, similiter dico de testibus, si absque iusta causa nollent assistere, & esset gravis necessitas contrahendi, posset vocari dolosa æquiuocatione, sed nulla vi cogi; id enim officium est non privati sed publicæ potestatis. Ita Perez de *matrim. disp. 40. sect. 10. num. 6. & 7.*

5. Nota etiam, Parochum, & alios duos testes simul interesse debere matrimonio, nec sufficere si successivè coram illis explicent contrahentes consensum. Patet, quia Tridentinum copulativè exigat assistentiam Parochi, & testium, ut possint testificari de matrimonio, tanquam de vno, & eodem contractu; at non plene constat, quando non sint simul physice Parochus, & testes, cum sint testes singulares; Vnde non sufficit simulitas moralis, ut sufficit simulitas materiæ, & formæ in alio Sacramento; quia hic assistentia Parochi, & testium desideratur à Tridentino, ut per eos possit plene constare de contractu matrimonij inito.

6. His suppositis difficultas est, an dicti testes pro validitate matrimonij debeant esse omni exceptione maiores, videtur affirmativè respondendum, eò quod Concilium eorum præsentiam exigat, ut de matrimonio constet ex eorum testimonio, et testes minus idonei non plene probant. Quinimò lapsè à testimonio dicendo repelluntur, ut sunt infames, aut alio vitio notati. Vt ergo fini Concilij fiat iusta, necessario testes omni exceptione maiores debent adhiberi, quales, spectato iure antiquo ad probationem matrimonij requirebantur, iuxta textum, *in cap. super eo el. 2. de testibus, & leg. 16. titul. 1. part. quarta, & tradit aliis relatis Mascard. de *probatur. conc. 1023. num. 4.* Anton. Gab. *tom. 3. commun. opin. lib. 1. titul. de testibus conclus. 8. num. 3. versul. contrarium.* Adde, causa matrimonialis est causaldua, & gravis, neque debet tractari per quoscumque iudices ex Textu, *in cap. 1. in fine de consanguin. & affin. et in causa ardua non admittitur testis, cuius fides ob aliquam rationem infirmari possit cap. 1. in §. quamquam antem, de probat. ergo.**

7. Sed communis sententia est in contrarium, & idèd Martin. de San Ioseph in *men. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de matrim. n. 22.* ait; [No es necesario que los testigos sean mayores de toda excepcion como tengan vno de razon, basta que sean qualquiera, aunque sean infames, descomulgados, pederestros, parientes, mugeres, y aun infieles, porque estos quando son pueitos por testigos en el contrato de matrimonio son suficientes, aunque no lo sean por el instrumento son suficientes, aunque no lo sean por el Derecho *glos. Audent. de testibus, §. & licet verò de testibus, Baldus l. parentes num. 1. versul. sed sic licet supplicis, Baldus l. parentes num. 1. versul. sed sic licet tom. 2. commun. lib. 1. titul. de testibus con. 10. num. 50. & con. 13. num. 13.* demas deque la autoridad del Parocho, ó otro Sacerdote, que ha de asistir con ellos, suple los defectos de los testigos.] Traillè, qui citat Henriquez, Sanchez, & Hurtadum. Et ratio est, nam quia testes omni exceptione maiores difficile inven-

Sup. hac vi supra in Resol. 88. § Et hanc à lin. §. & cursum in fine alterius Ref. eius not. pro parte Parochi.

Sup. hac vi in §. & lin. not. præteri-

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

nitentur; & sic daretur occasio maioribus damnis, & litibus, quibus Ecclesia intendit obviare in contractu matrimonij; tum etiam, quia cum ius Tridentini sit odiosum, & nullus testis in eo excipitur, non est cur restringendum sit ad dictos omni exceptione maiores, praesertim cum matrimonium favorabile sit; tam denique, quia seclusa prohibitione legis admitti possunt testes inhabiles ex mutuo consensu partium, seu contrahentium, ut constat; hic vero in matrimonio nec lex aliqua vetat, nec sine consensu contrahentium admittuntur; ergo.

8. Ex his ego consului ad constituendum procuratorem pro matrimonio contrahendo non fuisse necessarium certam aetatem, nec qualitatem aliam, praeter eam, quam ius naturale exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum rationis usum, ut de testibus diximus. Ratio est, tum quia in procuratore tamen requiritur certa aetas, ut annorum viginti quinque ad iudicia, sed non in Procuratore ad matrimonium; iudicium enim est inter contrahentes, contractus vero inter consentientes celebrantur; Vnde quilibet aetas in procuratore ad illos constituta, est idonea, dummodo sit capax consensus, tum etiam quia tamen ad alia negotia desideraretur in procuratore certa aetas; non idem requiritur in procuratore ad matrimonium, quia nulla proventus eius industria desideratur, quia tantum explicat consensum absentis. Vnde durissimum videtur posse puerum quatuordecim annorum se ligare matrimonio, & ad id capacitatem sufficientem habere & non ad exprimendum consensum alterius contrahere volentis; tum denique quia cum matrimonij contractus sit ceteris favorabilior, non quocumque ceterorum contractuum valorem impediunt matrimonij, nisi iure exprimat de ipso matrimonio, ut constat de muto, surdo a natura, qui nullum contractum inire potest iure communi id prohibente, & tamen in illa prohibitione generali contractum non includitur matrimonium; nam mutus simul & surdus, si intellectum habeat perspicacem; ita ut signis edoceri possit quid sit matrimonium, & signis indicare consensum, valide contrahit illud, sicut & potest confiteri, & absolui.

Et haec omnia docet etiam Martinus Perez de matrim. disp. 40. sect. 10. num. 7. & Praepositus in 3. part. quest. 4. de matrim. clandestino dub. 14. num. 95. & 98. Reginaldus in Praxi tom. 2. lib. 3. pr. 23. Rebelius p. 2. l. 2. quest. 8. & alij penes ipsum.

9. Et tandem pro complemento dictorum in superioribus Resolutionibus, quaero hic, An matrimonium initum coram testibus, & Parocho, si iste sit intrusus, non obstante quod ad sit error communis, an adhuc dictum matrimonium sit validum; negatiue responderet Sanchez, Perez, & alij Ego autem satis probabiliter contrarium sentio ex his, quae alibi adduxi, idem nouissime nostram sententiam probabilem dicit Martinus de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de matrim. n. 14. cui adde Caltrum Palaum tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 10. num. 9. quia praescriptione, & consuetudine iurisdictionis acquiritur, eamque tribuere potest qui est in possessione delegandi, tamen verum titulum non habeat, argum. textus in Auth. de tabellionibus, seu nouella 44. cap. 1. in fine, sibi documentis propter vtilitatem contrahentium non infirmandis, quippe vtilitati publicae maxime expedit, ne gesta ab eo qui communiter posse existimatur, inuvalida sint, cum Republica defectum supplere possit.

10. Vide etiam, me citato, eruditum, & amicissimum Patrem Laurentium Longum in tabulis Sacramentorum, tab. 2. cap. 99. & me citato. Possen-

tium in recollect. quest. moral. cap. miscell. pr. regularib. sect. 3. n. 17. & me citato Bufenbaum in medulla Theologiae moral. lib. 6. tract. 4. insp. 2. dub. 5. n. 8. & plures alios, quos ego alibi adduxi contra Escobar à Corto, qui parum modestè hanc sententiam sigillatus est.

Alibi signatur in Ref. 1. not. praeterita, & in aliis eius not.

RESOL. XCII.

An excommunicatus vitandus sit admittendus ut testis in causis matrimonialibus?

Et quid si sit toleratus?

Et in causis fidei non est dubitandum.

Et notatur, quod assistentia Parochi excommunicati, etiam non tolerati contrahentibus matrimonium valida est. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 21.

§. 1. Affirmatiue responderet Bonacina de censu- ris disp. 2. q. 2. punct. 7. num. 12. vbi sic ait. Excommunicatus toleratus licite potest ferre testimonium. Ratio est, quia actus testandi ex natura sua vergit in fauorem illius pro qua praestatur; excommunicatus autem toleratus licite potest actus in fauorem aliorum praestare, & exercere, modò non sese ingerat sua sponte, ut patet ex supradictis, & ex c. decernimus, de sentent. excommunic. in 6. ex cap. veniens &c. testimonium de testibus. Excommunicatus vero vitandus non potest licite ferre testimonium, eo quod prohibita sit cum ipso communicatio, Excipitur causa fidei in qua potest testari, & accusare, cap. in fidei fauorem de hereticis in 6. Excipi etiam posse videtur causa matrimonij, quae est valde favorabilis, ut colligitur ex cap. final. de sententia & de re iudic.

Sup. hoc supra in Ref. 83. §. 1. in fine, & in Ref. 91. §. Sed communis. cursum ad lin. 6. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 114. §. vlt.

2. Sed ego sententiae negatiuae adhaereo. Dico igitur certum esse in causa fidei non solum valide, sed licite excommunicatum vitandum testem esse, ut habetur cap. in fidei fauorem, de hereticis in 6. & notant ibi Doctores, Geminian. Ancharan. Franc. in cap. decernimus, de sentent. excomm. Sayrus lib. 2. de excomm. cap. 8. num. 1. ut docet Hurtadus de excomm. disp. 9. difficult. 1. Coninch, de Sacram. disp. 14. dub. 11. num. 110. Suarez de cens. disp. 16. sect. 6. num. 6. & alij.

Sup. hoc supra tom. 5. tr. 10. Ref. 41. ad lin. 2. & cursum in alia lin. eius not.

3. Hoc tamen contra Bonacinam negandum puto in causis matrimonialibus, quia Doctores solum in causa fidei concedunt excommunicato vitando, ut se in testem, actorem, & accusatorem ingerere possit; quia solum in causa fidei, ut pote grauissima id expressum inuenitur, & cum sit exceptio, à generali regula; non debet ad alios casus extendi praecipue cum ratio longè diuersa sit. Neque obstat causam matrimonialem esse fauorabilem, quia non est aequè fauorabilis, ac causa fidei. Et casu quo aequè fauorabilis esset; id solum probat debere huiusmodi causae eundem fauorem concedi, qui causae fidei concessus est, non tamen probat quod de facto concessus sit. Adde, si in causa matrimoniali permittendum esset excommunicato, ut se in testem, & actorem ingerat, quia est causa fauorabilis, potiori ratione id permitti debet in causa pupilli, viduae, Ecclesiae, & similibus, quod nullatenus à Doctores conceditur.

Sup. hoc supra in Ref. 83.

4. Nota vero, quod assistentia Parochi excommunicati etiam non tolerati contrahentibus matrimonium valida est, quia haec assistentia etsi auctoritate publica praestetur, non est actus iurisdictionis, cum sufficienter praestetur ab inuito, quod alienum est à iurisdictionis usu, sed est executio cuiusdam conditionis à Concilio Tridentino requisitae pro matrimonij valore, quae cum nullibi annullatur

Sup. his supra in Ref. 60. §. Notandum est tamen & in fine §. Notandum est etiam.

Albi supra in Ref. 81. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 19. & in Ref. 20. §. Imo, & seq. & ex doctrina Ref. 21. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 2. §. Sed difficultas & in tom. 8. tr. 1. Ref. 5. §. Sed audiamus, breuiter, ad medium, vers. Insuet.

facta ab Excommunicato vitando, valida censeri debet, vt bene Saneh. lib. 3. de mat. disp. 21. Henric. lib. 1. c. 3. Rebell. lib. 2. de obligat. insti. q. 9. n. 9. Bonacina de mat. q. 2. punct. 8. n. 21. & de censur. disp. 2. punct. 5. n. 1. Gaspar Hurtado disp. 7. diff. 2. Paul. Layman lib. 1. sum. tract. 5. part. 2. c. 3. n. 13. in fine. Coninch. disp. 27. dub. 2. conclus. 7. Neque obstat excommunicatum vitandum testem esse non posse: quia Parochus matrimonio assistens non est testis deponens, sed inspiciens; inspicere autem matrimonium, illique presentem esse, vt postmodum testificari possit, valide potest ab excommunicato vitando praestari.

5. Et tandem nota, quod Mutianus Soccinus in cap. sacris n. 405. de sentent. excom. Valsquez de excom. dub. 5. Gaspar Hurtado disp. 8. difficult. 6. negant esse fidem adhibendam in testimonio excommunicato vitando, iuxta textum in cap. nullus 3. quest. 4.

6. Sed mihi placet opinio contraria, tamen si ope exceptionis dicta depositio irritari potest, vt docent Coninch. Suarez, & alij vbi supra, & colligitur aperte ex c. 1. de exceptionibus in 9. & ex cap. excommunicatus §. credentes de hereticis, vbi testimonium excommunicati ob heresim factitiam nullum declaratur tacite inuens ob aliam causam valere. Etenim actus annullatio afferenda non est absque manifesto textu, & ratione, nullibi autem inuenitur testimonium excommunicati irritum; ergo. Quod autem praedicto testimonio non sit, necessario fides adhibenda; sed possit ope exceptionis elidi, id solum probat eius valorem non esse firmum, non tamen conuincit validum non esse, dum non excipitur; Interim namque fides ei est adhibenda.

#### RESOL. XXIII.

An ad valorem matrimonij sufficiat, vt Parochus, & testes audiant contrahentes, vel opus sit illos videre?  
Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 68.

§. 1. **N**on sufficere illos audire, docet Franciscus Molinus de rit. nupt. lib. 2. differ. 11. n. 120. & post illum Augustinus Barbosa de potestat. Episcop. part. 1. allegat. 32. num. 86. vbi sic ait. Infertur praesentiam Parochi in matrimonio ita requiri, vt nedum intelligere oporteat, cum quid agitur, sed vt videat: nam insufficientis erit si contrahentes matrimonium à tergo essent alicuius parietis, vel vbi Parochus infirmitate, seu alio casu cæcus effectus esset, & non videret, quia ideò Parochi praesentia requiritur, vt ea tot mala & scandala, quæ in dies oriuntur, ex clandestino matrimonio cessarent. Atque ideò licet cæcus retineat dignitatem, qui furor eff. de statu homin. lib. cæcus ff. de iudiciis, licet etiam possit testificari de his, quæ ante cæcitatem vidit, vbi notat contrahentium voces audiuit; in his autem, in quibus facillè decipi posset, non integer testis est, quo in casu multum iudicis arbitrio tribuendum est. Hucusque Barbosa.

2. Sed ego contrarie sententiæ adhaereo, quam tuetur Saneh. de mat. lib. 3. disp. 39. n. 3. Gutierrez c. 69. n. 4. Filliucius 10. 1. tract. 10. c. 6. n. 224. Rebellius part. 2. lib. 2. questio. 8. num. 7. Fernandez in exam. Theol. part. 3. cap. 18. §. 1. num. 9. Basilius Pontius lib. 5. cap. 21. num. 8. quibus omnibus adde sacram Rotam decif. 634. num. 4. apud Buratum, & ibi doctum & amicissimum Ferentillum litter. A. vbi docet non esse necessarium testes videre partes contrahentes, sed sufficere illos verba contractus etiam intermedia cortina, vel pariete audire, quando habent notam vocem contrahentium. Vide etiam circa præ-

sentem questionem Gratian. 10. 5. c. 349. n. 20. & 3. Ad id verò quod afferit amicissimus Barbosa testimonio in his, quæ cæcitas tempus concelebrant, & sit communis Canonitarum, & Legistarum sententia, quod solum auditus in testibus non sufficit, sed requiritur praesentia, & visus; vt tradunt Malcardus de probationibus, verb. cæcitas, vbi tradunt Malcardus num. 7. Farinacius de testibus, quest. 61. concl. 278. seqq. & Doctores ab iisdem citati. Nihilominus hæc communis sententia, seu regula limitatur, vt non procedat in his, quæ non visu percipiuntur, sed auditu; de quibus potest cæcus esse legitimus testis, potest testificari super verbis stipulationis, & contractus à contrahentibus prolatis; si modo vocem loquentis notam, & probe cognitam habet, c. Malcardus de disp. concl. 178. num. 10. & 16. Menochius de arbitrar. casu 475. num. 16. & 22. Farinacius de quest. 61. num. 14. & quest. 69. num. 164.

#### RESOL. XCIV.

An sit validum matrimonium initum coram Parocho ad id non specialiter vocato, sed caluoso presentis? Et in rebus huius Resolutionis adducitur iuris dictum, & factum pro prædicta prædicta.  
Ex part. 10. tr. 13. & Misc. Ref. 16.

§. 1. **N**egatiue respondet Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 9. disp. 6. quest. 38. quia, vt Parochus dicatur presens Matrimonio requiritur necessario, vt sit ad eum calum formaliter adhibitus, vocatus, & rogatus: Vnde si Parochus, calu adhibetur, etiam si coram illo contrahatur matrimonium, nullum erit, nisi forte Parochus transeunte momentaneum prius contrahentes, se velle contrahere, quia tunc valebit gradum tunc Parocho sustinente, & vidente contrahere. Sic declaratum fuit non semel, ac iterum à Congregatione Cardinalium; quorum declarationes extant apud Farinacium. Prima, pag. 268. Secunda, pag. 273, quam etiam addocet Rebellius 1. part. in fine lib. 4. pag. mibi 394. Quæ sic se habet: Parochus ita presens Matrimonio deus est, vt appareat à contrahentibus hæc de causa adhiberi iussisse. Tertia pag. 276. Vnde, si quis transeunte illic Parocho, ita aliter proferret verba contractus, vt addiceret Parochus, nihil ageret. Sic Basilius lib. 5. cap. 21. num. 4. dicens, post tot declarationes Cardinalium, amplius de hoc dubitare non licere. Hucusque Patet Leandrus, qui citat etiam Bonacinam; quibus ego addo Campanilem in Diuer. Jur. Can. Rubrica 1. §. 1. Vallensem in Decret. lib. 4. tit. 3. num. 8. Gonzalez in Regul. Cancell. glossa 48. a num. 3. Borrellum in Summa, decif. tom. 3. tit. 2. num. 366. & nouissime Amicum in Cur. Theol. tom. 9. disp. 7. scilicet 11. num. 102. & Petrum Marchant in Tribun. Sacram. tom. 3. part. 1. tract. 1. tit. 7. quest. 5. concl. 1.

2. Sed ego puto non esse descendendum ab immutata sententia, quam tenentur Layman, lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 5. num. 6. Sanchez, lib. 3. disp. 39. num. 11. Filliucius, tom. 1. tract. 10. cap. 6. num. 224. Gratianus in Addit. decif. 37. num. 8. & 9. in tom. 1. discept. Barbosa de Officio Parochi, cap. 21. num. 10. & plures alij, quos citat, & sequitur Boffius de Mat. cap. 3. §. B. num. 6. qui testatur ita fuisse decium in facti contingencia, nam cum Medionali in quadam Ecclesia Parochiali, Parochus, qui ex prohibitione sibi facta ab Ordinario, nolebat post factas decimationes assistere Matrimonio duarum personarum habiliu

habiliū, Missam celebraret, sponsi vnā cum duobus testibus accesserunt ad Altare, vbi Parochus celebrabat; & cum Parochus finita Missa recederet ab Altari nihil sciens, neque cogitans de hoc, expresserunt coram ipso, & duobus testibus adductis, mutuum consensum de presenti. Quod Matrimonium Mediolani, & Romæ fuit pronuntiatum validum; licet ipsi contrahentes fuerint nonnullis pœnis multari. Et ratio est, quia si sufficit præsenti Parochi coacta, & dolosa: ergo sufficit etiam fortuita. Deinde, cum Parochus, & testes in casu nostro vere aduertant, sufficienter dicuntur præsentes, cum præsentiā ad valorem Matrimonij petita contenta sit sola intellectus aduertentia, qua rite testimonium contracti Matrimonij prohiberi possit. Firmiter nam in aliis contractibus, qui casu adest, potest testificari de eis: ergo & hic in contractu Matrimonij; quia ius Tridentini est correctorium, vnde intelligi debet de præsenti, quæ minus corrigat, dummodo humana sit, & sufficiens ad finem Tridentini, qualis est dicta: nam casu transeuntis ita testificari possunt, si aduertant ac si data opera intercesserint.

3. Nota verò, quod pro vtraque sententiā in hac quæstione adducuntur Declarationes Sacræ Congregationis, quæ videntur inter se pugnare; sed non est descendendum à sententiā affirmatiua, & ad declarationem Sacræ Congregationis adductam pro negatiua sententiā, ne videatur pugnare cum altera adducta pro affirmatiua, respondet Bossius vbi supra intelligendam esse quando Patochus casu præsens, vel ad id non expresse vocatus, vel præmonitus ex subitanea & fortuita præsentiā non intellexit, vel potuit intelligere rem seriò agi, & animo contrahendian tunc non censetur adhibitus ad illum actum. Cætera à Gonzalez, & Pontio obiecta, facile reiciuntur: nam lege Quasitum, 78. §. final. de lege 3. & alia iura, quibus Gonzales nititur probare, eum, qui casualiter adest, non censeri adesse; loquuntur de fitione iuris, & de præsentiā tantum corporea, non de morali, quæ perfectissime etiam breuissimo tempore haberi potest, dum res, quæ coram agitur, probe percipitur. Quare dictum testis repentini est nullum, solum quando non est informatus, nec potuit probe rem percipere. Lex autem, heredes, §. in testamento ff. Qui testam. fac. possunt; quia Pontius probat adhibutum in iure dici, qui rogatur: loquitur de testibus quoad testamenta. Et ita nostram sententiā præter Bossium, & alios vbi supra citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Petrus de Matrimonio, disp. 40. sect. 10. num. 9. qui respondet ad argumenta adducta à Leandro & Pontio, & explanat sensum Declarationum Sacræ Congregationis. Idem etiam docet Pater Auersa de Matrimonio, quæst. 6. sect. 6.

RESOL. XCV.

An sint à matrimonio arcendi, qui Elidei rudimenta nesciunt?  
 Et an saltem Pater noster, Aue Maria, Credo, & Decalogum, debeant scire?  
 Et cur sim inferitur statuere impedimenta matrimonij, non ad Episcopum, sed ad Papam spectare? Ex part. 4. tit. 4. & Misc. Ref. 85.

§. 1. **A**ffirmatiuè videtur respondendum per ea, quæ adducit Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 36. num. 8. Vnde in prima Synodo Panormitana Eminentiss. Domini mei Cardin. ab Auria part. 2. c. 7. n. 1. sic habetur. Parochus moneat sponso matrimonij minime iurgendos esse, quin fidei Chri-

stianæ rudimenta prius nouerint, quod antea decreuerat Cardin. Paleotus in Archiepisc. Bonon. part. 3. de sacram. matrim. fol. 157. col. 1. vbi ita ait. Quæret Parochus an matrimonium facturi doctrinam Christianam sciant, aut saltem Pater noster, Aue Maria, Credo, & Decalogum; quod si vterque ea nesciat, aut eorum alter moneat illos se non ante ad tertiam denunciationem venturum quàm illa ab ipsis rectè memoria teneri & intelligi perspexerit. Sic ibi.

2. Verùm his non obstantibus negatiuam sententiā prorsus sustinendam esse puto, quam docet vterque Sanch. Thom. & Ioan. hic in selectis disp. 28. num. 9. ille verò de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 15. n. 19. & nouissime Homobon. de Bonis in exam. Eccles. part. 3. tract. 13. c. 11. §. 3. refol. 2. vbi ita ait. Licet nonnulli asseruerint aliquem à matrimonio contrahendo arceri posse si Christianam doctrinam ignoret, donec saltem Orationem Dominicam & Angelicam salutationem, Symbolum fidei & Decalogi præcepta memoria retineat, nisi præ senio, aut ingenij tarditate incapax esset. Aliis tamen verius videtur absolutè & per longum tempus prohiberi non posse, cum matrimonij prohibito regulariter non nisi in casibus à iure expressis inducenda sit, & inter carmina in quibus coniugiorum impedimenta dilucidantur, vt sunt, error, conditio, &c. hoc impedimentum non extat. Expedi tamen suauiter absque vi bono modo & prudenti ratione ad breue tempus impedire vt sic doctrinæ addiscendæ curam habeant. Ita ille. & hoc modo intelligendæ sunt Synodi prædictæ, sin aliter, prohibitionem illorum non approbo; nam, vt notat Thom. Sanchez vbi supra, statuere impedimenta matrimonij non ad Episcopum, sed ad Pontificem spectat; & hæc opinio apud me certa est, & contrariam non puto probabilem, quod valde notandum est à Parochis & eorum Capellanis, nam hic casus frequenter potest accidere.

Sup. hoc mō  
 g'is late sup.  
 in Ref. 70. §.  
 vlt. & in alia  
 Ref. eius  
 not.

RESOL. XCVI.

Quisnam est Minister Sacramenti matrimonij?  
 Et notatur Minister, id est Sacerdotem ante Concilium Tridentinum non fuisse necessarium, at postea esse necessarium, & pertinere ad essentiam matrimonij Ministerium talem, & testes? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 253, alias 254.

§. 1. **N**otabilis est sententiā Melchioris Cani lib. 8. de locis, cap. 5. asserentis ministrum huius Sacramenti esse sacerdotem ipsum proferentem verba, & coniungentem contrahentes matrimonio. Sed hanc Cani opinionem vsque ad sua tempora nullum defensorem habuisse testatur Sotus in 4. dist. 26. quæst. 2. art. 3. & præter Gulielmum Parisiensem, & Theologos Concilij Colonienfis, nullum auctorem pro tali opinione allegari posse, notat Vasquez 10. 4. in 3. p. disp. 3. de matr. cap. 4. num. 41. & ideò Basilius Pontius de matrim. lib. 2. cap. 8. n. 2. & Vasquez loco citato, num. 46. hanc opinionem improbabilem putat, & notā dignam, vnde illam temerariam appellat Rebellus p. 2. lib. 2. q. 4. sect. 2. num. 6. Et patet ex Concilio Tridentino, & Florentino, vbi ex instituto propter nouas hæreses de matrimonij Sacramento agunt, nec aliam nouā materiam, formam, ac ministrum illius in ratione Sacramenti tradunt, quàm in ratione contractus sub omni lege ab initio fuerit requisitus. Constat autem non opus fuisse sacerdote ante legem nouam, nec hodie inter gentes, vt matrimonium in genere contractus validum sit. Ergo, &c. ita etiam hanc sententiā

sententiam improbabilem esse docet Coninch *de Sacrament. disp. 24. dub. 3. num. 29.*

2. His tamen non obstantibus Melchioris Cane sententiam: quam supradictis notis auctores citati inveniunt, sequuntur novissimi nostris temporibus duo viri doctissimi sacre Theologi in Academia Duacena publici Professores, Gulielmus Estius in *4. sent. dist. 26. §. 10.* Franciscus Sylvius in *3. part. D. Thome quest. 42. art. 2. queritur 1.* qui octo argumenta adducit ad probandum Sacramenti matrimonij ministrum esse solum sacerdotem. Et hanc sententiam tanquam probabilem videtur admittere Didacus Nagnus in *3. part. to. 1. g. 64. art. 6. diffic. 1. concl. 2.* Sed an ita reuera sit, aliis iudicandum relinquo: mihi enim placet communis sententia, asserens ministrum huius Sacramenti esse ipsos contrahentes, vt alibi diximus.

Alibi infra ex doctrina Ref. 113. signanter in fine, & in alia Ref. eius annot.

3. Notandum est tamen hic obiter, Tolerum *lib. 7. cap. 6. num. 4.* docere ministrum in hoc Sacramento ante Concilium Tridentinum non fuisse necessarium, at postea esse necessarium, & pertinere ad essentiam matrimonij ministrum, & testes. Sed hæc verba continere multa absurda notavit Basilius Pontius *de matrim. lib. 1. cap. 8. num. 8.* nempe ante Tridentinum non fuisse necessarium ministrum in matrimonio: & tamen Sacramenta non perficiuntur sine ministro; deinde posse Ecclesiam alium ministrum constituere. Quæ omnia cum sint absurdissima, & viro docto indigna; dicendum est contra Pontium sub nomine ministri Toletum intelligere sacerdotem assistentem cum testibus matrimonio, & sic omnia absurda cessant; nam præsentia Parochi ante Tridentinum non erat necessaria ad contrahendum matrimonium, postea verò sic.

### RESOL. XCVII.

*Quanam sit materia, & forma huius Sacramenti? Et quanam sit materia, & forma in matrimonio contrahendo per Procuratorem inter absentes? Ex part. 3. tit. 4. Ref. 250. alias 251.*

§. 1. **P**rima opinio asserit, internum consensum contrahentium esse materiam, verba autem esse formam. Ita Nauarrus *cap. 22. n. 20.* & Syluester *verb. matrimonium, num. 1.* Secunda contra Nauarrum docet, nempe verba esse materiam, consensum formam. Ita Maior in *4. dist. 26. quest. 1. & 3.* Tertia tenet verba ab vno prius prolata esse materiam, alterius verò verba esse formam. Ita Victoria in *summa, n. 245.* Quarta docet, verba contrahentium, esse sibi mutuo materiam, & formam, qua enim matrimonij contractum inchoant, & offerunt, materię rationem obtinent: qua verò eundem acceptant, perficiunt, & complent, formę rationem habent. Ita DD. quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. to. 1. lib. 2. disp. 6.* quibus ego addo Coninch. *de Sacram. disp. 24. dub. 3. num. 32. & 33.* Villalobos in *summa tom. 1. tract. 13. diffic. 6. num. 2.* & Suarez in *3. part. tom. 3. disp. 2. sect. 1. asser. 1.* Quinta opinio asserit, materiam huius Sacramenti esse coniugum corpora mutuo tradenda, formam verò esse verba coniugum contrahentium. Ita Paludanus, Couarruias, D. Antoninus, & alij, quos citat, & sequitur Layman. in *Theol. moral. lib. 5. tract. 10. punct. 1. cap. 2. num. 3.*

2. Mihi quarta opinio magis placet. Sed quanam sit materia & forma in matrimonio contrahendo per procuratorem inter absentes, vide Sanchez *to. 1. lib. 2. disp. 11. g. 4. n. 28.* cuius sententia displicet Basilio Pontio *de matrim. lib. 1. cap. 10. num. 6.*

### RESOL. XCVIII.

*An Parochus teneatur sub mortali interrogare sponsum de mutuo consensu? Et notatur non teneri Parochum interrogare sponsum, si contrahentes, an aliquod impedimentum habeant, ne contrahere possint? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 251. alias 254.*

§. 1. **R**espondeo quòd debet Parochus vitæ consensu ante contractum, an scilicet libere consentiat, vt præcipit Concil. Tridentinum *sess. 24. cap. 1.* citat tamen omisso, quando aliàs Parochus contra sponsum libere consentire, est leuis, & tantum culpa venialis. Et ita docent Coninch *de Sacram. disp. 27. dub. 3. concl. 4. n. 74.* & Sanchez *tom. 1. lib. 3. disp. 38. num. 8.* Guttierrez *vbi infra.*

2. Notandum est etiam hic contra Veracruza in *speculo in appendice dub. 2. concl. 1. & 2.* non teneri Parochum interrogare contrahentes an aliquod impedimentum habeant ne contrahere possint, & ita tenet Guttierrez *de matrim. cap. 69. n. 17.* & Sanchez *vbi supra num. 10.*

### RESOL. XCIX.

*An Parochus, si intellecto consensu contrahentium, non dicat, ego vos coniungo in nomine Patris, &c. peccet mortaliter? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 255. alias 256.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Rebellus *part. 2. lib. 2. g. 7. sent. 2. n. 4.* vbi sic ait. Opus est vt Parochus intellecto vtriusque consensu dicat, Ego vos coniungo in nomine Patris, &c. vel aliis verbis vitatur iuxta Prouincię consuetudinem. Quæ verba licet non sint de necessitate Sacramenti, cum sint forma ipsius, sunt tamen de necessitate præcipui sub mortali obligantis, adhibenda. Ita ille, & post illum Cenedus in *99. Can. quest. 30. num. 38.* & Zarnardus in *direct. part. 1. de sacram. matrim. c. 10. g. 27.*

2. At contrariam sententiam tenet Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 13. diffic. 6. num. 3.* sic asserens [No obstante, que el Concilio dize que el Paroco entendiendo el consentimiento de las partes diga aquellas palabras.] Ego vos in matrimonio coniungo in nomine Patris, &c. [d otras segun el vso recebido de la tierra, lo qual dize Rebellio que obliga a peccado mortal, mas yo soy de parecer, que obliga solo a venial, porque ni las palabras son de materia, que den a entender otra cosa, ni la materia es grave.] Sic ille, & ante illum Guttierrez *de matrim. cap. 69. n. 16.* Sanchez *tom. 3. lib. 8. disp. 38. num. 7.* & Coninch. *de Sacram. disp. 27. dub. 4. num. 45.* & ego hanc sententiam teneo.

### RESOL. C.

*An si Parochus, dum matrimonium contrahitur, si distractus, & non aduertat ad ea, que sunt essentia, dictum matrimonium sit validum? Et quid est dicendum de testibus in prædicto casu? Et an, si Parochus contradicente celebratur matrimonium, sit validum? Et curissime inferitur, an si Sacerdos proferat super materiam legitimam formam Sacramentorum, sit*



que intentione, v. g. absolventi, vel consecrandi etiam si postea intentionem adhibeat, nihil efficiat? Ex part. 10. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 20.

§ 1. **A**D hoc dubium respondet Pater Amicus in curs. Theol. tom. 9. disp. 7. sect. 11. num. 93. ubi sic ait: Sed quid si intellectionem Parochus & Testes non adhibeant post celebratum Matrimonium, casus est, si dum contrahentes contraxerunt, Parochus sensu percipit, sed intellectu non aduertit ad ea, quae tunc agebantur; sed post omnia peracta, reflectit se ad ea, quae antea peracta fuerunt, an in huiusmodi euentu valeat Matrimonium? Ratio negatiua. Parochus & Testes debent intelligere, quando contractus Matrimonij celebratur, cum vnus ex substantialibus requisitis, sit moralis praesentia Parochi, & Testium: vnde si tunc intellectio non adhibetur, matrimonium non fit. Confirmatur: si Sacerdos proferat super materiam legitimam verba absolutiois, absque intentione v. g. consecrandi, & absolventi, etiam si postea intentionem adhibeat, nihil efficiat, quia illam non adhibet tempore, quo reliqua ad Sacramenta substantialiter, requisita applicantur. Pro parte affirmatiua est, hoc sufficit ad morale iudicium de celebrato Matrimonio ferendum.

2. Dico, valere Matrimonium si talis reflexio à Parocho, & testibus fiat, adhuc praesentibus contrahentibus, non autem si fiat illis absentibus. Primum probò: ex Concilio nihil aliud requiritur, quam moralis Parochi, & testium praesentia, vt de celebrato Matrimonio testificari possint: at ad hoc sufficit, si ipsis praesentibus Parochus, & Testes iudicium formant de Matrimonio contracto: ergo etiam si hoc iudicium paulo post forment in eorum praesentia, sat erit ad finem à Concilio intentum. Secundum ostendo: eo casu non verificaretur Concilij Decretum, quo statuit Matrimonium celebrandum coram Parocho, & Testibus, vtique moraliter praesentibus, nisi per reflexam saltem aduertentiam ad ea, quae à contrahentibus aguntur, dum actu contrahunt. Confirmatur. Non potest Parochus dici physicè praesens contrahentibus, quando corpore: ergo nec moraliter, quando mente ab illis abest. Ex quo inferitur contra Henriquez lib. 11. de Matrimonio, cap. 3. num. 1. in comment. litera F. non valere Matrimonium si Parochus aut Testes ad Matrimonium accedant animo attendendi, sed tempore contractus distrahuntur mentis euagatione; quia sufficit, inquit, vt habeant attentionem virtualem; quae in ceteris Sacramentis sufficit. At contra: praesentia Parochi, & Testium in Matrimonio requiritur, vt possint de contracto Matrimonio si opus fuerit, coram Ecclesia, iudicè testari: ad hoc autem non sufficit praecedens attentio actualis, virtute tantum perseuerans tempore contractus, quia per praecedentem attentionem non intellexerunt, quae tempore contractus postea acta sunt: ergo nisi actualem actionem habeant, quando actu Matrimonium celebratur, aut paulo post per reflexam aduertentiam modò explicatam; inualidum erit. Nec est par ratio de reliquis Sacramentis, in quibus Minister non est testis, vel iudex, ad quos spectat actu aduertere ad ea, de quibus iudicium ferre debent. Vnde in Sacramento Penitentiae non sufficit attentio actualis praecedens, quae solum virtute perseueret tempore Confessionis, sed requiritur actualis attentio, vt Sacerdos vt Euangelicus Iudex iudicium ferre possit de peccatis Penitentis. In reliquis autem Sacramentis, quia Minister non debet iudicium ferre de iis, quae administrat, sed ea tantum humano modo peragere, sufficit attentio virtualis, vt

in ceteris actibus humanis. Ad rationem negatiuam sufficit, vt in aliqua parte temporis quo Parochus est praesens contrahentibus, intelligat, quae ab ipsis geruntur. Ad confirmationem, intentio Ministri in Sacramentis conficiendis requiritur vt principium moraliter influens in eorum existentiā; nisi enim verba Ministri proferantur, ex, & cum intentione conficiendi Sacramenti, nihil efficiunt; quia non efficiunt nisi humano modo prolata & applicata. Nec sat est, talem intentionem adhibere post prolata verba; quae non sunt valida ad conficiendum Sacramentum, nisi vt à Ministro imperata: at intentio adhibita post, non potest esse principium imperatiuum verborum antea prolatorum, cum nil, quod est extra nostram potestatem, vt sunt verba iam praerita, possit esse effectus nostri imperij. At iudicium Parochi, & Testium ad Matrimonium non requiritur, vt principium moraliter influens, cum non Parochus, aut Testes, sed ipsi Contrahentes sint huius Sacramenti Ministri; sed vt substantialis solemnitas ab Ecclesia requisita ad testificandum de Matrimonij celebritate. Quam ob causam non requiritur Parochi consensus; nam etiam si ipso contradicente celebretur Matrimonium, validum erit, vt facta Cardinalium Congregatio declarauit; non enim requiritur vt Sacramenti Minister, sed vt purus testis. Et haec omnia docet Amicus ubi supra à sententiam verò Patris Henriquez ab ipso improbatam, improbat etiam Martinus Perez de Matrimonio disput. 40. section. 10. numer. 3. & Leandrus, de Sacrament. tom. 2. tractat. 9. disputat. 7. quest. 37. qui tamen illam esse probabilem videtur admittere; quod mihi non placet. Quia nisi Parochus & Testes acta aduertant, nequeunt cerè testificari: quod inuitum sit Matrimonium: nam ad effectum testificandi de eo, perinde est: atque actu non aduertente, & non adesse. Firmo, quia Tridentinum pacificat praesentiam Parochi, & Testium; ibi: qui aliter quam praesente Parocho, & duobus Testibus, vbi conpula, & casus similes coniungit. At si Testes praesentis euagatione non aduertent ad mutuum consensum, minimè sufficeret; quia reuera non essent Testes: ergo idem dicendum est de Parocho. Quare sicut Parochus Iudex Sacramenti penitentiae, licet velit aduertere, si tamen actu non aduertat, nihil facit, quia nequit iudicare de peccatis confessis, ita neque hic Parochus, vt Testes, quia nequeunt testificari de Matrimonio facto. Quod si Parochus consultò veller non intelligere consensum, vt si occluderet aures & oculos; si reuera non attendit, nec intellexit consensus, nullo modo valeret Matrimonium; quia tunc reuera non est praesens, nec potest testificari de Matrimonio. Nec huic doctrinae obstat declaratio Cardinalium, quae sic est intelligenda, vt velit fieri verum Matrimonium, cum Parochus inuitè assistens, affectatè fingit, se non percipere, cum tamen reuera perciperit, ac intellexerit, vt aduertit Amicus, & Perez ubi supra. Ergo, &c.

## RESOL. CI.

An matrimonium inuitum coram Parocho & testibus sit validum, si consensu contrahentium intelligatur, per interpretem?

Idem est, si fiat matrimonium per litteras ignota lingua? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 17.

§ 1. **N**egatiue responder Pontius, libro 5. cap. 21. num. 10. & 11. Quia ea de causa vult in Ecclesia Parochum, & testes esse praesentes, vt possint Ecclesiam certam reddere de Matrimonio contracto:

At

At si Parochus, & testes tantum per interpretem intelligant quod agitur, nec possunt illi esse certi, neque Ecclesiam certam reddere, innumeris enim litibus pateret aditus. Pone enim vnum ex contrahentibus dicere interpretem esse mentitum in eo, quod explicuit ipsum consensisse, in quo casu interpreti etiam iuranti non est habenda fides, cum interpreti in re dubia non adhibeatur fides, etiam si contrahens non producat Testes alios, ut docuit Donellus in lege 1. Tum quia ille Interpretis in eo testimonio vnus est, eius autem testimonio non creditur lege *Iurifurandi. Cod. de Testibus*. Deinde huius Interpretis interest ita existimari, ut dicit, eius enim res agitur in eo testimonio, in sua autem causa nullus est testis, lege *Nullus ff. de Testibus, & leg. omnibus. Cod. eodem*. Quare duobus testibus, probare debet aliter contrahens, qui vtriusque linguæ periti fuerint & ibi interfuerint, alium, qui negat consensisse. In hoc ergo casu quomodo per Parochum probabitur Matrimonium apud Ecclesiam? Quamuis enim demus duos alios testes, qui cum Parocho adsunt, vtriusque linguæ peritos esse, & recte intelligere, an Interpretis vere explicet Parocho, quid agant contrahentes. At Ecclesia non tantum voluit esse duos illos testes, sed tres, scilicet, Parochum etiam testem qualificatum. Testis autem esse non potest Parochus, nec potest affirmare se scire, neque se audivisse, sed erit in eo casu testis ex auditu alieno, cuius testimonium ex regula generali non admittitur, *cap. Licet ex quadam ibi*; Præter communem formam, de testibus ut ibidem notant Canonistæ. Cuius regulæ generalis ea ratio à Doctoribus communiter affertur, quod testis debet deponere de his, quæ nouit, & quibus præsens fuit, & sic per proprium sensum & non per sensum alterius, *cap. Testes. 3. quest. 9*. Quam rationem reddunt Ioannes Andreas, in *d. cap. licet*. Aliique non pauci. Addit etiam aliam rationem Baldus: Quia sicut exemplum non probat, ita neque testimonium de auditu alieno. Et quidem in eo testimonio de auditu alieno causa scientiæ non est manifestior dicto, sed ignotior, & est quasi relatio relationis veritatis. Et quamuis nonnulli Doctores doceant testimonium de auditu alieno, aliqualem præsumptionem facere aliis concurrentibus, atque ita Parochum, licet sit testis de auditu alieno, tamen fidem facere concurrentibus aliis duobus testibus, hoc certe non satis mihi placet, quia licet in quouis alio Teste admitti posset, non tamen in qualificato, qualis est Parochus cuius præcipuum debet esse testimonium. Quare ego existimo esse contra rationem testis, qui fidem facturus sit, ut per Interpretem intelligat quod agitur, sed per suum proprium sensum debet intelligere, aliàs instrumentum eius testimonium erit: quod non ita repugnat Iudici, ad cuius officium exercendum solum exigitur, ut causæ iudicandæ compos fiat, quæ per se, vel per alium potest intelligere. Hucusque Pontius. Sed Leandrus de *Sacramentis. to. 2. tract. 9. disp. 7. 9. 36*. media via incedit, & ait, non sufficere ad valorem Matrimonij intelligere consensum contrahentium, præcisè per Interpretem, bene tamè casu, quo dictis Interpretis adiungantur aliqua signa contrahentium, experimentia moraliter consensum ipsorum; quia in hoc euentu optime potest Parochus fidem facere de his, quæ nouit per Interpretem simul, & per proprium sensum, alias minime.

2. Verum ergo absolute contra Leandrum & Pontium adhæreo opinioni affirmatiuæ Pattis Sanchez, *lib. 3. disp. 39. num. 3*. Hurtadi de *matrim. disp. ... difficult. 15. num. 48*. Ochagauia *tract. 3. quest. 13. n. 1*. quibus addo Martinum de San Ioseph, in *monita Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de matrimonio, num. 16*.

& Martinum Perez, de *matrimonio, disp. 40. sectio. num. 2*. & probatur hæc opinio, quia Contrahentes satis explicant sibi consensus per Interpretem, ergo etiam explicant eos satis ipsi Parocho, & Testes per eundem; patet consequentia, & Testis sufficiens signum, ut Contrahentes percipient suum consensum, est etiam sufficiens signum ut Parochus, & Testes possint de eo testificari, neque enim Tridentinum exigit maiorem notitiam consensum in Parocho assistente, vel in aliis Testibus eorundem ipsius Contrahentibus. Et sane si in alio Contrahentibus est satis Interpres ad eorum probationem, erit etiam in isto Imo à fortiori in isto, cum in Tridentini sit correctorium, neque expresse exigit Testes per seiplos cognoscentes consensum; & non per Interpretem. Firmatur amplius, nam Interpres vnus personam constituit cum Contrahente; exprimit enim consensum ipsius ex eius voluntate, notitia, & mandato: ergo Parochus, & alij Testes potest absolute testificari de consensu talium Contrahentium, quamuis ipsos non percipiant immediate ab eis, sicut nec percipit consensum qui datur per Procuratorem, & tamen recte testificatur de eo. Nec valet dicere, quando dantur consensum per Procuratorem adesse literas mandatis, & instrumenta manifestantia consensum. Non inquam, valet, quia illud mandatum non est sufficiens expresse consensum ad Matrimonium, nisi illæ literæ continent peritorem ut Procurator exprimat consensum; vel nisi sit non reuocata voluntas, quæ non constat Parocho, & Testibus. Adde si instrumenta sint idiomatica ignota Parocho, & Testibus, isti indigent Interprete. Idemque erit si fiat Matrimonium per literas ignotæ linguæ; & tamen hæc Matrimonia valida sunt, ergo etiam & illud in quo Parochus, & Testes percipiunt consensum Contrahentium per Interpretem. Quod si in hoc casu sit aliquando periculum litium, id erit per accidens; nam etiam in aliis casibus potest esse idem periculum litium, & tamen id non obstat. Et ita nostram sententiam, post hæc scripta inuenio docere Anicum in *Curs. Theol. tom. 9. disp. 7. sect. 11. num. 104*. qui respondet ad argumenta contraria adducta à Pontio contra Sanchez. Ad illud, & non pigebit: est enim verum doctrinissimum. Idem etiam contra Pontium docet Bossius de *matrim. 3. §. 2. n. 150*. nam Interpreti integra fides danda est, quia non habet ut Testis ad communem consensum declarandum. Neque etiam verum est, quod in tali casu Parochus, & Testes sint Testes de auditu alieno; nam verè sunt Testes de auditu proprio: quia ut dictum est, Interpretis non fungitur vice testis, sed se habet eamquam vox ipsorum Contrahentium, declarans eorundem consensum ipsiusmet Contrahentibus, & Parocho, ac Testibus præsentibus. Quare sicut si ipsi met Contrahentes coram Parocho, & Testibus non exprimerent consensum propria voce, sed scriptura, Parochus, & Testes essent Testes de proprio sensu, quia scriptura est vicaria vocis Contrahentium, illamque representat, ita cum exprimitur media voce Interpretis ad id ab ipsis electi, quia vox Interpretis est vicaria vocis eorundem Contrahentium, illamque representat; Vnde corruunt argumenta Pontij. Vide etiam Gutierrez de *matrim. cap. 16. §. 3*. Barbosam in *Decret. tom. 2. lib. 4. tit. 1. cap. 7. num. 3*. & Bonacinam de *matrim. quest. 2. punct. 8. num. 7*.

## RESOL. CII.

An tempore Aduentus, & Quadragesime sit peccatum mortale iraducere sponsam solemniter in domum sponsi, & conuiuia solemnia facere?

Et

Et asseritur omnem translationem sponsa in domum sponsi, etiam absque solemnitate interdictam esse Feriarum tempore.

Et an liceat hoc tempore Feriarum consummare matrimonium? Ex part. 3, tr. 4, Ref. 265, alias 266.

Sup. hoc & benedictio- ne nuptiaru contenta à lra. 3. huius textus cur- sia in fine Ref. seq.

§. 1. Negatiue respondet Sanchez de matr. 10. 2. lib. 7. disp. 7. num. 18. vbi sic ait. Verum vt meam sententiam explicem, solas nuptiarum benedictiones hoc tempore veritas esse sub mortali existimo, quia generali consuetudine receptum esse video, vt sponsa eo tempore in sponsi domum traducatur, conuiuiaque fiant, ac alia laticia signa praebeantur conuiuibus Praelatis. Quare si haec moderata sint, nullam culpam agnosco, si aliquantulus sit excessus, solam venialem, mortalem autem minime, nisi vbi nimius esset excessus, ita vt sanctitari praedictorum temporum notabiliter detraheretur, & ansa notabilis iure optimo offensionis, ac scandali spectantium animis tribueretur. Ita Sanchez.

2. Sed contrariam sententiam tenet Basiliius Pontius de matrim. lib. 6. c. 8. n. 10 vbi probat sponsum traducendum solemniter sponsum in domum suam, ac conuiuia facientem peccare mortaliter.

3. Verum mihi opinio Sanchez videtur etiam probabilis, & illam nouissimè docet Villalobos in sum. 10. 1. tract. 14. diff. 2. n. 4. vbi ita asserit. [En este tiempo lleuar à la muger à casa con solemnidad, y feria es de alegría, dicen muchos, que feria pecado mortal, aunque Sanchez con otros dice, que solas las benedictiones serian pecado mortal, porque esta assi recebido en vfo, la qual sententia es mas mansa y probable, y se puede seguir.] Sic ille, & ego.

4. Ex his inferitur non bene Syluestrum verb. matrimonium 7. quast. 2. Euanuèlem Sà verb. impedimenta matrimony non dirimentia. num. 2. Vexacruz in speculo. part. 1. art. 14. conclus. 4. Bartholomaeum Ledelman de matrim. dub. 60. concl. 3. Cucum lib. insit. tit. 12. num. 9. & alios, asseruisse omnem traductionem sponsa in domum sponsi, etiam absque solemnitate, interdictam esse feriarum tempore. Et etiam partum probabiliter loquuti sunt Paludanus in 4. dist. 32. q. 1. art. 4. D. Antonin. part. 3. tit. 11. c. 17. in fine. Rosella verb. impedimentum, imped. 17. Angelus verb. debet. n. 1. Tabiena verb. impedimentum, imped. 14. q. 2. n. 3. in fine. Caietan. in sum. verb. matrimonium. cap. ult. §. in publico autem loco. Armilla verb. matrimonium, n. 64. & alij asserentes non licere hoc tempore feriarum consummare matrimonium; nullum enim est peccatù, si his temporibus consummentur matrimonia, siue de prima consummatione, siue de sequenti- bus sermo sit, vide Basilium Pontium vbi supra, n. 8. Coninch de Sacram. disp. 30. dub. 3. concl. 4. n. 37. Sanch. loco cit. num. 23. & penes ipsos, Filliuc. 10. 1. tract. 10. part. 2. cap. 9. num. 271.

RESOL. CIII.

An nuptia sint prohibita in die Sabbathi ante Aduentum?

Idem quaritur à Vesperis ante diem Cinerum.

Et an si tempore prohibitio Aduentus, & Quadragesima adhibeatur solemniter benedictio nuptiarum, aut traducatur solemniter sponsa ad domum sponsi, aut adhibeant conuiuia, aut alia laticia signa, peccent mortaliter sponsi talia facientes? Ex p. 3. tract. 4. Ref. 201. alias 202.

Sup. hoc in §. Ref. seq.

§. 1. Probabilem puto contra Sanch. lib. 7. disp. 7. opinionem Basilij Pontij de matr. lib. 6. c. 3. Tom. 11.

n. 5. vbi sic asserit. An dies praecedens Dominicam Aduentus, & diem Cinerum saltem à vespers comprehendatur decreto Concilij Tridentini, ita vt in vespere eorum diem nuptia celebrari non possint. Et quidem quod attinet ad diem Cinerum, conveniunt Doctores, non incipere prohibitionem nisi à media nocte, itaque integro die Martis solemniter nuptias celebrari posse. At quod spectat ad Aduentum Domini non pauci Doctores, & inter eos Thomas Sanchez existimant in vespers praecedentis diei esse nuptias prohibitas, nisi vbi consuetudo aliud approbaverit. Ego tamen existimo verius etiam prohibitionem incipere à media nocte, atque in Sabbato integro ante Dominicam primam Aduentus nuptiarum solemnitate non esse prohibitam. Ad id inuenior, quia Concilium Tridentinum, & alia antiqua decreta dicunt, ab Aduentu Domini non posse solemniter celebrari nuptias, at Concilium Raennaten- se secundum sub Clem. V. cap. 19. expressè primam Dominicam Aduentus nominat, quam certum est à media nocte incipere. Ex quo decreto colligo, ea ratione intellecta semper fuisse antiquiora Ecclesiae decreta, quae ab Aduentu Domini nuptias prohibuerint. Ita vir doctissimus, qui n. 10. putat, si dicto tēpore prohibito adhibeatur solemniter benedictio, aut traducatur solemniter sponsa ad domum sponsi, vel adhibeant conuiuia, aut alia laticia signa, peccare mortaliter sponsum talia facientes. Sed in hoc Iacobus de Grassis part. 1. lib. 2. c. 85. n. 28. tantum veniale peccatum agnoscit.

Sup. his sequentibus in Ref. praeterita.

RESOL. CIV.

An nuptia prohibeantur à primis vespers Sabbathi ante primam Dominicam Aduentus? Ex part. 3. tr. addit. Ref. 266.

§. 1. Pro affirmatiua sententia in part. 3. tract. 4. refol. 202. adduxi Sanchez, cui nunc addo Barbolam de officio Parochi, cap. 21. n. 13. & Petrum Ochagatium de Sacram. tract. 3. de imped. matr. q. 41. n. 3. vbi sic ait. Praenotandum est tempus feriarum Aduentus incipere à primis vespers Sabbathi ante Aduentum, tunc enim communiter & quantum est de se Officium Aduentus solet incipere, tempus vero feriarum Quadragesimae, incipere à media nocte diei Cinerum, quia Officium Quadragesimae si in toto rigore perpendatur, tunc sumit exordium. Quae doctrina vera est, nisi alium modum incipiendi consuetudo legitima obtrinuerit: tunc enim consuetudini saeuendum est. Iste autē modus numerandi initium temporis feriatum, conformis videtur rationi, quia numerari debet iuxta leges Ecclesiae, in qua tempus incipere dicitur ab eo puncto, in quo Officium Ecclesiasticum proprium illius temporis incipit. Ita ille.

Quae hic est Ref. antecessens.

2. Sed ego in citata resol. pro contraria sententia adduxi Basilium Pontium, cui nunc addo Caualecanum part. 2. decis. 58. num. 19. & alios vbi infra, quia verba Concilij Trident. & alia antiqua decreta, licet dicant ab Aduentu Domini non posse solemniter celebrari nuptias, at Concil. Raennatense secundum sub Clement. V. cap. 19. expressè primam Dominicam Aduentus nominat. Sed prima Dominica Aduentus incipit à media nocte; ergo, &c. Ex quo decreto colligit Pontius, ea ratione intellecta semper fuisse antiquiora Ecclesiae decreta, quae ab Aduentu Domini nuptias prohibuerunt. Et hanc opinionem Pontij visa est amplecti nostra prima Synodus Paenormitana anno 1615. sub eminentissimo Domino meo Cardin. ab Auria, vbi part. 2. cap. 7. n. 23. ita asseritur: Postremò meminere à Dominica prima Aduentus vsque ad diem Epiphaniae, & à feria 4. Cinerum.

Ll 2/que

usque ad Octavam Pasche inclusivè solemnitates nuptiarum prohibitas esse. In quibus verbis aperte apparet, quod sicuti prohibentur nuptiæ in Quadragesima à fer. 4. Ciner. ita prohibentur in Adventu à Dominica prima Adventus, sed feria 4. Ciner. incipit à media nocte, & non à vespere fer. 3. ita Dominicam primam Adventus etiam à media nocte, & non vespere Sabbati dicendum est incipere. Et ideo hanc sententiam præter Pontium & Cavalcanum tenet etiam ex Societate IESV Reginaldus tom. 2. lib. 3. cap. 25. num. 188. Fillucius tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 9. n. 268. Bonacina de matrim. 9. 3. punct. 14. n. 4. ubi sic ait: *Ex Tridentino vetitum est celebrare matrimonium à primo die Adventus Domini usque in diem Epiphaniæ, & à 4. feria Ciner. usque ad Octavam Pasche inclusivè, quod tempus incipit à media nocte præcedentis Dominicæ Adventus, & à media nocte fer. 4. Ciner. tunc enim incipit Adventus & Quadragesima ritu Romano.* Ita ille, qui cum Fillucio pro hac sententia citat Sanchez, sed malè: non contrariam sententiam docet, vt supra diximus.

## RESOL. CV.

*An Oraciones, & caremonia, quæ pro secundis nuptiis destinatae sunt, possint tempore prohibito Adventus, & Quadragesimæ ministrari?*

*Et notatur, quod licet adsit consuetudo, vt etiam secundæ nuptiæ benedicantur, quando alter coniux benedictionem non suscepit, siue sit vir, siue femina, attamen talis consuetudo non obligat sub mortali.*

*Et cursum asseritur benedictionum omissionem, secluso scandalo, & contemptu, non esse peccatum mortale.* Ex p. 3. tr. 4. Ref. 264. aliàs 265.

§. 1. **A**D hanc dubitationem ita respondet Basilius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 8. n. 13. Nonnulli viri docti huius Academiæ Salmanticensis existimant nullum incurere penam Clericum qui temporibus prohibitis administrat ea, quæ Ecclesia designat pro secundis nuptiis, eo fundamento commoti, quod illa non sit nuptialis benedictio. Cæterum si rem istam attentius considerasset, aliter respondissent. Mihi enim semper visum est neque eas caremonias quæ pro secundis nuptiis destinatae sunt, posse tempore prohibito ministrari sine culpa, & poenis iure latis. Et in primis ad id me mouet, quod proximè superioribus annis vidi in hac Salmanticensi vrbe. Nam quidam nobilissimi vidui contrahere volebant matrimonium, & cum esset quadragesimale tempus, dispensationem à Sedis Apostolicæ Nuntio postularunt, quam denegavit. Quod magno argumento est etiam eam caremoniam, licet non appelletur nuptialis benedictio, esse prohibitam illo tempore. Deinde me mouet, quod iura & antiqua, & recentiora vniuersè loquuntur & de matrimonio, & solemnitate nuptiali. Sicut ergo antiquis Canonibus etiam viduorum coniugia erant prohibita, ita & solemnitas illa nuptialis in nuptiis viduorum de more Ecclesiæ adhibita, prohibita censetur. Præterea, quia Canones tam antiqui, quam recentiores vniuersè prohibent solemnitatem nuptialem, & non solum nuptialem benedictionem; illæ autem caremonia, licet non sint nuptialis benedictio, sunt tamen pars solemnitatis nuptialis, vt satis notum est. Ergo, &c. Ita Pontius vbi supra.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod licet adsit consuetudo, vt etiam secundæ nuptiæ benedicantur, quando alter coniux benedictionem non suscepit, siue sit vir, siue femina, attamen talis consuetudo non obligat sub mortali, quia eo rigore inducta non

est, & ita docet Fillucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 9. num. 168. qui citat Henriquez, & Sanchez.  
3. Adde quod Sotus in 4. dist. 28. quest. 1. art. 1. Emanuel Sà verb. matrimonium, num. 6. & alij, vt supra visum est, probabiliter asserunt benedictionum omissionem secluso scandalo, & contemptu, non esse peccatum mortale, quia tantum est commissio cuiusdam sacramentalis non tanti momenti. Vide etiam Fillucium loco citato, num. 165.

## RESOL. CVI.

*An sit saltem peccatum veniale consummare matrimonium, antequam recipiant benedictiones Ecclesiæ?* Ex part. 3. tr. 4. Ref. 239. aliàs 240.

§. 1. **A**D hanc dubitationem ita respondet Villalobos in summ. tom. 1. tract. 13. cap. 1. num. 12. ubi sic ait. [No es pecado mortal ni venial consumar el matrimonio antes de las benedicciones de la Iglesia. La razon es porque no es prohibicion para esto en derecho, porque el Concilio Tridentino solo dize, Sanctæ Synodus horitur, &c. Y despues el cap. nostrates 30. quest. 5. cuncta el Papa ha cohes que concurren para las boda, y entre ellas la benediction solenne anaden; hæc omnia non feruntur nec est peccatum, y aun non podria poner à cerca de la comunion el Obispo, y si la pudiese, no ligaria; porque el Concilio solo habla exortando à certa decto, mas non feria peccato mortal, el non pagar el debito, ante las benedicciones, porque ay muchos Doctores que dizen, que es peccato venial consumar en este caso el matrimonio, y puede el casado seguir esta opinion.] Ita ille.

2. Dicendum est igitur absolute, non esse neque peccatum veniale si coniuges ante benedictionem matrimonium consumant, & ita præter Villalobos citatum docet Sanchez de matrimonio, lib. 3. dist. 12. quest. 7. & Layman in Theol. moral. lib. 3. p. 1. part. 2. cap. 4. num. 12. cum aliis penes ipsos, quidquid in contrarium asserat vterque Sotus, Petrus, & Dominicus; hic in 4. sent. dist. 28. quest. 1. art. 2. ubi lect. 24. de matrim. §. primum ius ipsius, & alij in eod. cum Sanch. aliquando credo esse sanum consilium, consummate ante benedictiones, vt quando ea ex aliqua causa iusta differuntur, estque periculum incontinentiæ.

## RESOL. CVII.

*An liceat contrahere matrimonium tempore interditi?*

*Et an tempore interditi possint fieri matrimonij denunciations?* Ex part. 3. tr. 4. Ref. 266. aliàs 267.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. dist. 8. num. 2. quia ea sola Sacramenta censentur tempore interditi veniri, quæ purè sacramenta sunt, & omnino spiritualia. Sed matrimonium est contractus quidam naturalis, cui per accidens adiecit Christus sacramenti rationem. Ergo, &c.

2. Sed more suo aduersus Sanchez insurgit Basilius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 9. num. 4. quia generali prohibitione vetitum est Sacramenta ministrari tempore interditi, exceptis Baptismo, Confirmatione, Penitentia, & Eucharistia per modum viatici, vt patet ex cap. alma mater de sent. excom. in 6. cap. quoniã, eod. tit. cap. non est vobis de fornicat. & c. quod in te, de pan. & remiss. Cum ergo matrimonium,

monium, verè, & propriè sacramentum sit, nec excipiatur alibi ab ea generali prohibitione, illa comprehenditur, argum. Clem. §. 1. porro, de verb. significat. Neque obstat ratio Sanchez, nam cum iam verè, & propriè Sacramentum sit, & in ratione Sacramenti etiam spirituale sit, & Ecclesia generaliter prohibeat tempore interdicti ministrari Sacramenta præter supradicta, non est cur ab ea generali prohibitione excludamur sacramentum matrimonij: Ita Pontius.

3. Verùm ego utramque sententiam probabilem esse puto, & idè negatiuam cum Pontio tenet Suarez tom. 5. disp. 32. sect. 1. n. 51. Reginaldus tom. 2. lib. 32. tract. 2. cap. 27. n. 28. Filliucius tom. 1. tract. 18. cap. 2. n. 51. & alij. Affirmatiuam verò cum Sanchez tenet Coninch de sacram. disp. 17. dub. 2. n. 47. Auila de cens. p. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 6. Villalobos in sum. 10. 1. tract. 19. diff. 4. n. 10. & alij.

4. Sed itando in opinione affirmatiua assero cum eodem Sanchez num. 5. quod nihil refert si contrahentes sint specialiter, & personaliter interdicti, possunt enim licite copulari; quia sub illo interdicto non comprehenditur matrimonium, nisi sit expressum: & à fortiori dicendum est ex supradictis tempore interdicti fieri posse matrimonij denunciations, vt docet Paludanus in 4. distinct. 26. quest. 2. art. 2. num. 12. & alij.

RESOL. CVIII.

An tempore interdicti licitum sit contrahere matrimonium? Et an in prædicto tempore benedictiones tamen nuptiales fieri non possint, quia sunt officia diuina? Ex p. 5. tr. 10. Ref. 82. aliàs 81.

Sop. hoc in Ref. præterita, & in alio §. eius not.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Turrian. lib. 6. disp. 48. dub. 3. Pottel in dub. reg. ver. interd. n. 19. Suar. disp. 33. sect. 1. n. 51. Philip Faber de cens. in 4. sent. distinct. 25. q. 3. disp. 5. cap. 2. n. 32. Cornejo in 3. part. tract. 5. de interd. §. 1. dub. 7. & Præpos. in 3. p. quest. 4. de interd. dub. 3. num. 23. quia constat ex cap. responsa, saltem in loco interdicto non licere ministrare Sacramenta, exceptis iis quæ ius excipit. Item ex cap. sententia. de sent. excom. in 6. Pater interdictos etiam generaliter nullibi posse recipere Sacramenta, exceptis casibus à iure expressis, idque planè supponit Bonifac. VIII. c. Alma mater, cit. atqui nullum est ius, quo permittatur matrimonium tempore interdicti generalis personalis, vel in loco interdicto.

Sup. his benedictionibus magis late in Ref. seq.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam tuetur Auila p. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 6. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 19. diff. 3. n. 15. Layman lib. 1. tract. 5. p. 4. cap. 2. n. 1. Sanchez tom. 2. lib. 17. disp. 8. v. 8. Sa. ver. interd. num. 17. Henriquez lib. 13. cap. 43. n. 3. & Hurtadus tract. de interd. diff. 8. n. 27. quia quamuis in cap. sententia, de sent. excom. in 6. generatim prohibeatur susceptio Sacramentorum, exceptis casibus in iure expressis, & sacramentum matrimonij non excipiatur, id tamè intelligitur de sacramentis commissis administrationi Ecclesie, administratio autem sacramenti matrimonij non est commissæ Ecclesie, seu ministris ab ipsa ordinatis, aut deputatis, sed tantùm ipsis contrahentibus, benedictiones tamen nuptiales fieri nõ possunt, quia sunt officia diuina. Adde quod in cap. appellamus, de feris, dicitur matrimonium quocumque tempore contrahi posse, ex quo videtur excipi sacramentum matrimonij ab illa generali prohibitione tempore interdicti facta. Deinde licet matrimonium sit sacramentum, tamen est

contractus, & ita non videtur simpliciter prohibitum. Et ita hanc sententiam præter DD. citatos tenet etiam Coninch de sacram. disp. 17. dub. 2. num. 4. cui ego libenter adhaereo.

RESOL. CIX.

An benedictio nuptiarum sit tempore interdicti illicita? Et an saltem in dicto casu benedictiones nuptiales fieri possint in diebus, in quibus permittuntur diuina officia, vt Paschatis? Ex part. 5. tr. 10. Refol. 85. aliàs 84.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Henric. lib. 13. c. 45. n. 3. & Nauar. cap. 27. n. 19. Verùm contrariam docet Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 8. n. 17. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 19. diff. 3. n. 17. Præpos. in 4. p. 9. 4. de interd. dub. 3. n. 23. vbi sic ait: Addendum est etiam benedictionem nuptialem esse materiam satis grauem, quod in ministro Ecclesie satis apparet, sed etiam in ipsis contrahentibus erit grauis violatio, eo quod illa actio satis videatur grauis, & apta ad peccatum mortale.

Sup hoc in Ref. præterita, §. vlt. post mediũ, verũ benedictiones tamen.

2. Non desinat hic apponere verba Fabri de cens. in 4. dist. 25. quest. 1. dist. 5. cap. 2. num. 30. vbi sic ait: Dubium est, an benedictiones nuptiales sint prohibita tempore interdicti: nam communis opinio tenet eas esse illicitas, quia inter diuina officia computantur, imò habent adiunctam Missam, & preces solemnes, quas tempore interdicti esse prohibitas certum est. Nihilominus Couarr. in dict. cap. Alma, part. 2. §. 2. num. 7. tenet has benedictiones licere tempore interdicti, si fiant eo modo, quo concessum est celebrare diuina tempore interdicti, scilicet clausis ianuis, quia etiam ista benedictiones sunt quedam officia sacra annexa euidam Missæ, & proinde cum eisdem circumstantiis licet. Sed obstat huic opinioni, quod in huiusmodi celebratione diuinorum permilla tempore interdicti debent excludi laici nedum interdicti, sed etiam non interdicti. Ergo sponsus, & sponsa non possunt illi Missæ interesse, & consequenter benedicti non possunt, idè sententia communis non videtur derelinquenda.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 4. prope finem Ref. 21.

3. Nota tamen quod ex Suarez docet Tur. lib. 6. disp. 49. dub. 4. benedictiones nuptiales posse fieri in diebus, in quibus permittantur diuina officia, vt Paschatis, &c. quod est valde notandum, & notat etiam Mercerus in 3. p. quest. 24. de interd. dub. 3. & Moseolo in sum. tract. 16. cap. 8.

RESOL. CX.

An validum sit matrimonium, cui proprius Parochus vnus contrahentis assistit in Parochia alterius, sibi non subditi? Et an dictus Parochus, qui in aliena Parochia coniugio suum Parochianum peccet mortaliter, & puniendus sit? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 231. aliàs 232.

§. 1. Exempli gratia, si Parochus Petri contrahentis assistat in Parochia Mariae, cuius non est Parochus. Aliqui existimant, quemuis Parochum ex duobus contrahentibus, & ita Parochum viri in parochia feminae, & è contra, posse illos matrimonio iungere, & ita docet Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 19. n. 11. qui multas rationes adducit ad firmandam hanc sententiam.

Sup. hoc supra in Ref. 89. §. Et tandem obserua, sed lege eam à principio.

2. His tamen non obstantibus, aduersus illum contrariam tenet Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 16. num. 4. & alij penes ipsum, qui etiam adducit

aliquas Cardinaliū declarationes. Prima ad Episcopum Brugnatensem sic ait: Si quando vir ad domum vxoris accedit pro contrahendo, & consummando matrimonio, is proprius Parochus sit, qui vxoris est, & illis benedictionem sacerdotalem dare poterit de iure. Secunda ad Episcopum Leonensem, ita ait. Ut proprius Parochus sit, qui vxoris Parochus est, si in domo vxoris contrahitur, vel eius parochia, vt *supra*, in vna Brugnatensi benedicere sponfos debet, non obstante quacumque consuetudine contraria, & immemoriali. Et quamuis ad has declarationes possit quis respondere, in illis tantum dici sufficere Parochum vxoris quando contrahitur in parochia vxoris, & non addi illum præcisè requiri, quasi eo ipso dicant vnum sufficere, non verò negari, quin alter possit esse presens, hoc tamen responsum refelletur ex earum declarationum verbis rectè consideratis; nam questionem propositam quis censendus esset in parochia fœminæ, verbi gratia, proprius Parochus, respondet Episcopo Brugnatensi, proprium Parochum esse vxoris, quando in parochia vxoris: cumque Concilium dicat contrahendum coram proprio Parocho, & Congregatio declaret illū esse proprium Parochum, manifestè sequitur coram alio non posse contrahi matrimonium; expendo etiam in secunda declaratione dictum esse, Parochum vxoris esse, qui in eius parochia benedicere sponfos debet. Nota verbum debet, non ergo alius potest, nec Parochus viri in parochia fœminæ; alias non vterentur Cardinales verbo debet, & hæc omnia asserit Pontius *vbi supra*, qui respondet ad argumenta Sanchez.

3. Verum sententia affirmatiua Sanchez, quam Pontius impugnat, sequitur nouissimè Layman in *Theol. moral. lib. 5. tr. 10. part. 2. c. 5. n. 3.* & Villalob. in *summ. tom. 1. tract. 13. diff. 18. n. 2.* sic asserens. [Vade el matrimonio hecho delante de qualquiera de los Parochos de los contrayentes, aunque se haga fuera de su parochia, la razon es porque el Parocho à qui no exercita officio de iurisdiccion, que solo es testigo, y aunque la exercitara, no pertineceria esto à iurisdiccion contentiosa, sino à voluntaria, que es de consentimiento de la partes, laqual se puede exercitar fuera del territorio, y como el Concilio Tridentino no pone por sustancia, ni circunstancia deste contrato, que se haga en la propria parochia, no ay para que entenderlo à esso.] Ita ille; vnde remanet hæc sententia satis probabilis.

Sup. hoc in Ref. nor. præteritæ à principio.

Sup. hoc ibidem lege §. Sed difficultas.

4. Sed an dictus Parochus, qui in alia parochia coniungit suum parochianum, peccet mortaliter, & puniendus sit, negat Sanchez & Villalobos; affirmat verò Pontius, & Henriquez, at vtraque opinio est probabilis.

### RESOL. CXI.

An Episcopi possint prohibere, ne matrimonia domi contrahantur?

Et an vt dicatur matrimonium in facie Ecclesie celebrari, sit opus, vt in Ecclesia ipsa materiali, vel eius limine celebretur, vel satis sit coram fidelium multitudine?

Et an hodie dicatur satis contractum in facie Ecclesie si coram Parocho & duplici teste, denunciationibus præmissis, matrimonium in eatur? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 278. alias 279.

§. 1. **N**egatiuè respondet Barbosa de potest. Episc. *part. 1. alleg. 32. num. 18.* & ita declarauit sacra Cardinalium Congregatio his verbis. Ordina-

rius non potest prohibere, quin matrimonia domi celebrentur seruata Concilij forma. Sed cum matrimonia non debent, vt in Ecclesia celebrentur, id hortari debent, non præcipere. Et hanc declarationem adducit Rebellius *part. 1. lib. 2. quest. 7. sect. 2. num. 11.* Et ratio est, quia vt obferuat Sanchez *tom. 1. lib. 3. diff. 15. num. 20.* Reginaldus *tom. 2. lib. 3. cap. 33. num. 241.* & alij, vbi nullum reperitur impedimentum, debet Parochus volentes contrahere matrimonio in facie Ecclesie coniungere, vt constat ex Concilio Tridentino *sess. 24. de matrim. cap. 1.* vbi si nullum legitimum apponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij, in facie Ecclesie procedatur. Vt autem dicatur matrimonium in facie Ecclesie celebrari, non est opus vt in ipsa Ecclesia materiali, vel in eius limine celebretur, sed satis est coram fidelium multitudine, vt testatur Abbas in *cap. finali. de censur. de spons. num. 9.* vbi Propositus *num. 9.* Alexander de Neuo in *prim. n. 25.* Syluester *verb. matrim. 1. q. 17. dicto secundo.* & alij. Hodie autem dicitur satis contractum in facie Ecclesie, si coram Parocho, & duplici teste, denunciationibus præmissis, matrimonium in eatur. Ita Sanchez.

2. His tamen non obstantibus inuenio, vt obseruat Pontius *tract. de impedim. matrim. cap. 3. quest. 25. cap. 26. §. 2. verb. 3.* Patres Concilij Provincialis Colonienis 2. *cap. 33.* aliter decretis, & in nostra Synodo Panormicana 1615. *part. 1. num. 22.* sic decretum est. Nullo autem alio in loco, nisi in Ecclesia, nisi propria Sacramentorum domus est, sponfos iungat Parochus, nisi iustam ob causam Archiepiscopo probatam. Quocirca caueant medici, ne facili negotio fidem faciant ipsos, aut propter ægritudinem, aut corporis imbecillitatem Ecclesiam adire non possent. Vide Rebellium loco citato.

### RESOL. CXII.

An sponsus profecti recreationis causâ possit vbi matrimonium contrahere? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 330. alias 231.

§. 1. **R**espondent communiter negatiuè, quia tale matrimonium non esset contractum, nec licet Parochi licentia, ergo erit nullum; & ita sententia Doctorum, quos citat Cencio de *pres. Episc. part. 3. allegat. 32. n. 66.* Riccius in *præc. 10. 1. resol. 214. n. 2.* & Menoch. *vol. 4. conf. 378.* qui pro hac sententia adducit quatuor Sacræ Rotæ decisiones.

2. Sed his non obstantibus, aliqui sentiunt, quod cum qui habet alicubi etiam parui temporis habitationem, posse contrahere, & coram Parocho habitationis & coram sui domicilij Parocho, si velit, & ita nouissimè hanc sententiam docet Basilus Pontius de *matrim. lib. 5. c. 13. §. 1. n. 4.* & ante illum Emanuel Sà expurgatus à Magistro Sacri Palatii, vbi *verb. Parochus, num. 2.* sic asserit: De parochia efficitur quis acquisitione domicilij. Quantum ad presentiam autem, & Eucharistiam, sufficit habitatio per sex menses secundum quosdam. At melius alij sufficere quantum ad Sacramenta illic habitare, & non posse commode ad proprium ire. Ad matrimonium verò sufficit, vel modica habitatio, & *verb. matrimonium, num. 2.* ita ait. Qui alicubi habitant non animo permanendi, quibusdam non videtur posse sub illo Parocho contrahere. At vbi videtur Congregatio Concilij aliud sentire, scilicet sufficere illic habitare dum contrahunt. Sic Emanuel Sà.

3. Declara

3. Declarationes verò Cardinalium hæ sunt, quas affert Pontius *num. 5.* Proprius Parochus est, in cuius Parochia contrahentes habitant tempore quo matrimonium contrahitur: & alia sic affert. Quando matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, & à paruo tempore in aliquo loco habitantes, qui tamen sint cogniti, & non sint comprehensi inter vagabundos, proprius eorum Parochus esse intelligitur, in cuius parochia habitant, & tempore quo matrimonium contrahunt. Vide lector, quam sit difficilis hæc quæstio, cum pro parte negativa adfint Rotæ decisiones, & pro affirmatiua Cardinalium responsiones. Sed cum de istis non constet authenticè, à prima opinione non discederem.

RESOL. CXIII.

An contrahentes matrimonium in peccato mortali peccent dupliciter, quia non solum suscipiunt, sed etiam ministrant hoc Sacramentum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 198. alias 199.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Ref. 11 in fine, & in to. 4. tr. 8. lege doctrinam Ref. 52. signanter à n. 2. & vers. Probatur.

§. 1. Peccare dupliciter docent Pontius *de matr. lib. 1. cap. 8. num. 11.* Valquez in 3. part. 10. 3. disp. 1. 36. cap. 3. num. 38. Ledesma *de matrim. quest. 4. 3. art. 3. ad ultim. argum.* Nauatrus in cap. 1. §. Sacerdos, num. 10. dist. 6. de penit. & alij. Et ratio est, quia ipsi non solum suscipiunt, sed etiam ministrant Sacramentum. Ego peccant dupliciter, & tanquam susceptores, & tanquam ministrantes.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse puto, quam tenet Fernandez de Heredia *disp. de Sacram. in genere, part. 10. dub. 1. 3. num. 4.* Filiucius *tom. 1. tract. 1. cap. 6. num. 87.* Ledesma in *sum. cap. 6. tom. 1. de Sacram. in genere, dub. 9.* Fernandez in *exam. Theolog. moral. part. 3. cap. 18. §. 1. num. 5.* qui citat Sotum, Guttierrez *de matrim. cap. 4. 1. num. 3.* Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 6. num. 4.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 2. de Sacram. in genere, quest. 4. dub. 3. concl. 1.* Coninch *de Sacram. quest. 64. art. 6. dub. 1. num. 38.* Layman in *Theol. moral. lib. 3. tract. 1. cap. 5. num. 9.* Villalobos in *summa, tom. 1. tract. 4. diff. 4. num. 5.* vbi sic affert: [El que recibe el Sacramento del matrimonio en pecado mortal, no pecas mas que vi peccado, como si recibiera otro Sacramento, por que aunque ambos los contrahentes sean ministros, con todo no estan deputados especialmente para esso.] Vnde patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ.

RESOL. CXIV.

An censetur matrimonium consummatum, si solus vir intra vas femina naturale seminet, femina vero non seminante?

Ex quo inferitur, quod si viro seminante femina non seminaverit, idque partibus constat, possim Religionem ingredi, & profiteri, & pars relicta in saculo aliud matrimonium inire. Ex part. 5. tract. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 54.

Sup. hoc infra in fine Ref. 216. & in Ref. 238. §. Et ideo. & in to. 5. tr. 5. cum in fine Ref. 151. Et vt melius dissoluatur

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Doctores quos citat Sanchez *vbi supra num. 10.* quibus ego addo Guttierrez *de matrim. cap. 5. 4. num. 12.* vbi ex multis probat, quod si solus vir intra vas naturale femine seminet, consummatur matrimonium, quia semen femineum non est ad generandum necessarium.

2. Sed quamuis hæc opinio sit communior &

probabilior, tamen contrariam probabilem etiam esse existimo cum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 21. num. 11.* vbi ex pluribus Doctoribus probat per vtriusque feminis commixtionem fieri coniuges vnam carnem, & per consequens consummari matrimonium. Et ideo hanc sententiam mordicus tenet nouissimè doctus Alphonsus Caranza in eruditissimis commentariis *de partu humano, cap. 20. q. 1. n. 6.* vbi firmat, femina semen non emittente, matrimonium non consummari; & ad argumentum affirmatiuæ sententiæ respondeo illud principium philosophicum, quod semen femineum non sit necessarium ad generationem, non esse ita certum, vt probabiliter quis contrarium tenere non possit; & ita tenent præter Doctores, quos citat Sanchez *vbi supra*, Levinus Lemnius *lib. 4. de oculis natura miraculis, cap. 23.* Ambrosius Pareus *de anatom. lib. 23. cap. 1.* Andreas Laurentius *de hist. anatom. lib. 8. cap. 2. quest. 5. & cap. 4. quest. 11.* Iacobus Guillemaus *de generatione, fol. 205.* Ioannes Baptista Saluaticus *in controuers. medic. cap. 79.* Sancta Cruz *de Hippocrate philos. super text. 73. de dieta.* Plutarchus *lib. 5. de placitis Philosophorum, cap. 5.* Lactantius Firmianus *de opificio Dei, cap. 12.* Nemesius *lib. de natura hominis, cap. 25.* Et hanc sententiam aperte docuit etiam Iustinianus (quod adhuc Iurifconsulti non obseruauerunt) in Authentica *de triente, & semisse*, quæ est Nouella 18. vbi sic ait, *Neque enim masculus ipse in se, nec femina solum ad natiuitatis propagationem sufficiens est; sed vtrumque eorum coaptauit Deus ad generationis opus.* Idem Iustinianus in §. *sed hæc institutio, de exhereditat. liberorum.* Ita vtraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, quod ipsum antea supposuerat in leg. 12. tabularum *cap. 14. de legitimis hereditibus*, & ab his intelligendus est Baldus, qui filium quoddam compositum appellat in leg. *fin. in fine. Cod. de seruis fugitiuis.* Sequitur Boerius post alios *decis. 224. 1. num. 7.* & post Georgium Robalg. notat Andreas Dalnerus *de iure hominis, part. 6. num. 5.* nouissimè Thomas Actius post Syluam nuptialem in *tract. de infirmitate legali, cap. 20. num. 7.* Et tandem norandum est hanc sententiam confirmare sacrum textum in illis verbis Iob c. 10. *Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti.* quibus in conceptu feminum maris & femina concursus, & commixtio diuersorum, ac in casco, (ad generationem humanam necessarius) velut exprimitur.

3. Cæteras verò rationes pro hac opinione videbis apud Caranzam *loco citato*, à quo supradicta sum mutuatus, quæ omnia satis confirmant id de quo olim Romæ à quodam Eminentissimo interrogatus fui, & quod probabiliter ego docui in 4. part. tr. 2. *resol. 43.* cum Ioanne Præposito Theologo Societatis Iesv, quod si viro seminante femina non seminauerit, idque partibus constat, possent Religionem ingredi & profiteri, & pars relicta in saculo aliud matrimonium inire. Vide etiam ibi ex probabilitate huius sententiæ alios casus decisos.

RESOL. CXV.

An, deficientibus hominibus secularibus, teneretur Religiosi contrahere matrimonium? Et notatur posse etiam nunc occurrere casum, in quo Religiosus teneretur matrimonium contrahere; vt quando sequerentur seditiones, & bella, nisi Principis filius Religiosus uxorem duceret; tunc enim sub peccato mortali matrimonium inire teneretur. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 288. alias 289.

hæc quæstio lege infra doctrinam Ref. 243. & si vides alias Ref. & 55. eius annotationum doctrina pleuetis.

Quæ nunc inuenitur in tom. 5. tr. 14 Ref. 153. Et cum eodem Præposito hic citato infra in Ref. 243. §. Secundo. & in Ref. 238. §. Et ideo, ante mediū, vers. Ex quibus.

Sup. hoc in  
tom. 3. tr. 1.  
lege doctri-  
nam Ref. 78.  
& aliarum  
eius primæ  
annot.

§ 1. **C**ontraria magis quam utilis erit hæc quæ-  
stio. Negatiuam sententiam docet Basilium  
Pontius de matrim. lib. 1. cap. 4. n. 11. Vasquez in 3.  
part. tom. 4. disp. 1. de matr. cap. 3. Rebell. part. 2. lib. 2.  
q. 2. num. 7. Syluius in 3. part. q. 41. art. 2. concl. 2. ad  
argum. 5. & alij penes ipsos, putantes mundi iam fi-  
nem in stare in tali casu, & idèd necessarium non esse  
matrimonium contrahi à Religiosis, vt per illos ge-  
nus humanum restauretur.

2. Mihi verò magis placet sententia affirmatiua  
quam docent DD. quos citat, & sequitur Sanchez  
tom. 1. lib. 2. disp. 3. n. 4. quibus ego addo Reginaldum  
in praxi tom. 2. lib. 31. cap. 2. n. 8. Villalobos in summo  
tom. 1. tract. 1. 3. diff. 3. num. 1. Et ratio est vrgenti ne-  
cessitate obligans, sed in nostro casu maxime vrger,  
nec seclula Dei reuelatione finem mundi adesse con-  
stare poterit. Ergo, &c.

Sup. hoc in  
tom. 3. tr. 1.  
Vide doctri-  
nam Ref. 79.  
signanter in  
§. Ad secun-  
dum.

3. Notandum verò cum Sanchez, & Reginaldo  
locis citatis, posse etiam nunc occurrere casum, in  
quo aliquis Religiosus teneretur matrimonium con-  
trahere, vt quando sequeretur seditiones, & bel-  
la, nisi Principis filius vxorem duceret: tunc enim  
sub onere peccati mortalis matrimonium iniuri tenetur,  
non ratione præcepti matrimonij. Sed ad ca-  
sus practicabiles veniamus, idèd quæro.

### RESOL. CXVI.

An surdus, & mutus à natura possit contrahere ma-  
trimonium? Ex p. 5. tr. 6. Ref. 9.

§. 1. **P**ro parte negatiua posset quis dicere non  
posse, quia ius ciuile, vt dicemus infra pro-  
hibuit his contractus inire, quia facile deciperentur.  
Ergo à fortiori idem dicendum erit de contractu  
matrimonij. Et ita tenet Ancharanus in cap. cum  
apud, de sponsalib. n. 5. & ibi Abbas n. 6. Bullus in Oe-  
conomia can. class. 2. c. 4. §. 7. lit. S. Flaminus de resignat.  
benefic. lib. 5. q. 3. n. 26. Barbatia lib. 2. conf. 59. num. 10.  
Cardinalis Parisius lib. 4. conf. 63. n. 4. & alij.

2. Sed contrariam sententiam veram esse puto,  
quam tuetur ex multis Doctoribus Sanchez de ma-  
trim. tom. 1. lib. 1. disp. 8. num. 12. vbi sic ait: Ve-  
rius existimo, posse mutum simul ac surdum, si in-  
tellectum perspicacem habeat, ita vt signis edoce-  
ri possit, quid sit matrimonium, & signis indica-  
re consensum, valide contrahere sponsalia, & ma-  
trimonium: probatur ex dict. cap. cum apud, vbi in  
responsione sic dicitur: Videtur si talis, nempe mu-  
tus, & surdus, de quo erat quæstio, velit contra-  
here, non debet sibi denegari, vbi cum loquatur  
in singulari, videtur intelligere de eodem vtroque  
morbo laborante. Præterea, quia aliqui muti ita  
sunt perspicacis, & acuti ingenij, vt multa expli-  
catu difficillima facile signis manifestent, aliaque  
ipsis significata intelligant, vt experientia ipsa testa-  
tur: tandem, quia hi secundum omnes possunt con-  
fiteri, & absolui; ergo & contrahere matrimonium.  
Ita Sanchez, cui addit Gutierrez de matrim. c. 8. n. 3.  
Franciscus Mol. de ritu nuptiarum lib. 1. compar. 31.  
Barbosam in leg. cum prætor, §. fin. n. 29. ff. de iudiciis.  
Ripol. var. resol. c. 18. n. 207. Naldum in summa, ver.  
mutus, n. 1. & Hurtadum de matr. disp. 3. diff. 3. n. 8.  
vbi ita asserit: Qui à natiuitate simul est surdus, &  
mutus, si sit videns, & perspicacis ingenij, poterit  
valide contrahere matrimonium, quia signis visu  
perceptis, poterit percipere contractum matrimonij,  
quem videt aliquando celebrari, aliquid fieri ordi-  
natum ad commixtionem carnalem, ac proinde in  
id consentire, & de eo signis pacisci. Hæc ille,

& ego. Et in tali casu iudex colliget consensum le-  
gitimum ex gestis, & signis, de quibus late Barro-  
lus, & Doctores omnes in l. inuim, ff. de acquirend.  
hereditat.

### RESOL. CXVII.

An mutus, & surdus, & simul cæcus à natura possit  
inire matrimonium?  
Et quid si cæcitas non esset à natura, sed supernaturalis?  
Exp. 5. tr. 6. Ref. 10.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Hostiensis,  
Ioannes Andreas, Cardinalis Panormitanus,  
Alexander de Neuo, Henricus, & alij quos citat  
Ceuallus tom. 3. commun. opin. quæst. 75. num. 55.  
Gutierrez de matrim. cap. 8. num. 4. & ex Summis  
hanc sententiam docent vtri doctissimi, Angolanus  
verb. matrimonium 3. imp. 18. in principis, & Ta-  
bierna eodem verb. 2. quæst. 6. num. 7. in fine, vbi sic asserit:  
Sed quid de illo, qui est cæcus, mutus, & sur-  
dus? Respondetur secundum Panormitanum in cap.  
cum apud, de sponsal. post Hostien. quod attenden-  
dum est, vtrum possit exprimere consensum suum,  
& sic admittatur, si autem non potest, quod iudex  
arbitrabitur, vtrum possit exprimere, & tunc reple-  
latur. Ita Tabiena.

2. Verùm sententiam contrariam docet San-  
chez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 8. num. 13. quia  
mutus signis saltem edoceri potest, quid sit matri-  
monium; fecus autem signa hæc percipere nequit,  
nec etiam verba, cum simul surdus sit: ergo et de-  
fectu auditus, & visus nequit adhuc confusse perci-  
pere contractum matrimonij, & eius primatum ef-  
fectum.

3. Et post hæc scripta inuenio hanc sententiam  
docere etiam Basilium Pontium de matrim. lib. 2.  
cap. 12. num. 16. Ea, inquit, quæ hæc sunt signa  
de signis consensum matrimonij, veta etiam sunt  
in mutis, & surdis, cum edoceri possit, quid sit  
matrimonium, sicut & edoceri difficultiora alia.  
At si etiam simul cæcus esset à natura, non video  
quomodo discere possit, quid sit matrimonium,  
aut signis exprimere consensum; fecus si cæcitas  
non esset à natura, sed supernaturalis. Hæc Pontius.  
Vnde cum hanc opinionem doceant Theologi, pu-  
to non esse audiendos Iuriconsultos; licet ex ipis  
nouissimè nostram sententiam sequatur Antonius  
Rippol. variar. resol. cap. 8. n. 108. vbi sic ait. Si  
cæcus esset simul, qui mutus, & surdus à natura est,  
cum destit modis, quo possit ipse percipere id quod  
fecit, certè talis non posset contrahere, cum non  
adit motus, per quem percipere ipse possit quid  
agat. Ita ille.

### RESOL. CXVIII.

An inter fideles possit esse matrimonium quod non sit  
Sacramentum?

Sed nota, obsecro amice Lector, quod quando qui con-  
traheret sine formali, aut virtuali intentione huius-  
modi, quod facit Ecclesia, licet illud matrimonium  
non sit Sacramentum, quia in Ministro non fuit in-  
tentio necessaria, atamen validum manet in re-  
tione contractus: ita vt contrahentes non possint  
deinde nubere, neque in posterum posse tale matri-  
monium effici Sacramentum. Ex parte 3. tractat. 4.  
Ref. 254. alias 255.



RESOL. CXIX.

An matrimonium Catholici cum Hæretico sit licitum, cum periculo peruerſionis, quando tamen ex magna aliqua causa contrahitur?

Ex quo inferitur non esse peccatum exponere se periculo spiritualis salutis ex causa aliqua urgenti?

Etiamsque curſim deducitur posse hominem aliquod medicamentum ſumere ad aſſequendam ſalutē quamuis probabiliter putet ex eo futuram ſeminis eſſuſionem? Et aduertitur, quod abſolui poteſt, qui ex rationabili, & iuſta causa non vult dimittere peccandi occaſionem, modo proponat firmiter non peccare, etiam ſi aliquoties ſit relapſus? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 268. alias 269.

§. 1. MATRIMONIUM Catholici cum infideli, hæretico vel pagano non eſſe ita intrinſecè malum, vt nulla circumſtantia reddi poſſit licitum, ſed aliquibus additiis, vel mutatis circumſtantiis licitè aliquando poſſe, & ſine peccato contrahi, docuerunt Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. diſput. 72. num. 5. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 11. quaſt. 5. Filiucius tom. 1. tract. 10. cap. 6. part. 2. quaſt. 2. Coninch de Sacram. diſp. 31. dub. 3. concl. 3. Bellarminus de matrim. lib. 2. cap. 23. propoſ. 4. Reginaldus in praxi, tom. 2. lib. 23. num. 169. Serarius in opusculo de matrim. Cathol. cum hæret. num. 18. & alij.

2. Difficultas eſt, an eſſe probabili periculo peruerſionis dictum matrimonium ſit licitum ex magna aliqua & eximia causa, puta vel augmenti, & propagationis Eccleſiæ, vel tranquillitatis eius ſtatus, vel libertatis Catholicorum, qui ſub aliquo hæretico Principe, & Conſiliariis hæreticis oppreſſi teneantur. Hoc dubium apud neminem inueni, niſi apud doctiſſimum Baſilium Pontium de matrim. in appendice, cap. 6. vbi affirmatiuam ſententiam ex pluribus tenet. Et ratio eſt, quia exponere ſe periculo ſalutis ſpiritualis amittendæ, quamuis peccatum ſit, non tamen ex his peccatis eſt, quæ quauis circumſtantia poſita, vel detracta ſuam deformitatem retinet, ſed eius malitia pendet ab his, vel illis circumſtantiis. Vnde ea expoſitio periculi non erit peccatum, quando ex magna fiat, & urgenti causa: tunc enim non eſt amare periculum, ſed amare illud ingens bonum, ad quod ſine eo periculo perueniri non poteſt, & ideo periculum adeat inuitus, non amans. Sed totum hoc accidit in caſu propoſito Ergo, &c. Non eſſe autem peccatum exponere ſe periculo ſpiritualis ſalutis ex causa aliqua urgenti, docet D. Thomas in 2. 2. quaſt. 10. art. 9. in corpore, Art. milla verb. periculum. Graſſus de arbit. confeſſ. 2. cap. 49. num. 5. Sanchez in ſumm. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 3. Lopez in inſtr. punct. ... part. 1. cap. 20. concl. 1. & 4. Nauarrus in man. cap. 3. num. 14. & in cap. negotia. de penit. diſt. 5. num. 8. Henriquez lib. 4. cap. 15. num. 5. Sed audiamus de hac re differentem Caietanum in ſumma, verb. periculum, ſic enim ait. Secundò, eundo ad locum, ſiue ſocietatem vbi eſt periculum peccandi mortaliter propter aſpectum, perſuaſionis commo-ditates, aut aliquid huiusmodi, & hoc quidem ſi ſine urgenti neceſſitate ſit, ad incautelâ peccatum ſpectat, non eſt autem ex ſuo genere peccatum mortale; quia in ſua libertatis arbitrio reſtat peccare mortaliter, etiam præſentibus talibus occaſionibus peccandi. Ita ille, hinc Emanuel Sa verb. abſolutio, n. 12. ſic aſſerit. Item abſolui poteſt, qui ex rationabili, & iuſta causa non vult omittre peccandi occaſionem, modo proponat firmiter non peccare, etiam ſi aliquoties ſit relapſus.

Quamuis non plenè ſup. hoc, tamen in tom. 2. tr. 1. lege latam doctrinam Ref. 86. ſignanter à §. Sed quid dicendum.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 6. ex Ref. 11. lege doctrinâ à §. Non deſinam, & ſeq. & Ref. carum anno-tationum. Et pro conten-to in verſi. Non eſſe autem, huius textus, ibid. ſignanter in §. vit. & in aliis eius primæ noi; ſed lege cas per foras, & alias carum annotatiõ-num.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. Ref. 23. & latiffimè in multis alijs eius primæ noi;

Que hic eſt ſupra Ref. 96.

Supra in Ref. que hic eſt ſupra 60.

Supra in Ref. que hic eſt infra 126. & in alio verſ. eius anno-t.

Et pro contento in hoc §. Igitur in tom. 8. tr. 6. ex Ref. 11. §. ult. &c.

3. Igitur ex his omnibus apparet off. esse se pecculo peccandi, tunc esse peccatum, quod sit sine causa virginitatis, vel necessitate ad id obligante, non verò si talis ad sit causa, & causa etiam sufficit, esse non solum pro bono spirituali, sed etiam pro aliquo bono temporali. Nec requiritur ut semper sit causa inuoluntaria, aut ex necessitate proueniens, sed satis est, etiam si sit causa voluntarie quaesita. Hæc omnia Basilius Pontius ubi supra.

Et pro contento in hoc §. ult. infra in Ref. 207. §. ult. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 15. & in alio §. eius not.

4. Ex quibus cum Valquez opusc. de restitut. cap. 3. §. 2. dub. 6. num. 23. & 24. & alii infert, posse hominem aliquod medicamentum sumere ad assequendam salutem, quamuis probabiliter putet ex eo futuram feminis effusionem.

### RESOL. CXX.

In quodam Tribunali S. Inquisitionis N. fuit tanquam Hæreticus formalis publicè damnatus, queritur, an quia Ecclesie se reconciliauit, eius vxor teneatur illum recipere, & secum cohabitare?

Et an supradicta opinio sit amittenda, si in occulto coniux hæreticus reconciliatur per Inquisitores?

Et notatur, quod in supradicta casu non desideratur specialis diuortij sententia, sed sufficit sententia Inquisitorum, qua declaratum fuit illum extitisse Hæreticum?

Et queritur, an post sententiam, qua vxor hæretica declarata fuit, possit vir eius ordinibus sacris manens in saeculo initiari? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 25.

Sup. hoc supra ex doctrina Ref. 14. §. ult.

§. 1. **C**asus potest frequenter accidere, & ad illum affirmatiuè responderet ex Societate Iesv. Rebellius lib. 2. quest. 18. sect. 2. n. 5. & 9. Ex Dominicanorum familia Sotus in 4. disp. 39. qu. unica art. 4. ad 3. quibus adde Palatium disp. 35. disp. unica fol. 783. Iulium Clarum lib. 5. §. hæresis n. 15. Surdum de Aliment. tit. 7. gn. 2. n. 7. & Simancham in Cathol. instit. tit. 40. n. 16. ubi testatur de communi, & asserit, quod nisi vxor velit sanctimonialis esse, cogi potest, ut ad virum pœnitentem redeat. Probatur hæc opinio, quia Matth. 19. licitum est diuortium propter carnalem fornicationem, ergo non propter fornicationem spirituales, quando vir est emendatus, quia cessat periculum subuersionis. Et hæc opinio videtur fauere matrimonio, cum imponat obligationem ad cohabitandum: & fauet fidei: nam propter illam facilius hæretici se Ecclesie reconciliabunt. Ergo, &c.

2. His tamen minimè suffragantibus ego negatiuè sententiæ ad hæreo, quam tueri Hurtadus de Mendoza de fide vol. 1. disp. 76. sect. 6. §. 206. & 207. Stephanus Bauny in Theolog. Moral. tract. 12. de obligationib. coniug. qu. 2. Fragolus in Regim. Reip. Christi. tom. 1. lib. 5. disp. 12. num. 328. Sanchez de matrimonio tom. 3. lib. 10. disp. 15. num. 9. & 19. Henriquez lib. 1. cap. 17. n. 6. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. n. 16. Sanctarellus tract. de hæresi cap. 33. d. 1. n. 3. Fagundez in Decalogum tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 10. & 11. Filliucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 10. num. 396. & sequitur Coninch de Sacram. disp. 15. dub. 4. n. 24. quibus etiam adde Pontium de Matrim. lib. 9. cap. 22. num. 3.

3. Probatur hæc sententia: quia cohabitare cum viro tanquam hæretico damnato est infamè & infamè: ponere verò obligationem coniugi innocenti in Religionem ingredi est nimis durum, & in fauorem hæretici, ut ipse in saeculo liber maneat: ergo sequitur minimè teneri coniugem recipere alterum coniugem, etiam si sit emendatus, postquam de hæresi fuit damnatus. Alias rationes ex sacris Canonibus peritas recognosce apud citatos Authores.

4. Dicendum est igitur quod hæreticum formaliter condemnatum quantumuis emendatum coniux potest non teneatur recipere: quia in pœnam hæreticorum omnino suo iure, quod habebat, ut alter sibi cohabitaret, ac debitum redderet, iam priuatus est, remanente solo matrimonio vinculo. Et nota quod in hoc casu non desideratur specialis diuortij sententia, sed sufficit sententia Inquisitorum, qua declaratum fuit illum extitisse hæreticum: qua sententia data sine vltioris separationis sententia integrum est coniugi omnino diuertere, & in seculo si velit remanere, non enim cogitur transire ad Religionem. Et ratio est clara, quia cum hoc diuortium sit pœna hæreticis, eo ipso quod coniux ex sententia Inquisitorum declaratus fuit hæreticus, damnatus hæc pœna, sicut & amissione bonorum, & aliarum pœnarum, Ergo, &c.

5. Nec obstat locus Matth. 19. superius adductus, ubi dicitur coniugem ob solam fornicationem posse dimitti, quia ibi agitur de dimissionem, quæ ex vi contractus coniux per se facere possit, non autem de ea, quam in pœnam iudex facere possit, cum enim hic hæreticum possit priuare omnibus bonis, acque etiam vita, quare non poterit priuare iure, quod debebat in coniugem,

6. Sed ex his oritur difficultas, an supradicta opinio sit admittenda, si in occulto coniux hæreticus reconciliatur per Inquisitores. Negat Barbosa in Rubrica 2. part. num. 21. & 22. ff. solut. matrim. Et videtur in hanc sententiam inclinare Sotus in 4. disp. 39. quest. unica. ad 3. Sed affirmatiuam sententiam docet Sanchez ubi supra tom. 3. lib. 10. disp. 15. num. 20. & post illum Fagundez in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 8. num. 11. ubi sic ait. Nec opus est, quod in actu publico condemnatur huiusmodi coniux de hæresi per iudicis sententiam: si enim reuera declaratur per illum illum fuisse hæreticum, & ut talis habito pœnitentiæ induatur, & reconcilietur: quantum in occulto, & intra priuatos parietes id fiat, id sufficit, quia semper verificatur prædictæ Ecclesie iudicium, & sententiam declaratum hæresim, quam declarationem statim sequuntur pœna hæretici in iure statuta, quarum vna est diuortium perpetuum. Ita Fagundez. Cui ego libenter ad hæreo.

7. Querendum est tamen hic incidenter, An post sententiam, qua vxor hæretica declarata fuit, possit vir eius ordinibus sacris manens in saeculo initiari. Negat Anglez, Lopez, & alij penes Fagundez loco citato, num. 12. Sed ipse merito affirmatiuam sententiam tenet cum Sanchez ubi supra, num. 21. quibus adde Sanctarellum tr. de hæresi cap. 33. dub. 11. num. 8. Et ratio est: quia eadem est omnino ratio de transitu ad sacros ordines, atque ad religionem: cum utrobique detur perpetuum votum solenne constitutum, & consequenter perpetua status mutatio. Vnde cum in iure expressè concedatur coniugi Catholico transitus ad religionem inuito altero coniuge de hæresi in iudicio conuicti, & iam conuerso, consequenter etiam expressè conceditur transitus ad sacros ordines: maximè quia hoc est fauor Catholici innocentis, & fauores sunt ampliandi: & licet sit pœna hæretici coniugis, iam reconciliati, parum refert, quia hæc pœna necessariò resultat ex pœna perpetui diuortij qua punitur, ut hætenus diximus. Neque est opus, ut coniux de hæresi damnatus, & reconciliatus similiter ad religionem transeat, vel in saeculo manens continentiam promittat, ut huiusmodi transitus ad sacros Ordines, vel religionem sit licitus coniugi Catholico: quia facultas concessa Catholico innocenti nullam debet vim inferre coniugi hæretico reconciliato.

8. Nec valet obicere, quod in cap. coniugatus, de conuers. coniugatus dicitur, non posse virum suscipere Ordines sacros, nisi vxor in saeculo remanens amittat votum castitatis: ergo cum in casu nostro vxor haeretica, & emendata nolit emittere tale votum, vir innocens & fidelis non poterit ad ordines promoueri. Respondeo, dictam caput esse intelligendum, quando coniux non est liber ab onere coniugali, tunc enim non potest ingredi Religionem, nec suscipere ordines, quamuis vxor det facultatem, nisi illa remanens in saeculo emittat votum castitatis, seculus vero est dicendum, quando vir est omnino liber ab omni onere coniugali: tunc enim non requiritur, vt vxor promittat castitatem.

9. Nec etiam obstat dicere, quod post matrimonium contractum nullus potest ad sacros ordines ascendere, nisi in illis casibus, in quibus per sacros Canones conceditur, vt habetur in Extrauag. Antiqua Iohannis 22. de voto: at nullus extat textus Canonicus, in quo id concedatur in casu nostro: ergo, & c. Respondeo satis esse, si extet textus, in quo conceditur, vt per haeresim coniugis possit alter Catholicus ingredi religionem: nam eo ipso censetur etiam esse data facultas suscipiendi Ordines sacros: & ius coniugij sicut impedit, ne coniux ingrediatur religionem, ita impedit ne suscipiat Ordines sacros: cum ergo haereticus, postquam fuit de haeresi condemnatus, amittat omne ius coniugale, sicut potest alter coniux innocens & fidelis ingredi Religionem, ita etiam poterit ad Ordines sacros ascendere.

RESOL. CXXI.

An si coniux infidelis velit permansere cum coniuge fidelis sine iniuria Creatoris, & scandalo, possit hoc non obstante, coniux fidelis nouum matrimonium intrare? Et notatur, quod cuius est in hoc casu Summum Pontificem consulere, & dispensationem petere? At si aliquis hoc nollet efficere tenetur alterum coniugem monere, & inuitare ad fidem, & aliqua alia quae coniungere possunt in supra dicto casu, aduertuntur? Et tandem docetur, quod idem, quod in dicto casu dictum est de matrimonio dicendum est de ingressu Religionis, & de susceptione Ordinis sacri? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 251. alias 252.

§. 1. Negatiue responderet Rebellius part. 2. lib. 3. quast. 10. num. 10. quia gratia non destruit naturam, ergo nec prior contractus per similem contractum in lege gratia sine culpa alterius coniugis soluetur. Idem docet Valentia tom. 4. disp. 10. quast. 1. p. 1. Toletus in summa lib. 7. cap. 7. Nauarrus in manuali, cap. 22. num. 49. & ex veteribus D. Bonauentura in 4. disp. 33. art. 2. quast. 1. D. Thomas ibidem quast. vnicia, art. 5. Ricardus art. 1. quast. 2. Paludanus quast. 1. art. 2. Durandus quast. 2. & alij, & adducunt textum in cap. gaudemus, de diuortijs.

2. Sed alij his non obstantibus putant absolute coniugem ex infidelitate ad Catholicam fidem conuersam posse transire ad alias nuptias, quamuis alter coniux in infidelitate persistens pacifice, & sine iniuria cohabitare veller. Et ita docet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 74. n. 9. & alij penes ipsum.

3. Ad argumentum vero desumptum ex cap. gaudemus, responderet Coninch de Sacram. disp. 26. dub. 5. num. 61. quod Pontifex ibi pro eodem sumit coniugem velle cohabitare manendo in sua infidelitate, & id velle cum contumelia creatoris, quia velle in infidelitate permanere, Dei contumelia est, praesertim quod talis, vel exemplo filios ad infideli-

tatem facile pertrahet, vel saltem erit infidelem, & hostem Dei fidelibus liberis dominari. Vnde hos duos casus, scilicet infidelem velle se conuertere, & nolle cohabitare fideli sine iniuria creatoris, aut ab ea discedere, ponit tanquam duo membra adaequate generis diuidentia.

4. Nota quod, verò Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 4. cum Veractuz in speculo part. 2. art. 29. putat ob auctoritatem Doctorum contrariae sententiae, longè tutius esse in hoc casu Summum Pontificem consulere, atque dispensationem petere.

5. At si aliquis hoc nollet efficere, tenetur alterum coniugem monere, & inuitare ad fidem. Vnde sequitur infideli perenti certum tempus ad deliberandum de conuersione, id debere ei concedi, quia hoc rationale est, nec ante potest constare eum esse pertinacem. Non tamen requiritur, vt per Ecclesiae sententiam declaretur esse pertinacem, sed sufficit alia via id constare, & idem quod de matrimonio dicendum est de ingressu Religionis, & de susceptione Ordinis sacri. Coninch ubi supra num. 62. & alij.

Sup. his lare infra in Ref. 125. à principio, vique ad §. Sed fit

RESOL. CXXII.

An coniux infidelis, qui fidelem coniugem sequi noluisset, possit nouum sibi coniugem eligere? Et an si postea conuertatur, possit ei concedi dispensatio, vt alteri nubat, si vir eius aliam duxerit vxorem? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 262. alias 263.

§. 1. Affirmatiue responderet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 77. num. 6. vbi sic ait. Licet infideli dissoluto semel fidelis matrimonio ad aliud transire. Ducor, quod nullo iure interdicitur infideli hic transitus, non enim humano Ecclesiastico, cum Ecclesia careat iurisdictione in infideles: ius verò saeculare nullibi reperitur. Nec ius diuinum naturale id infidelibus prohibet, quia est peccat violans ius diuinum naturale legis prioris matrimonij, quae astringebatur sequi priorem coniugem ad fidem conuersum, at priori illo matrimonio iam penitus dissoluto, nulla lex diuina naturalis prioris matrimonij, quod iam nihil est, superest, quae hic infidelis arceatur ab alio matrimonio, nec aliud ius diuinum id vetans reperitur. Haec omnia Sanchez.

Sup. contenta to in hac Ref. infra in Ref. 125.

2. Sed aduersus illum tener Basilius Pontius de matrim. lib. 7. cap. 48. num. 25. vbi probat suam sententiam ex cap. si infidelis 18 quast. 2. & ex D. Thoma in 4. sentent. disp. 37. quast. 2. art. 5. ad 3. vbi sic asserit. Postquam fidelis contraxit, solum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, sed quandoque claudicat quantum ad effectum. Vnde in praenam vxoris infidelis ei indicetur, quod non possit cum alio contrahere magis, quam ex virtute matrimonij praecedentis, sed si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatiue, vt alteri nubat, si vir eius aliam duxerit vxorem. Sic D. Thomas.

3. Nota verò quod hanc praenam non Ecclesia, sed Deus infligit propter iniuriam, quae infidelis ipsum Deum, veteram fidem, & veritatem Sacramenti afficit, cuius poena Ecclesia est promulgatrix. Ex quibus facile refelles, quae pro sua sententia adducit Sanchez. Ita Pontius.

4. At his non obstantibus mihi opinio Sanchez probabilis etiam videtur, & illam nouissime docet Filiucius tom. 1. tract. 10 part. 2. cap. 7. num. 248. Barbosa in collect. tom. 4. part. 2. decretis causa 28. quast. 2. cap. 2. num. 4. & Coninch de Sacram. disp. 26. dub. 5. concl. 2. num. 66. vbi sic ait. Quod autem aliqui dicunt,

eunt, infideli in pœnam prohiberi secundas nuptias, sine fundamento dicunt. Ita ille, non rectè quidem; nam Pontij, & D. Thomæ opinio non caret etiam sua probabilitate.

## RESOL. CXXIII.

*An dissoluto matrimonio à fidei in casu sibi permisso, liceat absque culpa coniungi infideli aliud matrimonium inire?*

*Et aduertitur, quod si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatio, vt alteri nubat, si vir eius alium duxerit uxorem?*

*Et curissime inferitur, quod qui uxorem enecat, etiam mortua illa, non potest aliam ducere, nisi accedat dispensatio?* Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 48.

Sup. hoc in  
Ref. præteri-  
ta per totã.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam tenet Castr. Paulus tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 3. v. 14. cum aliis, asserens licitè posse infidelem obstinatum, dissoluto iam matrimonio à fidei, aliud matrimonium inire: quia nullo textu, nec ratione firma, ostendi potest ademptam illi esse hanc potestatem. Si enim, mortuo fidei coniuge, omnes fatentur posse nouum matrimonium inire, etiam poterit illud inire dissoluto coniugio per aliud matrimonium à fidei inuito: æquè enim ac per mortem dissolutum est.

2. Sed aliis magis placet opinio negatiua propter auctoritatem S. Thomæ in 4. distinct. 39. quæst. 2. art. 5. ad 3. cui subscribit Sotus ibi art. 4. verba autem S. Doctoris sunt: Vnde in pœnam vxoris infidelis ei indicitur, quòd non possit cum alio contrahere, magis quàm ex virtute matrimonij præcedentis: sed, si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatio, vt alteri nubat, si vir eius aliam uxorem duxit. Vbi D. Thomas fatetur, tali infideli esse interdicitum secundum matrimonium in pœnam suæ perfidiæ: & reddunt rationem Sot. & Lop. 1. par. instr. cap. 93. verb. *Huiusmodi*, quia infidelis eo ipso, quòd non vult ad fidem conuerti eo tempore, quo alter conuersus est, peccat contra ius naturale, & diuinum, non sequendo in conuersione coniugem conuersum: nam peccat contra fidem, non recipiendo illam mediante Sacramento Baptismi; & contra matrimonium, non sequendo coniugem conuersum, vt habetur in Can. *Si infideles* 22. q. 2. quòd est D. Greg. Itaque infidelis renuens conuerti, peccat in Deum, & in matrimonium, vt dixit Ambr. c. *Si infidelis*, 28. q. 2. Meritò ergo non iure Ecclesiastico, sed diuino atetur à nouo coniugio contrahèdo.

3. Nec obstant argumenta Castr. Palai in contrarium adducta: nam ad primum, quòd nulla est lex humana, nec naturalis, nec diuina, quæ obligat ad non nubendum infidelem, postquam fidei secundo nupsit. Respondetur, ex dictis falsum esse assumptum. Ad secundum, quòd dissoluto priori matrimonio post mortem coniugis conuersi, potest non conuersus secundum matrimonium celebrare: ergo etiam dissoluto per secundum matrimonium conuersi. Respondetur negando antecedens: quia infidelis nunquam potest secundum matrimonium contrahere, etiam mortuo fidei coniuge in pœnam perfidiæ, & ob proteruitatem est ei interdicitum, vt non possit cum alia contrahere, vt docet D. Thomas: sicut, qui uxorem enecat, etiam mortua illa, non potest aliam ducere, nisi accedat dispensatio. Et ita hanc sententiam tenet etiam Basilius Pontius de matrim. lib. 9. cap. 4. num. 15. Itaque hanc sententiam puo probabiliorè; non nego tamen primam, quam cum Sanchez olim tenui, esse satis probabilem.

Tenuit in  
Ref. not. præ-  
terita.

## RESOL. CXXIV.

*An coniux infidelis volens post Baptismum contrahere matrimonium, teneatur requirere consensum coniugis infidelis in remotissimis partibus habitantis? Et an dicto casu dispensatio Pontificis sit necessaria, qua suppleatur ea admissio iure præscripta? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 263. alias 264.*

§. 1. **H**ic casus potest frequenter accidere, vnde notandum est, vt supra diximus, quòd vt coniux infidelis post Baptismum possit contrahere aliud matrimonium cum fidei, teneatur requirere consensum coniugis infidelis, & monere an velit conuerti, seu cohabitare sine scandalo, & iniuria certæ cuius ipso, & illa renuente hoc facere, potest potius liberè aliud inire matrimonium. Hoc supposito, queritur an talis monitio requiratur, quando coniux infidelis aded distat, vt commodè requiri nequeat? Et in hoc casu negatiuam sententiam docet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 74. num. 12. asserens quòd infidelis aded distat, vt commodè requiri nequeat, non est opus monitione, quia vt res modo se habent, est moraliter certum fore, vt velit conuerti, & relinquere suos, vt legitime cohabitare, æque requisitio est moraliter impossibilis. Sic ille.

2. Aduersus quem nonisimè inlungit Basilius Pontius de matrim. lib. 7. cap. 48. num. 1. vbi inquit: Si reperiri non possit, vel ob difficultatem viæ, & ceteris, cum in remotissimis versetur regionibus, vt euenit in his qui ex Æthiopia captiui, vel semiseruuntur, vel ignoratur vbi sit alter coniux, adhuc nubere non potest, quiddid dicat Sanchez, nisi dispensatio Pontificis accedat, qua suppleatur ea admissio iure præscripta. Ita Pontius.

3. Sed ego vtramque opinionem existimo probabilem esse, & ita cum Sanchez tenet Pollucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 7. num. 24. & Riccius de praxi, part. 1. resolut. 240. num. 2. Coninch. de Sacram. disp. 26. dub. 5. concl. 2. num. 62. & cum Pontio tenet Rebellius part. 2. lib. 3. quæst. 10. scilicet. 2. num. 12.

## RESOL. CXXV.

*An matrimonium conuersi cum infideli contractum ante Baptismum dissoluatur per solemnem professionem Religionis?*

*Et an etiam, Ordine sacro assumpto, vinculum matrimonij in infidelitate contractum dissoluatur?*

*Et an matrimonium infidelium ad fidem conuersorum, etiam consummatum possit à Pontifice dissolui ex aliqua iusta causa? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. Refol. 47.*

§. 1. **P**rocedit quæstio in sententia communi, asserente, non dissolui matrimonium contractum cum infideli, quovisque conuersus transeat ad aliud matrimonium. Queritur igitur, an sicut dissoluitur per nouum matrimonium conuersi, etiam dissoluatur per eius Professionem solemnem. Et affirmatè respondet Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 76. n. 9. & alij, quia Professio Religionis soluit matrimonium ratum infidelium, quòd est vinculum fortius, & efficacius, quàm sit non solum contractus, sed Sacramentum: ergo dissoluet matrimonium consummatum infidelium, arg. textus in l. de accusat. 14. ff. de diuers. & temp. præser. Qui enim vincit vincentem, vincit vicium. 2. Mihi verò contraria sententia magis placet, quam tueret Coninch. de Sacram. disp. 26. dub. 5. n. 49. Hurtad.

Hurtad. de matrim. disp. 8. diff. 14. num. 52. Poncius lib. 9. cap. 4. num. 10. Perez disp. 36. scilicet. 8. num. 2. & alij. Et ratio est: quia dissolutio matrimonij fieri non potest, nisi ex diuina concessione: at nullibi inuenitur concessum, Professione one Religionis dirimi matrimonium consummatum infidelium: nam, esto, matrimonium contractum, dirimatur, id prouenit, ne coniux conuersus cogatur, vel cœlibem degere, vel habitare cum infideli obstinato, & periculum peruersionis inducente, reddaturque ei conuersio onerosa. Quæ ratio omnino cessat Religione assumpta, cum iam ipse liberè assumat vitam cœlibem. Non igitur ex privilegio concessio dirimendi matrimonium, alio matrimonio assumpto, inferri potest dirimi Religionis Professione. Neque item censenda est hæc dissolutio concessa ex concessione dissolutionis matrimonij rati fidelium: tum, quia est casus diuersus: tum, quia non militat eadem ratio: sicut potest fidelis, non obstante matrimonio rato, ad Religionem transire, poterit etiam infidelis conuersus post matrimonium consummatum, tamen alius conuertatur, quod merito ipsemet Sanchez disp. 76. num. 3. & 7. negat. Ad argumentum verò, quod adducit Sanchez respondetur, regulam illam: *Si vincio vincentem te à fortiori vincam te*, non semper habere locum in his, quæ constant ex iure positio, nisi quando eadem ratio in utroque militat, & quando utrumque ex eodem iure constat in presenti autem casu, neque currit eadem ratio, neque utraque dissolutio fit ex eodem iure: quia dissolutio matrimonij antiqui iam consummati conuersi fit iure diuino Christi per matrimonium nouum ratum; dissolutio verò matrimonij rati per Professionem, fit tantum iure Ecclesiastico.

quo à Christo solutio concedatur: conceditur autem prædicto matrimonij casu, quo coniux vnus ad fidem conuertatur alio tenente conuerti, in quo à matrimonio, quod est Sacramentum, differt. Ego puto utramque sententiam esse probabilem, licet secundam existimem probabiliorē.

RESOL. CXXVI.

An matrimonium infidelium, cum ambo baptizantur, fiat Sacramentum, et sique gratiam conferat? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 252. alias 253.

§. 1. Prima opinio affirmat solam Baptismi suspensionem sine alio nouo consensu, efficere matrimonia infidelium verum Sacramentum. Et ita docet Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 9. num. 5. quia statim ac baptizantur, matrimonium illud repræsentat vnionem Christi cum Ecclesia, cum in Christi fide contractum perseueret, efficiaturque indissolubile, saltem vt matrimonium ratum fidelium. Ergo statim, ac baptizantur, efficitur Sacramentum. Sed hæc Sanchez sententia mihi displicet, quia si hoc sufficeret, sequeretur fideles consummantes matrimonium, conficere nouum Sacramentum, & matrimonium, quia quod prius poterat per dispensationem Pontificis, & ingressum Religionis solui, & tantum repræsentat vnionem Christi cum Ecclesia per gratiam; efficiunt insolubile, & repræsentans vnionem Christi per Incarnationem, vt habetur cap. de bigamis 5. de bigamis, sed hoc dicere est absurdissimum. Ergo.

Sup. hoc ex doctrina §. penult. & vltim. Refol. præterita, cursum ad medium §. vlt. à vers. Neque, & supra in Ref. 118. §. vltim. ante mediū, à vers. Sicut etiam.

2. Secunda opinio docet, quod tunc primum matrimonium infidelium rationem Sacramenti assequitur, cum post Baptismum, vel noui consensus mutui exprimentur, vel præcedentes per aliqua externa signa: & probabile est non esse opus, vt Sacerdos, vel testes præsentés sint, sed vt dixi, sat est primum matrimonium de nouo signis externis ratum habere iuxta Ecclesiæ intentionem; verum est, quod si infideles coniuges baptizentur, nolint tamen de nouo in Christo contrahere, vel ratum habere præteritum coniugium secundum Ecclesiæ intentionem ad recipiendum istud Sacramentum, non videntur damnandi mortalis, sed absque Sacramento vt possunt pristino, & ita docet Rebellius part. 2. lib. 2. quæst. 7. n. 2. Bellarminus lib. 1. de matrim. cap. 5. & cap. 15. & alij.

3. Sed mihi tertia opinio magis placet, quæ asserit matrimonium contractum inter infideles, non posse fieri verum Sacramentum, etiam si postea baptizentur. Et ita docet Basilius Pontius de matr. lib. 1. cap. 9. n. 8. Gabriel Valquez tom. 2. in 3. part. disp. 138. cap. 5. & tom. 4. disp. 2. de matrim. cap. 10. Egidius Coninch de Sacram. disp. 24. dub. 2. concl. 6. num. 25. Et ratio est, quia matrimonium est essentialiter contractus inter baptizatos inuitus, qui hic nullo modo poni potest; nam neque contractus præteritus fuit inuitus inter baptizatos, & iam nullo modo in se existit, neque tales possunt de nouo matrimonium contrahere, quia sibi non possunt mutuo corpora tradere; nemo enim potest alteri tradere, quod non est suum, & quia neuter iam habet potestatem proprii corporis, vt docet Apostolus 1. Cor. 7. ergo non possunt ea sibi mutuo tradere. Fateor tamen cum Coninch vbi supra num. 28. credibile esse Deum talibus maiores dare gratias præuenientes ad ferenda incommoda matrimonij, quàm dat infidelibus, non ob Sacramentum matrimonij, sed quia fideles sunt, quibus ratione fidei, ac Baptismi diuinæ gratia magis debita, & vbiq; parata est.

RESOL.

Sup. hoc In ref. not. præterita etiam in fine.

Sup. hoc In tom. 3. tr. 1. Ref. 99.

Sup. hoc Sacramento late in Ref. seq. & in alio §. eius not.

## RESOL. CXXVII.

*An excommunicati contrahentes matrimonium peccent dupliciter ex eo, quod non solum Sacramentum recipiant in excommunicatione, sed etiam ex eo, quod conferant, cum iuxta communem sententiam contrahentes sint Ministri huius Sacramenti? Ex part. 5. tract. 9. Ref. 85.*

§. 1. **A**D hunc casum ita Respondet Præpositus in 3. part. quæst. 2. de excomm. dub. 8. n. 5. 1. Ex dictis videtur sequi, quod contrahentes matrimonium in excommunicatione non solum peccent mortaliter, sed quod sacramentum recipiant in excommunicatione, sed etiam ex eo quod conferant, cum iuxta communem sententiam contrahentes sint Ministri huius Sacramenti, non videtur tamen improbabile, quod ex eo capite non peccent contra censuram, quia si bene pendantur Canones, quibus vetatur excommunicato ministrare Sacramenta, solum agunt de Clerico. Ita ille, & ego.

Sup. h's Ministri iure supra in Ref. 90. & in fine Ref. 115.

## RESOL. CXXVIII.

*An, qui matrimonium contrahit cum excommunicato, peccet mortaliter? Et quid, si denunciatus sit, aut notorius Clerici percussor? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 267. alias 268.*

§. 1. **P**rima opinio affirmat, & ita docet Petr. de Ledefina de matrim. quæst. 59. art. 1. §. pen. Vigerius lib. inst. cap. 16. §. 7. verb. 8. impedim. 1. & saltem peccare non explicando culpæ qualiter, docet D. Thomas in 4. dist. 39. quæst. unica, art. 5. ad 5. Toletus lib. 7. cap. 7. num. 1.

2. Secunda opinio distinguit, & illam docet Bassilius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 10. num. 3. ubi sic ait. Petere ab alio excommunicato siue denunciato, siue non denunciato, ut contrahat, dum ille absolutus ab excommunicatione non potest, quia non habeat copiam absolventis, ut si sit excommunicatio reservata à iure, vel ab homine, peccatum mortale est, quia petitur ab eo actus, quem non potest facere bene, sed necessariò malè. At si potest absolvi, quia copiam habet, nec peccat, qui contrahit cum excommunicato, siue denunciato, siue secus, quia petit ab illo actum, quem potest bene facere, & sine peccato, & sua culpa facit malè; unde duo peccata erunt in eo, qui contrahit cum excommunicato excommunicatione maiori, quando absolutus non potest ab ea excommunicatione, antequam contrahat, & quia ipse communicat in Sacramento cum illo, & quia inducit illum ad indignè ministrandum, & recipiendum, imò tria peccata committit, est enim causa duorum peccatorum in proximo. Ita Pontius.

3. Tertia opinio, quam ego sequor, absolute negat ullam esse culpam contrahere scienter cum excommunicatione maiori ligato, nisi denunciatus sit, aut notorius clerici percussor. Et ita docet Gutierrez de matrim. cap. 83. num. 7. & ante illum Sanchez tom. 2. lib. 7. disp. 11. num. 8. ex favore Concilij Constantiensis, & ex aliis rationibus, quas videbis apud Sanchez, nam ego brevitati studeo.

## RESOL. CXXIX.

*An contrahere cum impedimento dirimente sit duplex*

*peccatum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 296. alias 297.*

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docent vniuersissimi, & cum magna probabilitate ait Petrus Ledefina de matrim. quæst. 59. art. 1. disp. 3. par. 2. quia ultra culpam irrationabilis iuris naturalis, aut Ecclesiastici, secundum quod est impedimentum, reperitur sacrilegium irritationis Sacramenti matrimonij.

2. Verùm mihi contraria sententia placet, quia cetera Sacramenta habent iure diuino præscriptam materiam, & formam certam, ac determinatam, solum Sacramenti rationem subeunt, ac præinde materia, & forma non possunt adhiberi, quia sine esse materia, ac forma Sacramenti, quare si sit aliud, ut sit ut Sacramentum irritetur, est sacrilegium. At matrimonium ultra Sacramenti rationem est contractus quidam naturalis, nec habet præscriptam materiam & formam determinatam, sed consensus contrahentium legitimis verbis, iuribus, aut literis, aut per procuratorem expressis. Vnde Ecclesia, iure naturali irritante consensus inter aliquos, qui matrimonio copulantur, non ipsi irritum Sacramentum efficiunt. Quantum enim ex sua parte est, vnde contrahunt, sed ius Ecclesiasticum naturale statuens id impedimentum, illud irritat. Hec comit Sanchez tom. 2. lib. 7. disp. 5. num. 1. & post illum Fulcius tom. 1. tractat. 10. part. 2. cap. 1. num. 1.

## RESOL. CXXX.

*Quot peccata committat, qui sciens contrahit matrimonium cum impedimento dirimente? Et an impedimenta matrimonij addant novam malitiam, etiam in copula fornicaria, distinetur explicandum in confessione? Ex part. 10. tract. 6. & lib. 6. Ref. 82.*

§. 1. **C**ausa est practicabilis, & duo committit peccata docet Cornich de Sacram. disp. 90. Ref. 2. dub. 2. num. 19. & nominatim contra me Patet Augustina de Sacram. matrim. quæst. 97. art. 5. quia in tali casu præter peccatum inobedientie contra ius naturale aut Ecclesiasticum, quo impedimentum fuerit introductum, etiam reperitur peccatum sacrilegij irritationis Sacramenti contra Religionem. Inque fideles qui sciunt, matrimonium apud nos eleuatum esse ad statum Sacramenti, & sciunt se cum impedimento dirimente reddere nullum, & irritum Sacramentum, videntur ex hac etiam parte delinquere. Et hæc irritatio reuera cadit, non solum super contractum contractus, sed concomitanter etiam super rationem Sacramenti. Et lex quidem irritans lata est ab Ecclesia: sed ut in facto ita contrahatur matrimonium, quod sit nullum, & irritum, provenit, & fit ab ipsis contrahentibus, qui cum tali impedimento, & contra talem legem contrahere tentant.

2. Verùm plus addit doctissimus Pater Mastillon de Sacram. tom. 5. disp. 63. art. 5. num. 69. ubi sic ait: Dico secundò, peccatum eorum, qui scienter, & sponte contrahunt cum talibus impedimentis, habere communiter triplicem malitiam. Vnam inobedientie contra legitimum præceptum Dei, vel Ecclesie prohibentes grauius contrahere cum illis, alteram sacrilegij, contra Religionem & reuerentiam debitam Sacramento, quod sua culpa irritum reddunt: tertiam contra castitatem, ordinando (re faciunt communiter) talem contractum ad habendam copulam præ textu veri matrimonij. Dixi autem, & communiter; quia postrema intentio potest esse quando

quando deesse. Secundo quoque deest matrimonio infidelium contrahentium; cum aliquo impedimento naturali aut positivo, & inducitur per statuta Principum, quibus subsumunt. Neque enim infideles attentant contrahere sacramentaliter; neque, si velint, possunt, quando non sunt baptizati. Fideles, autem qui iuxta probabiliorum Doctorum sententiam sibi persuadent posse valide contrahi matrimonium, etiam à Christianis, pure civiliter; non peccant contra reuerentiam Sacramenti, si attentant solum contrahere civiliter; sed peccant contra præceptum Dei, & Ecclesiæ volentis generaliter, vt non contrahant, nisi sacramentali modo. Huc vsque Martinus; qui postea conatur respondere ad argumenta Patris Sanchez.

3. Ego verò licet sententiam Martinon, Coninch, Auerfæ tanquam probabilem admitto; sententiam tamen Sanchez, quam olim docui, minus probabilem iterum esse existimo; & illam præter Filiiucium tueri ex Theologis Hispanis Caspensis in *Curs. Theolog. tom. 2. tract. 26. disp. 9. sect. 1. n. 9.* Gaspar. Hurtadus de *matrim. disp. 12. diff. ult. 3. num. 11.* & vit doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez de *matrim. disp. 21. sect. 3. num. 7.* Et ad argumenta Coninch, & Auerfæ respondeo negando sic; Irrite contrahentes profanare ritus, ac nomen Sacramenti, nec irritare Sacramentum ipsatum, quia neque intendunt matrimonium inire, nec Sacramentum suscipere, cum sciunt vitumque esse impossibile; solum ergo intendunt contrahere contractum quemdam inualidum, & nullum. Vnde in hoc per se loquendo, nulla apparet irreuerentia Sacramenti. Obseruandum est tamen, etiam stando in nostra opinione, tale peccatum non semper esse idem secundum speciem, sed esse distinctum specie pro diuersitate specifica virtutis, intuitu cuius impedimentum dirimens prohibet matrimonium. Nam præcisè inter contrahentes, qui non ordinat contractum ad copulam, quando est cognatio, aut affinitas, aut iustitia publicæ honestatis, est vnum simplex peccatum incestus absque malitia fornicationis, quia tunc impedimentum prohibet intuitu pietatis, & reuerentiæ matrimonium. Et quando impedimentum est disparitas cultus, est peccatum Sacriligij, quia tunc prohibet intuitu decoris, & honoris nostræ Religionis. Et etiam est peccatum Sacriligij, quando impedimentum est votum castitatis, vel ordo, vt patet. Et verò peccatum malitiæ contra naturam, quando impedimentum est impotentia, quia hæc prohibet intuitu castitatis, vt reprimentis motus contra naturam. Est autem peccatum iniustitiæ, quando impedimentum est conditio seruitutis ignorata, aut vis, seu metus, aut raptus, aut error personæ, & quando sunt hæc impedimenta, contra quæ peccatur peccato iniustitiæ, peccatum est in altero, nempe in contrahente cum ignorante seruitutem, aut cum persona coacta, aut rapta, aut cum errante circa personam. Præterea est etiam peccatum contra Iustitiam, quando impedimentum est ligamen, seu prius matrimonium perseverans, quia tunc corpus, quod est prioris coniugis viuens, traditur alteri, aut intenditur tradi. Est item peccatum contra iustitiam vindicativam, quando impedimentum est crimen, quia crimen prohibet matrimonium in pœnam, seu punitionem ipsius. Denique quando impedimentum est defectus præsentis Parochi, & testium, est peccatum iniustitiæ contra coniugem qui esset, quia prohibet intuitu periculi deferendi coniugem, si esset, & contrahendi cum altero. Et hæc omnia iisdem verbis docet Hurtadus, & Perez locis citatis.

4. Sed ex his oritur alia difficultas, An impedi-

Tom. II.

menta matrimonij addant nouam malitiam etiam in copula fornicaria distinctè explicanda in confessione; vide Auerfæ, Martinon *ubi supra*. Ego cum Sanchez, & Hurtado, *ubi supra*, existimo, copulam inter eos, inter quos est aliquod impedimentum dirimens, non semper habere peculiarem malitiam distinctam à malitia fornicationis contra castitatem, nisi quando impedimento prohibetur matrimonium intuitu peculiaris motui, quod in ipsa copula reperitur, vt quando copula est inter habentes impedimentum, aut cognationis, aut affinitatis, aut iustitiæ publicæ honestatis, aut disparitatis cultus. Quia his personis magis est indecens copula, quam contractus, & intuitu dictæ indecentiæ eis prohibetur contractus, aut nisi quando ipsa copula ex se, supposito impedimento, habet peculiarem oppositionem ad aliam virtutem, vt contingit in copula coniugati, seu legati vinculo matrimonij, & etiam Religiosi, & Saceris initiati, & etiam impotentis, & consanguinei in primo gradu lineæ rectæ. Quando verò copula inter impeditos non habet ex se peculiarem oppositionem ad aliam virtutem, neque impedimento prohibetur matrimonium intuitu motui, quod in ipsa copula reperitur, nunc non habet, nisi malitiam fornicationis contra castitatem, vt copula inter eos, inter quos est impedimentum erroris personæ, aut impedimentum conditionis, aut criminis, aut coactionis. Vide etiam circa præsentem difficultatem Perez *loci citati, sect. 4. per totam*.

RESOL. CXXXI.

Quid est faciendum, quando est dubium, an inter volentes contrahere adsit aliquod impedimentum dirimens?

Et notatur in dubio, an res egeat dispensatione, posse Episcopum declarare, non desiderari dispensationem, vel ad cautelam dispensare. Ex part. 4. tract. 3. Ref. 17.

§. 1. Ad hoc dubium ita respondet Ioannes Saneius in *selectis disp. 43. num. 44.* Dubitans an impedimentum matrimonij habeat, facta sufficienti diligentia, potest illud inire abque dispensatione, quia possessio stat pro libertate ad contrahendum, dubium verò impedimento fauet: abque certo iure nemo spoliandus est sua possessione. Sic ille.

Sup. hoc in Ref. seq.

2. Notandum est tamen hic obiter Emanuelem Sæ *verb. dispensatio num. 1.* docere, in dubio an res egeat dispensatione, posse Episcopum iuxta quorundam probabilem opinionem declarare non desiderari dispensationem, vel ad cautelam dispensare. Ita ille.

Sup. hoc magis latè in tom. 4. tr. 2. Ref. 20. 21. & in Ref. 22. signanter in §. 2. & c.

RESOL. CXXXII.

An dubius de impedimento dirimente matrimonium possit hoc non obstante illud contrahere?

Et docetur per Canones licitum esse inire matrimonium cum dubitate impotentis ad coeundum.

Et queritur, an ille, qui bona fide contraxit, possit libere petere, & reddere debitum, quando nouit alterum dubitare de valore matrimonij?

Et an, si matrimonium sit contractum, sed nondum consummatum, & ante consummationem incidat dubium de impedimento, teneatur reddere; vel an teneatur ingredi Religionem, vt liberum relinquat alterum coniugem?

M m Es

Et an dubius de iure suo, si post diligentem inquisitionem magis propendat in eam partem sibi ius non assistere, quid facere debeat.

Et an dubitans de valore matrimonij, quod contraxerat, nondum habita certitudine coniugis prioris promortue, debitum interim a coniuge suo exigere possit? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 7.

Sup. hoc in Ref. præterita.

**V**T si verbi gratia, quis vult contrahere cum Iulia, & prius habuit rem cum Faustina, quæ dubitatur an sit soror Iulie, vel quid simile. Et negatiuè responder Castus Palas tom. 1. traçt. 1. disp. 3. punct. 8. n. 10. vbi sic ait: Etsi cuilibet licitum sit matrimonio copulari, non tamen licitum illi est, si dubius sit, habere impedimentum, quia nunquam habuit ius se matrimonio copulandi, nisi probando impedimentum non esse. Ita ille, cui adde Layman lib. 1. traçt. 1. cap. 5. §. 3. n. 23. vbi etiam sic ait: Similitudine dicendum est, si dubium de matrimonij valore; ob latentis impedimenti suspicionem, antecedit, omnino ab eo contrahendo abstinendum esse. Idque partim ob fauorem Sacramenti, ne inualidè administraretur: Partim ob illud principium; mala fide contractam intri, possessionemque inchoari ab eo, qui initio dubitat, num contrahendi, possessionemque capiendi ius habeat. Hæc Layman, & ante omnes Vetracuz in specul. part. 3. art. 13. in fine.

2. Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, non minus probabilem, imo & probabiliorem affirmatiuam existimo, quam tuetur vterque Sanchez Thomas, & Ioannes, ille de matrim. lib. 8. disp. 6. n. 18. iste in select. disp. 43. n. 44. quibus adde duos doctissimos, & amicissimos viros, Franciscum Bardi, de conscient. disp. 6. cap. 11. part. 7. §. 11. n. 6. & Franciscum de Lugo de conscient. part. 1. q. 3. 1. n. 180. Et ratio est, quia possessio stat pro dubitante, & non est tali possessione spolians, vsque dum contrarium non probetur; nemo enim absque certo iure debet spoliari sua possessione. Itaque post adhibitam sufficientem veritatis inquisitionem, siue dubitet vterque coniux, siue solus alter, possunt contrahere matrimonium, quoniam stat possessio pro libertate, vt docet secunda sententia. Quare censendi sunt contrahere bona fide, poteruntque reddere debitum, & petere, si eum illi quibus post contractum matrimonium superuenit dubium, & post præmissam debitam diligentiam adhuc perseverat.

3. Confirmatur hæc opinio validissimo argumento, quod citati Auctores non obseruauerunt, de sumptibus ex cap. Laudabili, & cap. Finali, de frigidis, & maleficiis: nam dubius de potentia naturali sufficienti ad coeundum, non debet eligere tutiorem partem, abstinendo à contractu matrimonij; sed potest licitè contrahere, & post contractum conari ad copulam, adhuc manente dubio: cuius non est alia ratio, nisi quia homo possidet ius ad contrahendum, & in dubijs melior est conditio possidentis. Nec sufficit dicere, hoc esse speciale in dubio de potentia ad coeundum, propterea quod huiusmodi dubium non aliter quam per conatum ad copulam potest expelli. Nam contra hoc est, nam si ex natura rei in dubio facti esset intrinsecè malum in dubio impotentie naturalis, quod autem conatus ad copulam sit vnicum medium ad pellendum dubium, non honestat talem conatum, sed potius idè datum est esse medium proportionatum, quia etiam cum illo dubio non est malum. Idè enim malum non est, quia quis possidet: in dubio verò melior est conditio possidentis. Quæ ratio procedit in quocumque dubio facti, nisi aliud fue-

rit in iure positio expressum. Et hæc omnia docet & obseruat etiam Rocfull. in praxi Theolog. Moral. tom. 1. part. 3. lib. 4. de conscient. cap. 5. nam 14. Si igitur itaque per Canones licitum est intri matrimonium cum dubitate impotentie ad coeundum, etiam licitum erit matrimonium contrahere cum dubitate alterius impedimenti: nam in omnibus militat eadem ratio.

4. Ad argumenta verò negatiua sententia respondet Pater Bardi, negando dubitantem de impedimento matrimonij, nunquam habuisse ius in matrimonio copulandi: nam in iis casibus, in quibus possessio est pro libertate, in ipso dubitante resultat ad contrahendum: neque nobis officiat ratio desumpta ex irreuerentia Sacramenti, quia in casu prudenter homo operatur contrahens, & debet nullam inferri iniuriam Sacramento. Et quamuis qui sunt Auctores qui primæ opinionis fuerit viderentur, negantes in dubio posse matrimonium contrahi, intelligendi tamen sunt loqui de dubio practico, licet quando resultant dubio speculatiuo, nulla adhuc est facta diligentia, vel non sufficienti ad mandandam veritatem, tunc enim dubium illud speculatiuum trahit practicum, atque ad eò contrahendum la fide procedit, & dum diligentiam non apponit, nequit petere debitum, sed tantum reddere, nisi alter coniux etiam mala fide contraxerit, habens eodem modo de impedimento; tunc autem neque petere, neque reddere esset licitum, & vterque conuictor hoc sciens, nimirum notitiam impedimenti in seipso tempore contractionis adfuisse, peccaret lute petendo, siue reddendo.

5. Sed quæres, an ille qui bona fide contraxit, & possidet, possit liberè petere, & teneatur reddere, quando nouit alterum dubitare de valore matrimonij. Respondeo posse petere, & reddere, sed non teneatur reddere dum alius perit. Pater prima pars, quia cum sit in legitima possessione, nec dubitet de matrimonij valore, non enim teneatur alteri dubitanti reddere, nisi tales sint coniecturæ, vt creditur conuictor potest vti plenè sua possessione tam petendo, quam reddendo. Secunda autem pars corroboratur, quia vnus coniux teneatur reddere alteri debitum ex iure iustitiæ, quod ille alter habet; sed coniux qui mala fide contraxit, & in ea adhuc perseverat, nullum habet ius iustitiæ ad exigendum, vt citata iura diffiniunt: ergo alter qui bona fide possidet, non teneatur reddere, licet possit.

6. At difficultas est, an si matrimonium sit contractum, sed non consummatum, & ante consummationem incidat dubium de impedimento, teneatur reddere. Respondeo cum Valq. in p. 2. disp. 6. cap. 6. §. 4. ex duobus illis prioribus mensibus concessis à iure, vt quisque deliberet, vtum ei expediat in matrimonio perseverare, vel ad Religionem transire, non debere reddere debitum. Et ratio est, quia isto tempore liber est, vt si velit non reddat, cum possit negare vtendo libertate sibi concessa à iure, & eundem negando nulli se exponit periculo; reddendo verò se exponit periculo incontinentie. Elapsio autem tempore duorum mensium non debet detinere alterum coniugem perpetuò dubium, sed debet ei detegere dubium suum, vt ipse etiam interim non petat donec sufficienter examinetur; quia tale dubium non potest esse perpetuum, quod ita intelligendum est, nisi probabiliter timeatur talis dubij reuelationem nihil profuturam, sed potius nocituram, si autem tale sit periculum, tunc debet coniux dubius reddere debitum, ne vltra tempus signatum à iure alterum coniugem detineat.

7. Nota cum Valquez, nimis durum esse obligare



gare Coniugem dubium in hoc casu ingredi Religionem cum reuera possit, ut ita liberam relinquat alterum Coniugem. Ratio est, quia status Religionis, nisi sponte suscipiatur, solet malos exitus habere, & sunt quidem plures aliae difficultates, ob quas obligari ad Religionem non debet; aliqui tamen censent huiusmodi debere intrare Religionem; ut ab hoc dubio liberentur, cum hac via possit negare debitum, & debeat non se exponere periculo incontinentiae in reddendo, cui planè se exponeret sine vlla obligatione si in principio redderet.

8. Sed hic notandum est, & menti tenendum, quod in cap. Inquisitioni. de sentent. excomm. sic dicitur: Si credulitas probabilis, & discreta, quamvis non manifesta, animum pulset, debitum quidem reddi posse, sed non postulari. Quae quidem verba non eodem modo Doctores intelligunt, nam D. Thomas in 4. dist. 41. quest. 1. art. 5. quest. 1. ad 3. D. Antoninus, part. 3. tit. 1. cap. 3. §. 1. Syluest. verb. marr. 8. quest. 2. dist. 5. Petr. Ledefina de marr. quest. 45. art. 1. dub. 2. ad 3. argum. 1. sent. aiunt, quod dubitans de iure suo, si post diligentem inquisitionem, magis propendat in eam partem, sibi ius non assistere, desinat esse bonae fidei possessor, quam sententiam cum pluribus à se citatis tenuit Sanchez, lib. 2. de matr. dist. 41. n. 10. Sed Veracruz, part. 3. Specul. art. 13. in fine, Sanchez lib. 1. moral. cap. 10. num. 9. priorem sententiam suam retractans, docent, bonae fidei possessorem iure suo nequaquam excidere, priusquam certò, vel quasi certò deprehendat, sibi ius non competere. Iuxta quam sententiam duobus modis responderi debet ad cap. Inquisitioni: Primò, dubitantes in casu eius cap. non adhibuisse diligentiam cognoscendae veritatis: constat autem, dum dubitans veritatem inquirat, iure possessionis suae uti non posse, excepto vnicò casu, si usus matrimonij dubij ad experimentum capiendum necessarius sit, iuxta decisionem cap. Laudabilem de frigid. & malefic. in quo dicitur si suspicio incidat inter Coniuges de naturali perpetua impotentia, eaque probati non possit, tiennij spatium cohabitandum ipsis esse, experiendi causa. Secundò, & facilius responderi potest; Eum, cui Papa id illo capite respondit, ab initio mala fide contraxisse matrimonium; quia videlicet dubitabat, vel dubitare debebat de eius valore: ut proinde casus similis sit, cap. Dominus, de secundis nuptiis, ubi responderit, dubitantem de valore matrimonij, quod contraxerat, nondum habita certitudine Coniugis prioris praemortuae, debitum interim à Coniuge sua exigere non posse. Et haec omnia docet Layman, lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 24. Verùm de his, & aliis difficultatibus, quando casus occurrent, vide Lessium in 3. part. D. Thome, cap. 6. de Sacram. matrim. dub. 4. per totum, Bossium in Moralibus, tom. ....

RESOL. CXXXIII.

Verum sit validum matrimonium contractum cum falso errore alicuius impedimento, g. ut si quis contraxit existimans coniugem mortuum, esse vivum, & tamen sciebat matrimonium esse nullum contractum, superflite coniuge, &c. Ex part. 3. tract. 4. Refol. 292. alias 293.

§. 1. **D**ifficultas huius questionis est, quando adest error facti, & scientia iuris, ut quando coniuges falsò credunt adesse impedimentum, & existimant hoc stante non posse consistere matrimonium, & tamen contrahunt. Et de hoc casu olim interrogatus fui, nam quidam contraxit, existimans coniugem mortuum, esse vivum, & tamen sciebat

Tom. II.

mattimonium esse nullum, contractum superflite coniuge. Prima opinio negat, & ita docet Coninch de Sacram. disp. 24. dub. 6. n. 53. & alij penes ipsum, quia impossibile est talem habere veram intentionem contrahendi, quia nemo potest seriò intendere id quod omnino credit impossibile; quare non est verum talem posse intendere contrahere, quantum potest, cum omnino credat se nullo modo posse, levis esset, si de altera parte, vel leuissimè dubitaret, ita ut concipere posset fortasse fieri posse, ut validè contrahat, tunc enim posset hoc intendere. At verè contraheret, quamvis communiter grauitè peccaret ob periculum inualidè contrahendi, cui suo iudicio se exponit. Ita Coninch.

2. Secunda opinio affirmat, quam tueret Sanchez, tom. 1. lib. 2. disp. 3. n. 2. cum aliis penes ipsum, quibus ego addo Guttier. de matr. cap. 47. n. 1. nam contrahentes intendunt quantum in seipsis est consentire, quia hæ personae sunt reuera habiles ad contrahendum, & intendunt quatenus possunt contrahere. Ergo validè contrahunt. Secundò, quia haereticus, etsi credat Baptismum esse rem irritoriam, & nihil valere, verè baptizat, si verè intendat facere, quod potest, & intendit Ecclesia. Ergo, &c.

3. Verùm Basilus Pontius de matr. lib. 4. cap. 23. n. 1. & seq. existimat non esse inter has sententias discrimen teipla, si distinctè explicentur. Duobus enim modis potest se habere contrahentium animus in praedicto casu. Primus est, si eliciat duos actus, vel iudicia, quorum vnum feratur in impedimentum, quod falsò subesse putant, & in scientiam, & supposita ea volunt adhuc contrahere, quamvis ius resistat. Secundus est, ut quamvis habeant eam cognitionem circa factum, & ius, & aliam habeant, qua ipsis occurrat fortasse non teneri eo impedimento, &c. consensus sit quasi conditionatus, qui sic explicari potest. Etsi nos teneamur impedimento, & ius resistat, attamen si forte potest iniri inter nos matrimonium, consentimus in illud. In primo casu impossibilis est intentio contrahendi, & si oppositum sentit Sanchez, non est sequendus, & in hoc casu procedit prima opinio Coninch. In secundo autem casu bene potest esse consensus sufficiens ad matrimonium, quia consensus ille est quasi conditionatus, si possum; cumque conditio sit de praesenti, si non teneor forte aliquo impedimento, & re vera non teneatur illo, statim consistit contractus matrimonij, & in hoc casu vera erit opinio Sanchez; sin aliter, non erit admittenda, & ad primum eius argumentum patet responsio ex dictis. Ad secundum respondeo, negando consequentiam, quia ita baptizans, scit se posse facere id quod intendit, scilicet facere, quod facit Ecclesia, sed contrahentes in nostro casu, putant se nullo modo posse contrahere, quare non possunt hoc seriò intendere, Ergo, &c.

RESOL. CXXXIV.

An si licet oriatur de validitate alicuius impedimenti filij, illo medio tempore nati, sint legitimi reputandi.

Et quid, si illis prohibuitur sit sub poena excommunicationis, ne possint simul cohabitare, an adhuc filij pro legitimis debeant haberi?

Idem erit, ac multo magis, si interposita fuerit appellatio.

Et supponitur filium natum ex matrimonio bona fide alterius Parentis inito esse vere legitimum non solum quoad Parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem. Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. Ref. 62.

M m 2

§. 1. Cer

§. 1. **C**ertum est, filium natum ex matrimonio bona fide alterius parentis inito, esse verè legitimum, non solum quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem. Ita Leandrus de sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 18. quest. 18. Martinus de San Ioseph in monitis Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 54. n. 8. Vallensis in Paratitla ad Decret. lib. 4. tit. 17. num. 2. Cornejo in 3. part. D. Thoma. tract. 5. de irregul. disp. 15. dub. 1. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 34. n. 46. & patet ex cap. Ex tenore, cap. Inter, & cap. Peruenit, qui filij sint legitimi.

2. Difficultas est, si dictus filius natus sit lite pendente super nullitate matrimonij, & cum prohibitione sub pœna excommunicationis, ne possint simul cohabitare: & adhuc legitimum etiam censerì debere, videtur ex doctrina Syluestri verb. filij, qu. 10. num. 11. ubi sic ait: Quidam in facie Ecclesie contraxit cum quadam, facta solemnì denunciatione, utroque, vel altero ignorante parentelam, seu impedimentum: & postea accusati de parentela, & peremptoriè citati, venire noluerunt, at tandem excommunicati, in excommunicatione tres filios genuerunt: quibus deinde reconciliatis, & probata parentela, diuortium celebratum est. Queritur igitur, an dicti filij sint legitimi? Et dicit Dire, & Bar. Brix. & Tancre. quod omnes filij nati, vel concepti ante sententiam sunt legitimi, cap. Cum inter, qui filij sint legit. si contaxerunt in facie Ecclesie cum solemnì denunciatione, & uterque, vel alter habuit bonam fidem tempore contractus. Ita ille, & nihil clarìus dici potest.

3. Nec deseram etiam hic apponere verba Simonis Maioli de irregular. lib. 1. cap. 5. num. 7. sic asserentis: Si parentes per contumaciam excommunicati fuerint, pendente lite super matrimonio, & per sententiam separentur; ea contumacia parentum non poterit præiudicare filiis, ut patiantur defectum illegitimitatis, vnde habentur inter legitimos, vt concludit Zab. in dict. cap. Cum inter 3. opposit. in nouiss. scriptis, lris enim pendente super matrimonio non impedit, quin filij sint legitimi. Abbas in dict. cap. Cum inter, per illum text. etiam si postea declaratur nullum matrimonium, vt ibi per eum: videtur enim perseverare in quasi possessione matrimonij, sicut & in aliis omnibus causis cap. vt lit. pend. idem quoque erit ac multò magis, si interposita fuerit appellatio: quum perinde sit, ac si non fuisset iudicatum, cap. venientes, de iureiur. & in hoc casu scripsit Ægyd. & post eum Zab. in dict. cap. Cum inter. q. 1. in nouiss. scriptis. Hucusque Majolus, cui etiam adde Couarruiam de sponsalib. cap. 8. §. 1. num. 5. cum seqq. Barbosa in Collect. tom. 2. lib. 4. tit. 17. cap. 2. n. 13. Giurbam in Consuet. Messan. tom. 1. cap. 1. Gloss. 4. n. 66. & 67. Carenam de Officio Sancte Inquisit. part. 2. tit. 5. §. 14. n. 79. & Vincentium Præsidem de Franchis part. 1. decis. 130. vbi n. 8. restatur ita decisum fuisse in Saero Concilio Neapolitano, quia pendente lite super validitate matrimonij, non debent impediri exercitia matrimonialia. Vide etiam Sayrum de censur. lib. 6. cap. 10. n. 33. & 34. qui cum Majolo id docet, etiam si proles nascatur contra interdictum, & prohibitionem Ecclesie: verbi gratia si fiat thori separatio, etiam de consensu coniugum, & Episcopo approbante, & prohibente eis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne copulentur, & ipsi contrauenientes commisceantur: nam proles nata erit legitima. Panormitanus in cap. 1. num. 1. 4. & 6. & in cap. 2. num. 5. de matrim. contraelo contra Interdict. Eccles. Zab. in cap. Cum inter. quest. 2. Et ratio est, quia nati ab excommunicatis, non ex hoc sunt illegitimi. Et ita etiam tenet Sanctarellus var. Resolution.

quest. 20. num. 15. Itaque dicendum est, quod in aliis materiis facilius bona fides deperditur: sed in matrimonio semper remanet, etiam lite mota: de rat. si de illa interposita sit appellatio, que quidem omnia valde notanda sunt, & pro foro interio, & pro exteriori.

## RESOL. CXXXV.

An pro valore matrimonij sequi aliqui possit opinionem singularem contra communem?  
Idem quæri potest de valore professionis.  
Et an hoc procedat, quando ipsa opinio est dubia, seu verò si esset clara?

Et notatur, quod licet in dubio pro matrimonio preferendum sit, & iudicandum, tamen hoc procedat, quando in matrimonio contrahendo, vel contrahendo paritas personarum, seu data importate.

Etiamsque docetur in foro conscientie tam quoad spiritualia, quam quoad matrimonium adiuuantem liberandum esse in dubio equali, cum melior sit conditio possidentis.

Et quid dicendum est in foro externo? Et patet tract. 13. & Misc. 3. Ref. 19.

§. 1. **I**dem quæri potest de valore professionis, & quæ uor, vt pro eo Iudices possint, & debent iudicare etiam contra communem, & præferre opinionem singularem alicuius Doctoris celeberrimi, quæ in probabilis ratione fundata matrimonio fauere, illudque sustineat, opinioni plurius Doctorum illud impugnantium, nisi textui aperto immitatur. Ita post Hostiensem, Butrium, Abb. in cap. Si vir de cogn. spirituali, Felinum in cap. 1. de sponsalib. man. 6. & M. Antonium Cuccus lib. 5. tit. 11. num. 237. Beret. conf. 80. n. 21. & 22. Gail. obseruat. lib. 2. obseruat. 94. num. 19. Menochius lib. 2. præsumpt. 71. num. 30. Augustinus Barbosa tom. 1. Collect. ad Decret. lib. 2. cap. 1. tit. 20. cap. 47. num. 8. tit. 27. cap. 26. num. 2. & 3. in fine, Franciscus Molinus cap. comparat. 17. lib. 1. num. 15. in fine, Sanchez in disp. 18. lib. 1. num. 6. & alij relati ab eodem Sanchez, & à Menochio, qui declarat id procedere, quando ipsa opinio communis esset dubia; secus vero si esset clara, quia tunc non est ita fauendum causæ fauorabili, qualis est matrimonialis, vt alij fiat iniustitia, quare tantum in dubio præferenda, & recipienda est opinio minus communis, & etiam singularis probabilis iustitia fundamentum fauens Matrimonio. Ad cuius rei confirmationem Sanchez, & Barbosa aiunt facere cap. Licet ex quadam, de Testibus, & attinet ibi: *Tolerabilis est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Dei separare.*

2. Sed hanc sententiam reicit Gutierrez de matrim. cap. 3. n. 18. sequens Decium in cap. 1. n. 31. de constitutione, ubi dicit, quod fauore Matrimonij, vel alterius similis causæ, (verbi gratia Testamenti, dotis, libertatis) non est recedendum à communi opinione, quia sic fauorabili causæ sumus debitorum, quod aliis iniustitia non fiat, ap. Ex tenore, de foro compet. cap. final. de donat. inter vir. & uxor. leg. si pater, in fine princip. de inoffic. testam. ibi: *Nisi aperte Iudices inique secundum veredem scripturam pronunciaffe apparebit.* Confirmat Gutierrez: Tunc quia magna est auctoritas communis opinionis in iudicando & consulendo, ideoque tenenda, & sequenda

quenda est : Tum quia hanc sententiam tenuerunt eximix auctoritatis Doctores, Decius *ubi supra*, Alciatus, lib. 3. *Paradoxorum*, cap. 7. num. 3. & 4. & in *reg. 1. presumpt.* 40. n. 2. Ioannes Neuzian in *Sylva nuptiali*, lib. 5. n. 1. Auiles in *cap. 1. Prator. in gloss. final.* n. 15. Cotta in *2. part. memorabilium in verbo Nuptiarum causa*. Ioannes Orofeus, in *leg. 1. n. 17. ff. de Offic. quest.* & Barbatus, *consil. 3. colum. penult. vers. Nec obstat. volum. 1.* ubi regulam, quod in dubio pro Matrimonio presumi debeat, intelligit, nisi opinio verior & probabilior esset in contrarium, quia tunc non deberet iudicari pro Matrimonio. At ego puto non esse recedendum à priori sententia extensionem approbante, ubi verè communis opinio non est clara, sed dubia, & opinio minus communis vel singularis, non est falsa, sed probabili ratione innitur, & in contrarium adducta videtur procedere solum quando communis est clara, vel altera opinio caret probabili fundamento.

3. Nota tamen hic obiter, quod licet in dubio pro Matrimonio presumendum sit, & iudicandum, tamen hoc procedit secundum Mascardum *de Probat. tom. 2. conclus. 1017. al. 1023. num. 7.* quando in Matrimonio contrahendo, vel contracto, datur paritas personarum, secus data imparitate, nam tunc pro Matrimonio ait, non esse presumendum citans Curtium Iuniorum, in *lege Cum quadam puella*, n. 22. ff. *de Iurisdi. omni. iud. Cephalum, consil. 52. n. 63. lib. 1.* & Nicolaum Antonium Crauatium *inter consil. 82. num. 45.* ad id etiam faciunt leges, quibus vetantur nuptiæ inter inæquales. Sed Franciscus Molinus, *de ritu Nuptiarum, lib. 1. compar. 17. num. 9. cum seqq.* cum Barbosa in *Decret. tom. 2. lib. 4. tit. 15. cap. 2. num. 3.* reicit hanc declarationem, tenetque non procedere de iure canonico, quo attento, paritas vel imparitas personarum non consideratur. Et confirmatur ex nouo iure Tridentini, quod *cap. 1. sess. 24. de reformatione matrim.* decreuit, filios sine consensu Patris qualemque fœmnas ducere posse, & ob id *cap. 9. sub pena excommunicationis præcipit Principibus ne suos subditos cogant, aut impediant, quominus possit quisque quam velit mulierem ducere.* At quia video sententiam Mascardi docere doctissimum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 15. num. 7.* Ideo tu iudicæ.

4. Notandum tamen, quod Henriquez, *lib. 11. de Matrimonio, cap. 13. num. 4. & cap. 11. num. 5.* dicit in foro conscientie, tam quoad sponsalia, quam quoad Matrimonium dubitante, liberandum esse in dubio æquali, cum melior sit conditio possidentis. Cæterum ego putauerim faciendum esse discrimen inter sponsalia, ac matrimonium; ita vt qui in dubio æquali dubitant, num Matrimonium sit contractum, cogendi sint in vtroque foro contrahentes, ne fortè fiat iniuria Sacramento pro dissolutionem Matrimonij : quando verò dubitatur, num sponsalia valida sint, in vtroque foro iudicandos esse liberos, quia si quis tunc inuitus cogeretur, fieret ei iniuria per spoliationem libertatis, quam possidet. At dices similiter fieri etiam iniuriam coactò, quando dubitatur, num sit coniux. Negandum tamen erit assumptum, quia vt ex duobus malis, sic ex duobus periculis, semper minus est eligendum : cum verò æquè dubitatur num Sacramentum Matrimonij validum fuerit, si dissoluatur, periculum quidem est, ne dissoluatur Sacramentum, quod alioquin fortè ratum, validumque fuit, & agatur contra illud præceptum negatiuum, Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, atque adeò si dissoluatur, temerè dissoluitur, & fit iniuria Sacramento matrimonij. Ex alia verò parte, etsi pericu-

lum etiam sit, ne tenuens sua libertate spoliatur, velle tamen debet pati istud damnum dubium, quia minus præponderat, minusque malum est illud pati, quam ipsa iniuria Sacramenti, præsertim cum iam bona fide aliud coniugium non possit inire, & iuxta hanc distinctionem videtur accipiendum illud assertum DD. in casu dubio fauendum esse matrimonio. Et hæc omnia docet Rebilius, *part. 2. lib. 4. quest. 3. num. 9.*

RESOL. CXXXVI.

An sit licitum contrahere matrimonium cum impedimento dirimente ex timore mortis, vel alterius grauis damni, & quid de multis aliis casibus? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 83.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, quia Ecclesia non obligat cum tanto rigore, & in tali casu matrimonium esset nullum, & ita tenet Suarez *de legib. lib. 3. cap. 30. n. 13.* Vnde ex his obiter colligitur. Primò cum Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 19. n. 8.* ex timore mortis posse aliquem excommunicate absque potestate, licet Suarez *de cens. disp. 6. sect. 3. num. 8.* contrarium asserat. Secundo cum vitæ discrimine quis non tenetur Eucharistiam, vel Baptismum suscipere, quoties moraliter certus sit de contritione. Ita docet Aragon *in 2. 2. quest. 62. art. 3. in 1. dub. circa solut. ad 4.* Sorus *lib. 1. de inst. quest. 6. art. 4.* & alij, licet contrarium asserat Azor *tom. 1. lib. 1. cap. 11. quest. 2.* Tertio ex timore mortis, vel alterius grauis damni potest quis celebrare sine vestibus sacris, & mixtione aquæ; dummodò ad id faciendum non compellatur in contemptum fidei. Ita Becanus *tom. 2. tract. 3. cap. 6. quest. 2. num. 8.* Valentia *tom. 3. disp. 7. quest. 5. punct. 8.* & alij, licet contrarium nouissimè asserat Caltrus Palaus *in opere morali, tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 13. num. 9.*

2. Notandum est tamen hic obiter, quod Ioannes Sancius *in selectis, disp. 35. num. 6.* asserit ob timorem mortis & grauem causam in administrandis Sacramentis licitam esse simulationem, & adducit varia exempla. Primò ait, si hæreticus minaretur mortem, si non consecraret omnem panem in foro extantem, poteris vi æquiuocatione, & intentionem non habere consecrandi. Secundo poterit Confessarius verba absolutionis sine intentione proferre circa indispositum, si alia viâ malum comminatum vitare non potest. Tertio poterit ob solatium scrupulosi anxie petentis absolutionem, cum tamen indispositus sit, verba sine intentione proferre. Quarto licere Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam pro consecrata mulieri, quam cogit maritus ad communicandum, quæ sine iactura famæ non potest communionem omittere. Hæc Sancius, quæ audaciam, & temeritatem redolere parauit Caltrus Palaus *in opere morali, tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 13. num. 8.* Verùm Sancius, vir amicissimus, nunquam dixit, vt patet *in tota dicta disp. & in num. 10.* licere Sacerdoti in illo casu ministrare hostiam non consecratam pro consecrata, vnde meritò aduersus illum insurgit doctus Palaus.

3. Non desunt tamen Doctores asserentes hostiam non consecratam pro consecrata posse ministrari peccatori oculo scienti, & petenti sibi dari propter vitandam infamiam, dummodo proponatur hostia consecrata adoranda, & à tergo post illam non consecrata, ita vt non videatur, nec adoretur, & hoc efficiatur, vt dictum est ex consensu peccatoris, ne ex conscientia erronea adoret non consecra-

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Ref. 76. §. Tertio.

Sup. hoc secundo pro Baptismo in Resol. not. præteritæ §. Quinto, & in to. 1. tr. 1. Ref. 31.

Pro hoc Tertio in to. 7. tr. 5. Ref. 76. §. Secundo, & lege etiam ibi §. vlt. & recludat in fine alterius Ref. eius annot.

Et pro primo, & secundo contento in hoc §. Notandum, cum eodè Sanctio hic citato tantum in to. 8. tr. 4. ex lata doctrina Ref. 64. signauerit in §. Nonò potest.

Et Sup. quarto, & seqq. in hæc Ref. late præiò tr. 2. Ref. 27. & in tr. 1. in Ref. 231. §. Et post inter medium, & finem, à vest. Accedit.

Sup. hoc supra lege doctrinam xel.

ram pro consecrata. Et ita hanc sententiam post Aloyfium Dolensem, Albertum, Bonauenturam, & alios tenent neoterici doctissimi Ludouicus de San Iuan in *summa*, tom. 1. tract. de Eucharist. quest. 7. art. 8. dub. 4. & Villalobos in *summa*, tom. 1. tract. 7. difficult. 38. num. 7. sed ego contrarie sententiae, tanquam probabiliori adhaereo cum Palao *vbi supra*, & Doctoribus, quos citat, & sequitur Sancius *loco citato*, qui vt diximus, malè à Castro Palao pro affirmatiua sententia citatur. Et ratio est, quia ministrans hostiam non consecratam, velut consecratam, etsi à tergo alterius consecratae illam ponat, ponit equidem adorandum distinctam indiuiduum hostiae non consecratae, & adest periculum manifestum idololatriae, cum circumstantes possint, si velint, distincto actu adorationis adorare quamlibet hostiam, quae communicantibus porrigitur, nec est in ministri potestate vitare aliorum adorationem hostiae non consecratae, quam ipse proponit velut consecratam. Ergo, &c.

## RESOL. CXXXVII.

*An in matrimonio ex metu graui contracto possit resili-  
re, qui liber est à metu, nec particeps illius fuit? Ex  
part. 3. tract. 4. Ref. 228. alias 229.*

Sup. hoc in-  
fra ex Ref.  
139. lege  
doctrinam  
eius §. pe-  
nult.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Thomas Sanchez de *matrim.* tom. 1. lib. 4. disp. 15. num. 5. vbi docet, non teneri cogentem in foro conscientiae perficere matrimonium, donec per iudicem condemnatur, sed liberè altero inuito posse resiliere, nisi aliud damnus sequutum sit, quia vel iste tenetur ratione delicti, & coactionis in poenam illius, & hoc exigit iudicis condemnationem, ante quam nemo tenetur subire poenam. Aut tenetur ratione iniuriae illatae per coactionem, & hoc non, quia non est tanta iniuria coactionis, quando aliud damnus inde non sequitur, vel aliter, quam per matrimonium rescari nequeat. Ergo, &c. Ita Sanchez.

2. Sed aduersus illum insurgit nouissimè Basilius Pontius de *matrim.* lib. 4. cap. 15. num. 3. vbi docet, eum qui particeps fuit, aut confcius metus illati alteri, cum quo contrahit, non posse in conscientia resiliere, sed teneri obligatione expectandi voluntatem eius, qui vim passus est, & hoc secluso quouis damno. Et ratio est, quia iniustum est, vt ille contrahere cogatur inuitus: nam is qui coegit, vel coactionis particeps, aut confcius fuit, reuera iniustitiam commisit in personam; ergo remanet obligatio rescariendi, & cum rescari possit sine damno alterius, qui vim intulit, rescarienda est, stando scilicet contractui, si alius velit. Ad hoc autem non est necessaria iudicis sententia, cum ex iniuria illata nascatur naturalis obligatio reparandi, & ideo ante omnem iudicis sententiam, ea obligatione tenetur. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Sanchez. Nam in tali casu dicendum est, illum non teneri ratione delicti in poenam, neque ratione obligationis matrimonij, cum nulla ibi sit obligatio matrimonij: sed teneri, quia ratione iniuriae illatae confurgit in illo alia naturalis obligatio restaurandi in eodem genere, cum possit. Nec verò hæc censenda leuis iniuria, sed grauis, cum in ea coactione committatur peccatum mortale, parque est, in eo casu vir, & femina.

At his non obstantibus, puto sententiam Sanchez probabilem esse, & illam tueri nouissimè Villalobos in *summa* tom. 1. tract. 13. difficult. 37. n. 5.

## RESOL. CXXXVIII.

*An matrimonium ex leui metu contractum valeat in  
naturali, & positiuo?  
Et quid, quando verè ita extorquet consensum, vt  
sine eo metu non fieret? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 229.  
alias 230.*

§. 1. **A**ffirmatiuè communiter respondent Theologi, & Iurisperiti, quos citat, & loquitur Sanchez de *matrim.* tom. 1. lib. 4. disp. 17. num. 2. Rebellius lib. 2. quest. 11. sect. 1. concl. 3. Pontius de *matrim.* lib. 4. cap. 18. n. 2. Villalobos in *summa* tom. 1. tract. 7. difficult. 37. n. 5. & alij. Et ratio est, quia qui operatur ex metu leui, non dicitur neque vi, neque metu cogeri, nam habet in sua potestate sufficiens precipium, quod debet metum repellere, cum operatur imprudenter; imprudentiam autem, cum vitium sit, potest illam expellere. Ergo, qui cum adeo facile ex eo metu liberari possit, non se liberat, iure optimo censetur liberè operari.

2. Non reticcam tamen, aliquos asserere metum leuem reddere matrimonium nullum, quando reuera ita extorquet consensum, vt sine eo metu non fieret, & ita tenet Gabriel in 4. disp. 29. q. 2. art. 2. concl. 4. Nauarrus in *summa*, c. 17. n. 29. & cap. 22. n. 11. Couarruuias part. 2. c. 3. §. 6. n. 4. & alij, quos refert Sanchez *vbi supra*, n. 4. vbi fateretur hanc sententiam esse probabilem, & pro illa adducit multas rationes, icet eas soluat Pontius n. 5.

## RESOL. CXXXIX.

*An metus grauis à lege in se inuissus irritet matrimonium, si Iudex, verbi gratia, intendat delinquentem cogere per illum metum ad contrahendum?  
Et pro praxi huius questionis adduuntur speciales casus.*

*Et deducitur validam esse professionem, dum vir minatur mortem uxori in adulterio reperi, nisi Religionem profiteatur, quando minatur mortem auctoritate Iudicis instigendam, secus vero si minatur propria auctoritate.*

*Etiamsque inferitur, si quis minaretur reu, verbi gratia, latroni in istam accusationem, nisi certum contraheret matrimonium, id valere.*

*Et tandem queritur, an quando cogens fuit particeps culpa metus alteri illati, maneat obligatus ad non resiliendum, & teneatur postea contrahere cum coactio, si velit? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 17.*

§. 1. **N**egatiuè respondet Sanchez de *matr.* lib. 4. disp. 13. num. 6. & 7. Sed contrarium sententiam prorsus tenet Texeda in *Theolog. mor.* tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 10. num. 35. Probat ex cap. *Veniens, et secundo, de sponsal.* vbi expressè deciditur, matrimonium validum non esse, ad quod contrahendum pater coegit iuuenem, quem cum propria filia in lecto cubantem inuenit: eo casu pater inuenit in lecto coegit, etsi iuuenis ille dederit causam coactionis, & præbuerit contra se inquinamentum, & fuerit in culpa totalis damni tam puellae illati, quam patri; imò magis patri, quam puellae fuit damnus illud illatum, non solum circa honorem, sed circa dotem, quam tenetur pater addere, eo quod filia corrupta sit. Secundò, quia coactio ideo irritat matrimonium, quia aufert plenam consensum liberatam: ex matrimonio enim coacto infelices sperantur filios: sed non minus libertatem aufert, quando metus à le-

ge iuste incutitur, ac iniuste: ergo, sicut metus iniuste incussus matrimonium vitiat, eodem pacto illud vitiat metus iuste à lege oblati.

2. Scio tamen, præfatum Sanchez cum aliis respondere, solum metum, & coactionem iniuriosam tollere plenariam libertatem ad matrimonij valorem necessariam: & ided ad argumentum negat rationis paritatem, quia metus à lege iuste incussus est metus ab intrinseco præconceptus in ipso perpetrato delicto, atque aded metum passo nulla irrogatur iniuria. Vnde asserit, quod si Iudex delinquenti ad mortem condemnato liberationem offerat, si nubat filia suæ, alioquin infallibiliter mortem fore subitum; matrimonium esse validum. Sed contrarium dicendum est: quia, licet Iudex ius habeat puniendi delinquentem, & pœnam mortis infligendi iuxta tenorem legis, & ipse reus ob perpetrata scelera, lata contra eum sententia, illam pati teneatur: at non habet ius cogendi illum ad matrimonium cum filia sua incundum, & ided metus ille, respectu matrimonij extorquendi, ab extrinseco est, tollens prorsus libertatem necessariam ad valorem matrimonij.

Sup. hoc in Ref. præterea annot. §. vi.

3. Dices cum Sanchez: Si dux militi atrox crimen perpetranti offerat libertatem, si filiam eius, aut sororem ducat, aut si contrahat cum tali femina, neque infert metum, neque causam metus dedit, sed solum offert metum iam iniuste præconceptum, & vice pretij exposcit matrimonium: cum lege iustitia non teneatur militi suam operam, & liberationem præstare: ergo matrimonium ita ex metu isto initum est validum, cum sit metus ab intrinseco, imò est ablatio metus, quem iuste ex delicto perpetrato miles conceperat. Respondetur, nihil argumentum probare, & ex dictis manere solum: nam, quamvis Dux possit punire militem, & miles teneatur subire punitionem, & pœnam; non tamen potest compellere illum, ut filia suæ nubat, neque matrimonium oblatum collocatur vice pretij liberationis, ut malè opinatur Sanchez: quia est alterius generis, & rationis, in genere matrimonij: nam ad Ducem, vel Iudicem solum spectat infligere pœnam, & punire delictum causa comprobata, & sententia lata; non verò cogere voluntatem ad matrimonium contrahendum, ad quod requiritur maxima in contrahente libertas, cuius Iudex non est Dominus. ] Hucusque Texeda contra Sanchez.

4. Sed opinionem Sanchez puto satis probabilem, quam tucet nouissimè Pater Perez de matrim. disp. 17. sect. 16. num. 6. & sequent. quem videbis. Et ided ego puto contra Texedam cum Sanchez, quod si Iudex capto iuste, mortemque timentis, vitæ condonationem promittat, si ducat ipsius Iudicis filiam, aut aliam feminam, alioquin ei mortem iuste inferendam comminetur, valere matrimonium. Et ratio est: quia eo euentu metus non iniicitur ad matrimonium ineundum; sed iam conceptus auferitur, traditurque modus euadendi periculum: vnde, si iura eo casu illud irritarent, petulantiam omnem viam salutis præcluderent, cum tamen intendant ei succurrere. Vnde, licet demus, eo casu Iudicem non iuste procedere in ea promissione, quin fiat vlla delicti compensatio: attamen, cum metum patienti præbeat modum, quo possit vitæ periculum effugere, quod aliter, quam contrahendo matrimonium nequit vitare; ided valebit matrimonium. Vnde ex his infero primò, validam esse Professionem, dum vir minatur vxori in adulterio reperte mortem, nisi Religionem profiteatur, quando minatur mortem autoritate Iudicis infligendam, quia est metus ex iusta lege, & causa incussus: secus verò si minaretur propria autoritate mortem illi infligendam, non enim valeret;

quia iniuste illi metus incuteretur. Secundo, si quis minetur reo, v. g. latroni iustam accusationem, nisi certum contrahat matrimonium, id valere: quia non est metus viri constantis ab alio incussus iniuste.

5. Verùm hæc obiter obseruo, controuersiam esse, an, quando cogens fuit particeps culpæ metus alteri illati maneat obligatus ad non resiliendum, & teneatur postea contrahere eum coacto, si velit. Affirmant cum multis Doctoribus Basilius Pontius lib. 4. cap. 15. & Coninch disp. 28. dub. 1. num. 7. Primò, quia cogens intulit iniuriam coacto, quam refarcire tenetur, & nequit aliter, quam stando contractui matrimoniali, si coactus velit: ergo ad id tenetur. Firmatur: quia ad id non est necessaria Iudicis sententia, cum ex iniuria illata nascatur naturalis obligatio reparandi; & ided ante omnem Iudicis sententiam ea obligatione tenetur.

Sup. hoc supra lege doctrina Ref. 137 per totam.

6. Mihi verò magis placet opinio negatiua, quam tucet Sanchez lib. 4. disp. 15. num. 5. Ochagavia de Sacram. matrim. tract. 3. quest. 30. & Hurtadus disp. 6. diff. 4. num. 26. Quia non tenetur cogens in pœnam iniuriæ coactione illatæ, quia nullo iure talis pœna statuta est: neque tenetur, ut eam iniuriam refarciat; quia seclusis aliis damnis extrinsecis inde sequutis, iniuria illa ratione sui non exigit recompenationem, (aut saltem non exigit tantam) imò ex sua natura non est refarcibilis; neque tenetur ex eo, quod consensum præbuit, quia ex consensu præstito in contractu mutuo non manet quis obligatus, nisi quando alter etiam obligatur: in nostro autem casu coactus non obligatur: ergo neque qui ad matrimonium cogit, manet obligatus ad denuò contrahendum, nisi quando ex matrimonio coacto sequutum est aliud damnum extrinsecum, quod nequit aliter refarciri, & est aded graue, ut ob eius recompenationem non iudicetur rigidum ad tantum obligati.

RESOL. CXL.

An si iudex secundum allegata iniuste cogat ad matrimonium, licet à parte rei illa coactio sit iniusta, adhuc tamen matrimonium illud sit validum? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 26.

§. 1. **A**ffirmatiuè responder Sanchez to. 1. lib. 4. disp. 13. num. 8. vbi sic ait: Aduerto, non tantum valere matrimonium, quando Iudex iuste reuera, & à parte rei compellit ad illud; sed etiam quando iniuste secundum allegata, & probata: v. g. aliquis fidem dedit de matrimonio feminae, quæ postea fornicata est, quod cum probare nequeat, sponsus compellitur illam ducere, quamuis secundum rem hæc compulsio sit iniusta, cum ille, ratione fornicationis, esset ab obligatione sponsalium liberatus: quia tamen est iuridica, & iusta, secundum allegata, & probata non vitiat matrimonium: non enim est credendum, ius canonicum, quod in hoc casu compelli præscribit, velle, ut ea compulsione matrimonium irritetur. Et è contra intelligo non valere, si Iudex iniuste secundum allegata cogat, quamuis in re iustum esset: quia est iniuria. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. à medio vsque in finem.

2. Sed aduersus illum insurgit Texeda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 10. num. 41. & putat tale matrimonium sic initum, esse nullum. Primò, quia huiusmodi sponsus secundum rei veritatem, iniuste compellitur, cum ratione fornicationis sponsa liber omnino sit re ipsa ab obligatione contrahendi: ergo, si contrahit, coactus contrahit, & coactio illa in interiori conscientia foro extrinseca est, tollens ab illo libertatem. Secundo, quia metus ille est ab extrinseco illatus, & re ipsa iniustus, cum sponsus innocens nullo modo dederit causam co-



potest, non magis quam domus vendi non potest ab eo, qui domum non habet.

2. Deinde hanc sententiam Sixtus V. in Bulla edita 1587. aperte videtur definire, nam ibi declarat matrimonia cum spadonibus, vel eunuchis proflus euitatis, seu utroque testiculo carentibus cum quibuslibet mulieribus, seu defectu prædictum ignorantibus, seu scientibus, esse, semperque fuisse irrita.

3. Sed his non obstantibus Basili. Pontius inter Theologos recentiores doctissimus lib. 7. de matrim. à cap. 55. usque ad 59. affirmatiuam sententiam tenet & probat, neque iure naturali, neque iure Ecclesiastico supradicta matrimonia cum impotentia perpetua inita in ordine ad castitatem viuendum, & sine ordine ad copulam esse prohibita, & adducit pro hac sententia Paludanum, D. Antonin. Veracruz, Petrum Scotum, Medinam & Magistrum sententiarum, & illam etiam probat ex D. Thom. & responder ad argumenta contraria, & ad Bullam Sixti V.

4. Probatur hæc opinio, quia id, quod ad essentiam contractus matrimonij requiritur, tantum est quod sit mutua coniunctio animorum in naturalem vitæ societatem cum diuersitate sexus; & sed totum hoc in matrimonio impotentium celebrato ad castitatem viuendum reperitur: ergo illud est verum legitimumque matrimonium. Tota difficultas est in maiori propositione, quam probare conabor. In primis ex generali ratione contractus in quo est traditio dominij, non repugnat matrimonium esse sine vilo proflus ordine ad copulam ex illo generali principio, passimque recepto, vbi dominium distinguitur ab vfu. potest esse contractus circa materiam dominij sine ordine vilo ad vsum, & etiam si aliis deficiat vsum; tam enim vsum, quam dominium potest esse vnumquodque separatim integra materia contractus. Ex quo fit corpus generationi aptum non esse necessariam materiam huius contractus. Sic enim aptum corpus necessaria materia proculdubio propter liberorum procreationem esset, quorum enim illo sine secluso requireretur. Hic autem non est necessarius finis; eo ergo sublato, & matrimonio propter alium finem celebrato, quid indigemus apto ad generandum corpore. Itaque concomitabitur tantum contractum aptitudinem hæc si forte fuerit in contrahente, non erit necessaria.

5. Deinde confirmatur, nam commune est omni Sacramento nõ consistere si defuit materia ad illud necessaria, nec Baptismus sine aqua, Eucharistiam sine pane & vino, Pœnitentiam sine peccatis & dolore, Vnctionem sine oleo, &c. Nec ergo matrimonij sacramentum consistit sine necessaria materia, atque ideo sine corpore apto ad generationem, si illud est materia, quam necessariò postulat; sed omnium sententia certum est superuenientem impotentiam perpetua non dissolui matrimonium; ergo non est necessaria materia ad matrimonium corpus aptum generationi, & licet aliqui disparitatem rationis in hoc conentur assignare, tamen Pontius omnes eorum responsiones elidit, & probat suam opinionem cum multis aliis rationibus, & ex cap. consultationis, &c. requisisti, de frigid. & malef. & respondet, vt dixi, ad omnia argumenta contraria, & ad Bullam Sixti V. ex quibus apparet hanc affirmatiuam sententiam esse satis probabilem, licet contraria negatiua, quam ego teneo, sit communior & probabilior, & illam præter DD. citatos tenet etiam Syluius in addit. ad 3. part. D. Th. q. 58. art. 1. queritur. 2. Villalob. in sum. to. 1. tract. 4. diff. 18. num. 20. Rebellius part. 2. lib. 3. q. 16. scilicet. 1. v. 2. & Ludouicus de san luan in summ. tom. 1. de Sacram. matrim. quest. 6. art. 15. dub. 1. conclus. 1.

## RESOL. CXLIII.

An matrimonium in initio sub conditione honesta per verba de presenti, vt contraho tecum, si Pater tuus voluerit, adueniente conditione efficiatur validum absque alio nouo consensu?

Sed notatur, quod stando in prima sententia affirmatiua requiritur, vt conditio adimpleatur coram Parocho, & testibus, vel vt Parochus, & testes cognoscant conditionem esse adimpletam?

Sed ex contraria sententia inferitur, si post euentum conditionis ante nouum consensum præstitum, alter aliud contrahat matrimonium, peccare quidem contra fidem præstitam, at validum esse matrimonium, quia prius tantum habebat vim sponsalium?

Etiamsque deducitur, si duo consanguinei contrahant coram Parocho, & testibus per verba de presenti sub conditione, si Papa dispensauerit, non esse matrimonium absque nouo consensu post obtentam dispensationem? Ex part. 3. tr. 4. Res. 290. alias 291.

§. 1. Circa præsentem questionem pugnant inter se Canonistæ, & Theologi, & cum Canonistæ tenet Coninch de Sacram. disp. 29. dub. 1. concl. 3. num. 11. Sanchez tom. 1. lib. 5. disp. 8. num. 5. & Syluius in 3. part. quest. 43. art. 1. queritur 1. concl. 7. sicut Theologi, quia ceteri contractus conditionales, adueniente, & impleta conditione absque nouo consensu purificantur, vt patet l. hæc venditio, ff. de contrab. empt. in illis verbis, Conditionales venditionis tunc perficiuntur cum impleta fuerit conditio. Ergo idem dicendum est de matrimonio. Hinc inferitur matrimonium aliàs contractum post prius conditionale, & impletam iam conditionem esse inualidum; quia per implementum conditionis prius matrimonium omnino firmum fuit. Et hanc Canonistarum opinionem cum Petro Ledesma de matrim. quest. 47. art. 5. dub. 7. principali, concl. 1. valde probabilem esse existimo.

2. Attamen mihi magis placet contraria sententia Theologorum, quos citat Sanchez vbi supra n. 3. quibus ego addo Basilius Pontium de matrim. lib. 3. cap. 14. num. 25. & ex Canonistis Augustinum Barbosam in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 5. cap. 5. num. 7. Gutierrez de matrim. cap. 81. num. 8. Et ratio est, quia forma illa contrahendi tantumdem videtur valere ac si fieret per verba de futuro, vt patet ex cap. super eo, de condit. appof. Deinde confirmatur, quia nullum Sacramentum pendere potest à conditione de futuro, vnde si dicas: Ego te absoluo vbi primum restitues, nihil efficis. Ergo, &c. Ceteras rationes videbis apud Pontium vbi supra.

3. Vnde ex his infero contra Doctores primæ sententiæ, si post euentum conditionis ante nouum consensum præstitum alter aliud contrahat matrimonium, peccare quidem contra fidem præstitam, at validum esse matrimonium, quia prius tantum habebat vim sponsalium. Ita Sotus in 4. dist. 29. q. 2. art. 1. post concl. 3. verb. si arguitur ad id. Secundò inferitur contra Sanchez vbi supra num. 26. si duo consanguinei contrahunt coram Parocho, & testibus, per verba de presenti, sub conditione, si Papa dispensauerit, non esse matrimonium absque nouo consensu post obtentam dispensationem Papæ. Gutierrez de matrim. cap. 71. num. 10. vide etiam Comitolium lib. 1. quest. 21. num. 5.

4. Dicendum est igitur secundum opinionem Theologorum, matrimonium de quo est questio, non effici validum post adimpletam conditionem, absque

Vt melius & facilius & tota doctrina huius Ref. terminetur, lege prius supra doctrinam Ref. 19. per coram, & Ref. 25. figmanter à §. Et dato.

absque alio nouo consensu, sed transire, & habere tantum vim sponsaliorum.

5. Non reticebo tamen hic apponere sententiam mediam, quam tenet Rebellius *part. 2. lib. 2. q. 10. sect. 6. num. 44.* asserens quod si contrahentes expressè pacifcantur, aliisque signis declarent, se velle, vt adueniente conditione, matrimonium statim fiat, si in eodem consensu saltem virtuali permanent, probabile est sine nouo consensu matrimonium fieri. Ita Rebellius.

6. Notandum est tamen, quod etiam stando in prima opinione requiritur, vt conditio adimpleatur coram Parocho, & testibus, vel vt Parochus, & testes cognoscant conditionem esse adimpletam. Ita Coninch, & Rebellius *vbi supra*, cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 5. cap. 22. n. 8.* quidquid in contrarium asserat Sanchez *loco citato, n. 24.*

## RESOL. CXLIV.

*An vnus promittat matrimonium, & alius acceptet, non tamen repromittendo, maneat promittens obligatus?*

*Ex quo alij quatuor casus deducuntur circa promissionem matrimonij, & sponsalium? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 243, alias 244.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. dist. 5. num. 12.* vbi sic ait. Quando matrimonij promissio fit gratis, & liberatè, tunc altero acceptante promissionem, nec repromittente, solus promittens obligatur, quod si aliter post acceptationem diu ditulerit repromissionem, & matrimonium perficere, censetur contemnere: atque ita qui promissit, manebit liber ex tacita remissione, quia cum promissio matrimonij mutuum ex se repromissionem exigat, vt alter se ei mutuo tradat in compensationem, & obliget.

2. Sed contra illum stat Basilius Pontius *de matrim. lib. 2. cap. 4. num. 2.* vbi sic ait. Ego existimo nunquam esse posse promissionem futuri matrimonij gratuitam, & sine conditione repromissionis, & ex consequenti, si vnus promittat, neque alter repromittat tacitè, vel expressè, neutrum obligati: & affert rationem ex Gabriele Vasquez *in 3. part. tom. 4. dist. 4. de matrim. cap. 3. num. 33.* quia contractus matrimonij est instar contractus cuiusdam commutationis, & necessariò in se continet mutuum obligationem vtriusque, ita vt nemo velit, nec velle possit se tradere, nisi sub conditione, vt alter se ei mutuo tradat in compensationem, & obliget.

3. Ex his multa colligit Pontius contra Sanchez. Primò, promissionem futuri matrimonij non obligare ante acceptationem, neque ex iustitia, neque ex fidelitate. Secundò, sponsonem matrimonij factam infanti fauore illius non esse firmam, vel ratam, neque expectandum tempus, donec ille velit repudiare, vel acceptare. Tertio, promissionem matrimonij etiam absenti fieri posse, neque in hoc seruari stipulationis solemnitas: attamen antequam acceptetur ab absente, posse reuocari, & non obligare; nec posse stipulari aliquem pro alio in hac promissione, ita vt recedere non liceat promittenti. Vnde non satis est, neque pater, neque mater, neque frater, neque soror, neque alij ad acceptandum eius nomine. Quarto, si viro promittente matrimonium eam promissionem fœmina acceptet, contractum sponsaliorum valere, neque esse necessariam

aliam repromissionem, quia cum promissio matrimonij non sit nisi sub conditione repromissionis, neque esse possit ipso, quod aliquis acceptat, significat velle se in futurum contrahere, cum non possit aliter promissionem acceptare, quæ est de matrimonio futuro. Hæc omnia Pontius aduersus Sanchez, sed quia fuerunt viri doctissimi, saltem ex principijs extrinsecò, vni quique suam opinionem efficit probabilem, & tutam in praxi.

## RESOL. CXLV.

*Difficilis est illa questio, an si quis inuoluit contractum ob defectum consensus, vel cum impedimento iuramento, obienta dispensatione, teneatur iterum consentire ante Parochum & testes? Ex part. 2. n. 15, & Misc. 1. Ref. 5.*

§. 1. **A**liqui affirmatiuè respondent apud Sanchez & Ceuallos *vbi infra*, & nonnulli alij docuit hanc sententiam Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 6. n. 5.* Ioan. Gutierrez *tract. de matrim. cap. 76. num. 32.* Pet. Cenedo *in suis practiciis questionibus quæ 30. n. 11.* & in *Collectaneis ad Decretales, Collect. 8. n. 4.* Spino *in speculo iustitiam gl. 15. princ. n. 6.* Etæ *de cetera cetera l. xv. Paul. Comitulus in suis responsis, moral. lib. 1. quest. 120. n. 3.* & *quest. 122. n. 10.* qui aliter de hac controuerfia dedisse litteras ad Patrem Stephanum Tuccium Romanæ Penitentiarie Rectorem. Et cum confuleret se Pater Clementem VIII. Pontifex affirmatiuè respondit. Quare, addit Comitulus post Apostolicæ Sedis adiudicationem, tenuit esse amplius integrum de hac re secus opinari, & non solum autoritate, sed etiam rationibus fauente hæc opinio. Nam Concilium Tridentinum absolute docet, matrimonia non posse validè contrahi, nisi coram Parocho & testibus. Ergo sublato impedimento requiritur etiam præsentia Parochi & testium, quando denuò celebratur matrimonium, cum tunc vetè contrahatur. Nec valet dicere quod ex hac opinione sequerentur multa incommode, præsertim scandalum, nam in tali casu non debent contrahi, sed petere dispensationem à Pontifice contrahendi sine præsentia Parochi, & testium ratione scandalii.

2. Verùm contraria sententia probabilior est, & illam in praxi sæpius consului, quam amplecti sunt, Andr. Victor, mutans sententiam *in Notis ad Manuale Martini Nauarri cap. 22. num. 70.* Franciscus Syluius *in addit. ad 3. part. D. Thom. quest. 45. art. 2. quest. 2. concl. 4.* Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. dist. 37. num. 3.* Possesius *de officio Curati, cap. 10. n. 24.* Rebellius *de oblig. iust. part. 2. lib. 3. quest. 9. part. 3. & 6.* Egidius de Coninch *de Sacram. dist. 14. d. 10. num. 83.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 3. cap. 23. num. 183.* & Bonacina *de matrim. quest. 2. part. 3. num. 5.* & 6. præter Doctores, quos ipse citat, & Sanchez *vbi supra*.

3. Dico igitur, quod non teneatur iterum coram Parocho & testibus contrahere, qui semel coram eisdem contraxerunt, inualide tamen ex defectu consensus, vel occultum impedimentum dimissis, sed satis erit, quod rursus secretè vetè conscientiam, impetrata prius dispensatione impedimenti, nihil periculum sit, vt delegatur ab aliquibus impedimentum, & probetur in foro externo; tali enim periculo existente, celebrandum iterum est coram Parocho & testibus, maxime si ipse tale impedimentum nosset, quantumcumque alias esset occultum, quia cum ipsis constet in foro Ecclesiæ matrimonium esse nullum, non sunt testes valoris, sed nulli-



tatis matrimonij. Ita DD. citati. Ratio nostra conclusionis est, quia hic casus ceterum ipso exceptus, nec comprehensus in generali Concilij Decreto. Nam, secundum mentem Tridentini in illo loco, illud solum matrimonium dicitur clandestinum quod non potest probari in facie Ecclesie esse contractum: sed id, de quo agimus, non est tale, quia eodem modo potest probari in facie Ecclesie contractum, quo alia omnia. Ergo ex mente Concilij, nec clandestinum, nec irritum erit.

4. Restat modo respondere ad argumenta Comitoli. Ad primum dico, de illa responsione Clementis VIII. non constare authenticè, vel Summum Pontificem tunc respondisse, tanquam priuatum Doctorem. Ad secundum responderet, negando, tale matrimonium esse omnino nullum, nam fuit quidem validum secundum externam apparentiam, & quoad presumptionem Ecclesie ignorantis impedimentum, in cuius facie contractum est. Ergo sufficit tantum renouare consensum, & non adhibere presentiam Parochi & testium, quia fuerunt presentes externo contractui, & eorum presentia requiritur, quando matrimonium contrahitur secundum omnes partes, non verò quando suppletur aliquis defectus occultus. De hac tota questione vide etiam Zambanum in suis decisionibus casuum conscientie, cap. 7. dub. 2. & Ricium etiam in suis decisionibus, part. 1. decis. 98. & Hieronymum Cevallos in speculo aureo opinionum commun. quest. 604. n. 28.

RESOL. CXLVI.

An matrimonium nullum ratione consensu ex parte vnus reualidetur postea, si ipse solus consentiat? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Res. 87.

§. 1. **Q**uædam mulier nulliter ex parte consensu matrimonij inuit, post multum verò temporis copulam cum viro habuit, & intra se animum etiam habuit perficiendi matrimonium, post paucos verò dies amplius cum viro commisceri noluit, sed cum dicta mulier postea verè cum alio contraxisset, cum confiteretur, scilicet illa Confessarius quoddam tempore primi matrimonij in illud postea, ut dictum est, consensit, & cum viro copulam affectu maritali habuit, vnde noluit Confessarius illam absolueret, quæsierunt tunc à me quid faciendum?

2. Respondi quod pro Confessario, & validitate primi matrimonij stat doctrina Sanchez tom. 1. lib. 2. disp. 32. num. 12. quam ego sequutus sum in 3. pari tract. 4. resolut. 292. cui etiam adde Coninck de Sacram. disp. 24. dub. 10. Henriquez lib. 11. cap. 10. & alios penes ipsos. Probatur hæc opinio, quia consensus illius, qui verè, & legitime consensit, perseverat habitualiter, ergo adueniente consensu illius qui fidei consensit, reualidatur matrimonium.

3. Sed contrariam sententiam non minus probabilem esse iudico, quam tuetur Basilius Pontius de matrimonio lib. 4. cap. 24. & 25. & Gaspar Hurtadus de matrim. disp. 3. diff. 19. & 10. asserentes non sufficere, quod ille, cui defuit consensus verus, & legitimus, de nouo consentiat, sed necessarium esse, quod uterque de nouo consentiat. Et ita respondit Clemens VIII. Reçtori Romane Penitentiariæ Societatis. Ratio est, quia scilicet consensus illius, qui verè & legitime consensit, cessat omnino adhuc habitualiter permanere statim, ac alter fidei & illegitime consensit, quia qui verè consensit tantum, consensit saltem implicite vsque ad tempus, in quo alter fidei, aut illegitime consensit, & non ad ulterius, & longius tempus, quia iam omnino superfluum

iudicat, aut saltem, ex quo alter fidei, aut illegitime consensit, absque dubio qui verè & legitime consensit, defisit ab eo consensu, seu intentione, & voluntate contrahendi quia credit contractum iam esse perfectum, ergo ut reualideret de nouo contractus matrimonij, necessarium est utrumque iterum de nouo consentire, ac proinde etiam, quod uterque de nouo exterius exprimat consensum; quia nemo antiqua expressione exprimit nouum consensum, sed hoc non accidit in casu, de quo loquimur, ergo, & ideo probabiliter consului potuisse supradictam mulierem absolui, & in secundo matrimonio relinqui.

RESOL. CXLVII.

Virum ad reualidandum matrimonium fidei contractu, sufficiat adhibere consensum post longum tempus.

Et notatur, quod licet in contrahendo matrimonio non sit necessarium consensum vtriusque coniugis simul tempore prestari, tamen exigitur similitas moralis, ita ut non magnum intervallum inter vnus & alterius consensum distet, magnum enim intervallum est, quando annus intercedit. Ex part. 3. tract. 4. Res. 291. alias 292.

§. 1. **D**E hoc casu olim interrogatus fui, nam quidam coram Parocho, & testibus, fidei matrimonium contraxerat, post autem decem menses verè, & ex animo contrahere volebat, quæsiuit à me, an post illud longum tempus sufficeret adhibere consensum, in scia neque de nouo consentiente vxore. Et tunc respondi affirmatiuè cum Sanchez tom. 1. lib. 2. disp. 32. n. 12. & 13. vbi sic ait. Tertiò inferitur, satis esse fidei, vel metu consentiens potest verè assensum præbeat, quocumque temporis spatium interiecto, quia quando vnus adfuit consensus, oportet alterum absque longa mora consentire, ut prior consensus virtute maneat; in nostro casu, non tantum virtute, sed actu, & formaliter semper manet, cum semper qui verè consensit, æstimet valere matrimonium, & alterum habeat coniugem, petens, & reddens debitum. Nec opus est, ut iterum coram Parocho, & testibus celebretur hoc matrimonium, quia id est necessarium, quando omnino celebratur matrimonium, hæc autem tantum suppletur defectus interni consensus, vel alius defectus occultus, & iam externo contractui asserunt Parochus, & testes. Ergo, &c. Ita Sanchez, & alij penes ipsum, quibus ego addo Gutierrez de matrim. cap. 46. n. 14.

2. Notandum est tamen hæc obiter, quod licet in contrahendo matrimonio non sit necessarium consensum vtriusque coniugis simul tempore prestari, tamen exigitur similitas moralis, ita ut non magnum intervallum inter vnus, & alterius consensum distet, magnum verò intervallum Bartholomæus Ledesma de matrim. dub. 15. putat esse, quando annus intercedit, Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 6. quando biennium intercedit. Sortis verò in 4. sent. dist. 27. quest. 1. art. 3. vers. sed alia hinc nascitur, & Lopez in instr. part. 2. cap. 39. §. quando septennium. sed melius Petrus de Ledesma de matrim. quest. 45. art. 3. dub. 2. asserit hoc prudentis arbitrio relinqui, attentis particularibus circumstantiis. Verum super hoc vide, si liber, & Gidium Coninck de Sacram. disp. 24. dub. 7. per totum.

RESOL. CXLVIII.

An qui fidei contrahit matrimonium, iterum teneatur verè, & ex animo contrahere?

Sup. hoc lege doctrinam Res. præterita.

Sup. hac in scia, &c. infra in Res. 177. §. vlt. sed lege eam per totam, & si liber lege supra doctrinam Res. 145.

Que nonc hanc sequetur, & infra in §. vlt. Resol. 177.

Et quid, si sit longe disparis conditionis in Nobilitate, aut diuitiis, quando re vera nullum signum adfuit, quo iudicari posset non serio promitti præter disparitatem?

Et cur sim docetur, quod deceptor ad matrimonium non obligatur in multis casibus; & in §. ultimo huius Resolutionis quinque casus assignantur pro praxi: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 246. alias 247.

§. 1. **N**egative respondet Martinus Ledesma 2. 2. *quest. 47. art. 4.* nec multum ab illo differt Thomas Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 11. num. 5.* docet enim si nullum damnum sequitur feminae, cum qua quis fidei contraxit matrimonium, non tenetur iterum contrahere; secus tamen si damnum sequitur, vel infamia, vel, quia aliud iam inire non potest, nisi forte sint disparis conditionis, putat enim ex nullo contractu cum fictione celebrato obligationem oriri, nisi ratione alicuius damni illati, non verò ex vi contractus.

2. Sed hanc sententiam refellit Basilius Pontius *de matrim. lib. 2. cap. 5. num. 5.* ubi sic ait. Mihi videtur, fidei contrahentem iterum teneri verè ex animo contrahere, quo quidem ita certum existimo, ut iudicem oppositum probabilitate caterineque vllum alium quam Martinum Ledesmam pro se citare potest Sanchez, vnde meritò improbabilem censet Ledesma *quest. 45. art. 4. dub. 5.* & indubitatum Petr. Soto *lib. 1. de matrim. §. primum igitur*; tenet eam Sotus *in 4. dist. 27. quest. 1. art. 3.* qui omnium esse fateatur, olim tenit Ioan. Maior *in 4. dist. 27. quest. 1.* Petrus Gregorius *lib. 9. syn. cap. 5. num. 6.* quia si opinio contraria admitteretur, latissima aperiretur via hominibus sceleratis ad decipiendas sæpe feminas, si semel sibi persuaserint non teneri ad contrahendum. Ita Pontius, qui alias validissimas rationes adducit, ad hanc sententiam confirmandam, & *num. 18.* infert contra Sanchez, ita fidei contrahentem teneri iterum ad verè contrahendum, etiam si sit longè disparis conditionis in nobilitate, aut diuitiis, quando reuera nullum signum adfuit, quo iudicari posset non serio promitti, præter disparitatem; disparitas enim illa conditionis non est argumentum huiusmodi doli, atque fictionis.

3. Sed licet hæc omnia dicta sint à Pontio satis solidè, & probabiliter, tamen sententiam Sanchez non puto improbabilem, ut ipse Pontius existimat, & ideo illam tenet nouissimè Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 13. diffic. 6. num. 2.* Layman *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 6. num. 1.* licet asserat, quòd compensatio damnorum plerumque alia ratione secundum æqualitatem fieri non potest, nisi de nouo verè contrahatur.

4. Nota etiam cum Layman *ibid.* qui citat Syluestrum, Ledesmam, Henriquez, & Vasquez, quòd deceptor ad matrimonium non obligatur in multis casibus. Primò si decepta pro virgine se falsò iactauit. Secundò, si ex tali matrimonio scandala, & infelices exitus timeantur. Tertio, si deceptor, ut dictum est, longè eminentiori statu positus sit. Quarto si decepta cognita deceptione, aliam damni compensationem sponte recipiat. Quintò, si deceptor aliud postea matrimonium, vero consensu contraxit.

### RESOL. CXLIX.

An qui fidei promisit matrimonium, & sub ea spe feminam cognouit, teneatur illam in uxorem ducere? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 32.

§. 1. **A**libi cum Lessio, & communi sententia Affirmatiuam sententiam docui. Non debet tamen hic adnotare Ioannem Prepositum, *part. D. Thom. quest. 9. de sponsal. dub. 4. num. 46.* per se loquendo, contrariam sententiam docere, sic enim ait. Deduci videtur, quòd etiam is, qui sub spe copulæ alicui fidei matrimonium promissit, etiam obtrata copula, non teneatur illam ducere (sposito scandalo, & damno), quòd aliter compensari non possit. Probatur, nam non teneatur ratione promissionis, utpote fuit nulla, nec ratione damni cum illud aliter possit compensari, quam per matrimonium, ut supponitur, & patet in ea, quæ vi est cognita, quam non tenetur in uxorem accipere, quæ vim intoluit, sed potest aliter damnum reuocare, sufficit ergo in casu nostro dare tali feminae, quantum moraliter requiritur, ut non censetur damnorum petiti, & ut censetur dari a quale rei ablatæ, quòd emittalis vir peccauerit decipiendo, non infert damnorum taliter irreparabile, quam per matrimonium, ergo non tenetur matrimonium inire ad illud reparandum, sed potest illud damnum iniuste per fidem promissionem illatum aliter compensare. Ita Prepositus. Sed in praxi non est recedendum à prima opinione, tanquam communi, quam etiam docet Valquez *in 3. part. tom. 4. dist. 6. de matrim. cap. 4. Meteus in 3. part. de Sacram. quest. 43. dub. 1.* & Ochaguius *de Sacram. tract. 1. de matrim. quest. 6. num. 5.*

2. Nota tamen quòd hæc opinio affirmatiua limitatur à Doctoribus variis modis, & Prepositus ubi supra aliquas limitationes adducit, illas in casu contingenti vide illas, & præsertim Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 12. diffic. 3. num. 3.*

### RESOL. CL.

Ad quid teneatur, si quis corruptis Virgines decipiendo illam sub promissione coniugij?  
Et cur sim docetur, quòd in multis casibus non teneatur ducere, & in textu huius Resolutionis adducuntur sex casus pro praxi prædicta diffinitiuè. Ex part. 5. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 81.

§. 1. **H**ic casus frequenter solet accidere, & respicitur, quòd si promittit coniugium sub ea spe, & conditione vltam corporis imperpetuum teneatur eam ducere, etiam si fidei promissit. In multis tamen casibus non tenetur ducere. Primò non solum si ipse longè sit nobilior, sed etiam si multo longè opulentior, & puella id scierit. Nam in his secundum aliquos etiam si non scierit, illas in casibus facile suspicari potest, virum simul late coniugium promittere, ut ea fruatur. Secundò si ex aliis coniecturis facile deprehendi poterat ipsam non sincere agere, ut verbis ambiguis vi, inconstanter loqui, nimis vi exaggerationibus, &c. Tertio si aliquod impedimentum legitimum interuenerit, ut si fiat eius affinis, si ducat aliam per verba de presentibus, si sacros Ordines suscipiat, si graue aliquod damnum, vel scandalum ex tali matrimonio sequeretur. Quarto si illam coniugium postea cum alio fornicari, & in hoc casu non tenetur illi alter satisfacere. Quintò si asserenti se virginem promissit nuptias ut ea poterit, & postea deprehendat non esse virginem. Sextò si putabat esse virginem, & in coitu deprehendat reuera non fuisse, quamvis ex eius verbis deceptus non fuerit, & in hoc casu non solum tenetur ducere, sed etiam probabilius est, quòd neque tenebitur pecunia compensare, quia ex vi promissionis solum obligatur ad eam ducendam, quæ obligatio

Pro parte aliquorum casuum huius §. lege infra doctrinam Resol. 351. per rotam, & vide etiam alias eius not.

obligatio cessat ex eo quod deprehendat non esse virginem; si verò sciebat non esse virginem, & promisi ei matrimonium fictè ad obtinendam copulam, ea secuta tenebitur illam ducere si ipsa velit; mihi verò placet contraria sententia, si non timetur infamia, quare sufficit compensare pecunia. Et hæc omnia cum suis rationibus inuenies apud Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 10.* & Lessium *lib. 2. cap. 10. dub. 3. per totam.*

## RESOL. CLI.

*An deflorator virginis sub spe coniugij teneatur illam ducere?*

*Et an, qui se virginem deflorauit, satisfaciatur constituendo illi dotem sufficientem ad supplendum defectum deflorationis?*

*Et an hoc à fortiori procedat, quando contrahentes sunt inæquales?*

*Et an qui fictè promisit, si in iudicio interrogaretur, an promiserit, non possit negare se promississe; vel an possit in tali iuramento vii equiuocatione negando promissionem, intelligendo ita vt teneatur, &c.*

*Idem est in aliis similibus.* Ex part. 1. 1. tit. 6 & Misc. 6. Ref. 55. alias 54.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius not.

§. 1. **R**espondeo quod Sanchez *lib. 1. disp. 10.* & Valquez *disp. 6.* docent, eum qui sub spe promissionis, quamuis tantum verbalis, deflorauit virginem, teneri determinate eam ducere in vxorem, & non satisfacere iuuando ad nuptias illi alias aequales. Primum, quia iste, quamuis solum verbaliter, verè tamen promisit sub conditione deflorationis, qua impleta fuit, ergo tenetur stare promissis. Secundò, quia iste verè intulit damnum virgini contra eius voluntatem, quæ solum consensit sub conditione promissionis matrimonij verè, & non fictè: ergo tenetur ex iustitia ad matrimonium, quia quamuis damnum deflorationis possit pecunia compensari, non tamen iniusta deceptio, nisi eam in vxorem ducendo.

2. Et ita hanc sententiam tenet Lessius, Valquez, & Molina, Cardinalis Lugo *de insit. tom. 1. disp. 2. 2. et act. 2. n. 20.* Hurtadus verò *de matr. disp. 1. diff. 1. 2. n. 45.* existimat prædictum teneri ex fidelitate ad eam ducendam in vxorem, quamuis sit multò nobilior, quàm illa: ex iustitia tamen ad id non tenetur, sed satisfacere, si damnum deflorationis recompenset, aut constitutione dotis sufficientis, aut aliter.

3. Ex quibus deducit Hurtadus, prædictum teneri tantum sub veniali ad ducendam virginem defloratam, quia tantum tenetur ad id ex fidelitate ratione promissionis verbalis: teneri tamen sub mortali si eam non ducat ad satisfaciendum damno deflorationis dote, aut aliter: quia ad id tenetur ex iustitia ratione damnificationis iniuste. Quod si omnino fictè promitteret, (id est si non proferret verba promissionis, sed simularet ea proferre) non tenetur ex fidelitate ad illam ducendam; quia non promisit verè adhuc verbaliter: teneretur tamen ex iustitia ad satisfactionem damni ratione damnificationis iniuste.

4. Sed his non obstantibus, satis probabiliter ego puto cum D. Antonino, Bartholomæo, Ledesma, Bonacina, quos citat, & sequitur doctissimus, & amicissimus Pater Martinus Petez *de matrim. disp. 2. sect. 3. num. 2.* cum qui sic virginem deflorauit, non teneri eam in vxorem ducere, sed satisfacere constituendo ei dotem sufficientem ad supplendum defectum deflorationis. Moueor, quia ille

nullam incurrit obligationem ratione promissionis, nam fuit ficta; & ex promissione ficta præcisè non oritur obligatio, vt constat ex superioribus; ergo solum ratione damni illatij; ergo si damnum sine matrimonio refarciri potest, vt verè potest dando sufficientem dotem, qua nubat viro sibi simili in qualitate, non est necesse, vt matrimonio refarciatur. Firmo: nam aliàs ex doctrina, & fundamento Sanchez apertè sequi videtur, eum, qui fictè promississet matrimonium fœminæ, sub conditione verè repromissionis, si fœmina repromitteret, teneri ex iustitia illum verè contrahere; quod tamen negat Sanchez. Quia, vel teneretur ratione promissionis, & hoc non, quia ficta promissio non obligat, vel ratione damni, & hoc etiam non, quia nullum secutum est, vt supponitur: ergo signum est, quod quando defloratur virgo ex ficta promissione, solum præcisè oritur obligatio, quia secutum est damnum. Nam si nullum esset secutum, nulla esset orta obligatio; ergo si damnum deflorationis refarciri potest dotando, vel augendo dotem, qua possit æquè bene nubere; ac si deflorata non fuisset, non teneretur eam ducere. Quod si accideret, vt in aliquo euentu tale damnum aliter euitari non posset ratione scandali, nisi nubendo; tunc teneretur per accidens stare promissioni, & complere sponsalia.

5. Et hæc sententia contra vtumque Pontium, Basilium, & Ioannem, ille *de matrim. lib. 1. cap. 2. §. unico num. 25.* Hic *in curs. Theolog. disp. 32. quest. 7. conclus. 3. num. 44.* à fortiori procedit, quando contrahentes sunt inæquales, vt si deflorator esset vir nobilis, etiam est non solum sub spe coniugij, sed etiam sub spe conditionata virginem deflorauerit. Et ita cum Corduba, & aliis tenet Perez, *vbi supra sect. 4. num. 3.* & Hurtadus *num. 48.* Negandum est igitur istam esse veram promissionem, & ideo non teneri nisi ad compensandum pecunia, vel alia re damnum illatum. Quia nec teneretur ad eam ducendam ratione promissionis, quæ fuit ficta, & inualida; nec ratione iniustitiæ, & iniuriæ illatæ; quia iustitia non obligat ad restituendum plus, quàm damnum æstimatur, sed damnum ablatæ dolo virginitatis non tanti æstimatur, ac virum notabiliter digniorem, eam fœminam ducere: ergo nulla ratione tenetur. Optima etiam est ratio, quàm adducit Sanchez quando in contractu est inæqualitas, fictè promittens non teneretur integrè implere, sed æquale reddere: sicut promittens meretrici valdè superfluum in sui corporis pretium, fictè tamen, non teneretur ex iustitia habere consensum reddendi nisi æquale. At in præsentis casu promissum matrimonium est multò inæqualius defloratione: non ergo tenetur ad id fictè promittens. Quare si eum si legitimum interuenit impedimentum, vt si vir sit sacris initiatus, ante, vel post deflorationem, vel matrimonio adstrictus, vel si aliquod graue damnum, aut scandalum ex matrimonio timeatur, satis erit damnum refarcire. Ita in præsentis.

6. Nota etiam hic obiter contra Basilium Pontium, *vbi supra cap. 2. num. 17.* dicentem, eum qui fictè promisit, si in iudicio interrogetur an promiserit, non posse negare se promississe: Contrarium iudico verius cum Nauarro, & aliis, quos refert, & sequitur Sanchez *disp. 10. num. 27. & 28.* Ratio est, quia non tenetur ille promissione, atque adeo, cum iudex roget, vt ad matrimonium debitum cogat, sensus interrogationis est, promissisti matrimonium, ita vt teneatis? verè ille respondet non promisi, intelligendo ita vt teneat. Idem dico quoties quis verè promisit matrimonium.

N n scd

sed non tenetur seruare fidem ob aliquam causam, ut quia altera fornicata est: potest enim iuramento negare promissionem, intelligendo, ita ut teneatur. Quod etiam intellige, quoties causa non implendi promissum non solum est certa, sed solum iudicio sapientum probabilis: quia tuta conscientia innitens opinioni probabili, potest se non obligatum existimare, atque adeo potest iurare se non promississe, ita ut teneatur. Torum id firmat Sanchez optimis exemplis, quidquid dicat Basilius, ut de illo interrogato à Iudice, an mutuo receperit nummos, quos iam verè non debet, qui potest iurare, se non recepisse, quia non recepit, ita ut nunc soluere teneatur: de Clerico, qui interrogatus, an portet aliquid, de quo gabellam debeat, potest iuramento negare, intelligendo, se nihil portare, ex quo gabellam debeat: de eo qui venit ex loco non infecto peste, quem tamen custodes falsò putant esse infectum; potest enim iurare, se ex eo non venire, intelligendo ex eo peste infecto, ut custodes rogare debent. Similiter ergo in presenti potest fictus promissor sub iuramento negare, se promississe, sub intellecta ea conditione non promissi, ita ut teneatur implere, quia ut iam probatum est, non tenetur.

## RESOL. CLII.

*Quis libidinis causa rapuit virginem, & adhuc in sua potestate existente, cum illa matrimonium contraxit, quaeritur, an fuerit validum?*

*Et notatur in Concilio Tridentino solum eam raptus speciem puniri, per quam vis inferitur puella, non autem parentibus: Vnde si illa consentiat, etiamsi rapiatur vim parentibus inferendo, validum erit matrimonium.* Ex p. 3. tr. 4. Ref. 260. alias 261.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. & in ro. 9. tr. 2. Ref. 244. §. 2. & seqq.

§. 1. **N**egatiuè respondet Emanuel Sà *ver. matrimonium. n. 9.* vbi sic ait: Inter raptorem, & raptam etiam alia causa, quam ut vxor ducatur, quando est in potestate raptoris, non potest fieri validum matrimonium. Ita ille, & ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem testatur.

2. At ego contrariam sententiam teneo, cum Sanchez *tom. 2. lib. 7. disp. 13. num. 4.* vbi asserit decreto Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 6. de reformat. matrim.* solum comprehendere raptum, qui sit causa contrahendi matrimonij; non item ad exercendam libidinem. Et hanc sententiam probabilem esse docet Coninch *de sacram. disput. 31. dub. 3. num. 48.* & pro ea adducit Mazilla aliam Cardinalium declarationem.

Sup. hoc in §. 1. not. prae-teritè.

3. Notandum est etiam hinc obiter contra Sà loco cit. Henriquez *lib. 12. cap. 14. n. 4.* & alios in dicto Concilio Tridentino solum eam raptus speciem puniri, per quem vis inferitur puellae, non autem parentibus. Vnde si illa consentiat, etiamsi rapiatur vim parentibus inferendo, validum erit matrimonium; nam intentio Concilij fuit per illud decretum succurrere liberati matrimonij, ne id mulier inuita contrahere cogatur, sed hoc non accidit quando illa consentit; ergo, &c. Ita hanc sententiam docet Sanchez *vbi supra, num. 3.* & probabilem putat Coninch loco citato, & tenet Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 8. num. 265.*

## RESOL. CLIII.

*An raptus, quo femina rapuit virum, dirimat matrimonium?*

*Et an raptus irritet etiam sponsalia? Et notatur, quod raptus, puella consentiente, parentibus tamen inuitis, non dirimat matrimonium, quammis contraheret tempore quo est in potestate raptoris.* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 83.

§. 1. **D**E hac quaestione olim mihi magna aetene Gallo, qui mordicus affirmatiuè sententia adhaerebat, quam praeter alios teneant tres aetatis notitiae inclyti Theologi, Pater Macratus *disp. 10. de matrim. sect. 2.* Pater Auera *de matr. quest. 12. sect. 3.* Pater Martinon *de sacram. tom. 5. disp. 76. sect. 5. num. 64.* quia Concilium voluit suo isto decreto consuetudinem libertati matrimonij, efficereque, ut non nisi libere contrahatur: qua de causa dicit idem Auctor sufficere consensum puellae, licet parentes dissentiant, & repugnent eius abductioni: quia Concilium non habuit rationem consensuum eorum, sed ipsius puellae abductae propter matrimonium. Atqui libertas matrimonij non minus violatur, si mulier rapta virum, quam si vir rapiat mulierem: & de veto consentis legis iudicandum est ex ratione verbis illis expressis, quae est velut ipsius anima: ergo, &c. Nec obest quod Concilium loquitur semper in genere masculino. Hoc enim facit, quia communiter raptus à viris contingit, & vix vnquam à feminis. In obest autem, & penalibus femininum eliditur sub masculino, quando ratio per legem expressa est, utque communis ac generaliter lex penalis extenditur ad alium casum similem in lege non expressum, propter similitudinem rationis lege satis expressa, ut docet Panormitanus *cap. Translatio, de consuet.* Et communiter iuris vtriusque interpretes. Confirmatur et *leg. vnica, C. de raptu virginum*, quae licet in masculino loquatur, tamen aperte significat feminas sub eo intelligi, & comprehendit penes contra raptorem ibi statutis, §. *Et si quidem, vers. panas, his verbis: Sed & si quis inierit ministeria seruili conditionis fuerit comprehensus, circa sexu discretionem, &c.* Neque obstat, quod ibi loquatur de ferentibus operam raptori. Nam si femina raptui cooperans comprehenditur penes illis, ut verba relata dicit significat, quanto magis femina raptrix debet illis comprehendere, iuxta intentionem legislatoris, & veterum sentum legis? Quippe quae grauis delinquit in eadem materia, & in eadem actione sub his penes prohibita. Non obstat etiam, quod iniuria viro rapti facta, minor sit, quia non propterea definit esse valde grauis, & iniuriola, illiusque penes satis proportionata.

2. Verùm his non obstantibus negatiuam sententiam tenent Sanchez *lib. 7. disp. 13. num. 25.* & *disp. 13. num. 16.* & in *sum. tom. 1. lib. 4. cap. 4. num. 3.* Gaspar Hurtadus *disp. 23. diff. 3. num. 11.* Rebellius *part. 2. quest. 3. & qu. 11. num. 6.* Reginaldos *tom. 2. lib. 31. num. 165.* Praepositus in *3. part. quest. imped. matrimon. dub. 16. num. 147.* Pontius *lib. 7. cap. 69. num. 6.* Petrus à S. Ioseph in *Theolog. Sacram. cap. 39. res. 2. in fine.* & alij penes ipsos, asserentes quod si mulier iuuenem, vel alium rapit per suos matrimonij ineundi causa, si que in matrimonium libere consentiat, antequam separetur, omnino substat matrimonium, ratio est, quod Tridentinum non videatur agere de femina, virope quae vix vnquam raptum soleat committere, sed solum de raptu, qui in ordine ad matrimonium à viris frequenter committitur solet. Confirmatur primò, nisi lex sufficienter exprimat, non solet comprehendere casus omnimò rari contingentes, sed est de communiter contingebus. Confirmatur secundò, lex Ecclesiastica de raptu

& proinde lex Trident. videtur respicere ad legem civilem, & secundum illam intelligenda; atqui *lex vincia, C. de raptu*. Non videtur intelligi de raptu per sceminam facto.

Quid ego sentiam dicam breuiter: Prima opinio videtur mihi satis probabilis, sed quia secunda est magis communis inter Doctores, videtur mihi probabilior, & illi adhaereo.

3. Sed hic obiter quaero, An raptus irritet etiam sponsalia; & affirmatiue respondet Cornejo in 3. part. D. Thoma, tract. 6. de impedim. matrim. dub. 38. qu. 4. Nec obstat dicere, quod decretum irritans matrimonium clandestinum, non extenditur ad sponsalia, vt dictum est, ergo nec decretum irritans Matrimonium cum raptu. Respondet, nego consequentiam, quia respectu raptus nihil eadem ratio in Matrimonio, & sponsalibus, scilicet defectus talis libertatis, secus vero in contractu clandestino, vt diximus agendo de sponsalibus.

4. Nota hic etiam, quod raptus, puella consentiente, parentibus tamen iniuritis, non dirimit Matrimonium. Ita probabiliter docet Cornejo *vbi supra, quest. 3.*, & alij, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 2. quest. 3. quia quamuis iste sit verus raptus ratione iniuriae, quae parentibus irrogatur, quam puella remittere non potest; tamen, quia finis Concilij est cauere, ne puella metu consentiat, qui in hoc casu cessat, idem Matrimonium erit validum, quamuis contrahatur tempore, quo est in potestate raptoris. Et confirmatur; quia consensus Parentum non requiritur ad valorem Matrimonij, nec Concilium petit; quod parentibus restituatur, aut eorum consensus expectetur, sed solum, quod in loco tuto ponatur, vt plane libera maneat. Et ita hanc sententiam tenet etiam Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de matrim. n. 6.* & Caspensis in *Curs. Theol. tom. 2. tract. 26. disp. 9. sect. 14. num. 75.*

RESOL. CLIV.

An si deprehensus in stupro offerat matrimonium, ne prodatur iustitia, non obstante tali metu, teneatur illud matrimonium in conscientia adimplere?

Et quid, si metu mortis à Patre, vel consanguineis inferende matrimonium offerat?

Et quid est, si deprehensus in adulterio metu mortis offerat matrimonium cum aliqua consanguinea mariti?

Et notatur, si aliquis minister iustitiae cum, quem iuste ad mortem, vel aliam poenam grauem, danare debuerat, impunitate oblata, inuitet, vt eius filiam ducat in uxorem, tale matrimonium non valere, secus autem si illi, qui capite plecendus ob homicidium probatum legitime, promittatur impunitas, si ducat filiam, vel uxorem occisi. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 227. alias 228.

Sup. hoc supra ex Ref. 139. lege doctrinae §. 1. & in tom. 3. tit. 1. Ref. 91. prope finem, à vers. Tertia, si videt.

§. 1. **H**ic casus olim accidit, & de illo interrogatio de matr. lib. 4. ap. 19. n. 10. vbi sic asserit: Si deprehensus in stupro offerat consanguineis matrimonium cum illa, vel in adulterio deprehensus, offerat matrimonium cum aliqua consanguinea mariti, non valet, dummodo id faciat metu mortis inferendae à consanguineis, vel à viro. Is enim metus esset illatus iniuste, cum non possint iuste occidere, sed tantum comprehendere, & iudici prodere. Valet autem in eo casu matrimonium huiusmodi, quia offertur, vel exigitur in premium ne prodatur, vel accusetur, quod iuste facere poterant, quia ibi potissima est iniuria consanguineorum, vel mariti; & eo tendere debet iudicis sententia, vt iniuria compensetur. Quare si sine sententia cō-

Tom. 1. 1.

pensationem offert, quam Lessius iudicat sufficientem, nihil agitur contra bonos mores. In quo vides latum esse discrimen inter hunc casum, & eos de quibus agitur in *l. in morem, & in l. isti quidem ff. de eo quod metu causa*. Haec Pontius, ex quibus in casu occurrenti videbit Confessarius, an matrimonium oblatum fuerit metu mortis inferendae, vel ne proderetur iustitiae. In primo casu respondebit matrimonium esse nullum, secus autem in secundo casu, quia in primo casu metus inuitetur iniuste non autem in secundo. Et haec valde notentur, quia saepius in praxi solent accidere.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod si aliquis minister iustitiae, cum quem iuste ad mortem, vel aliam poenam grauem damnare debuerat, impunitate oblata inuitet, vt eius filiam ducat in uxorem, tale matrimonium non valere. Et ratio patet ex dictis, quia ille re vera in tali casu infert metum iniuste, abutiturque potestate, cum non fiat vlla delicti compensatio, ratione cuius metus iuste possit inferri. Et ita docet Rebellus part. 2. quest. 11. sect. 2. n. 14. & 15. Pontius de matrim. lib. 4. cap. 19. n. 13. licet contrariam sententiam doceant Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 12. num. 10. & Coninch de Sacram. disp. 28. dub. 1. concl. 3. n. 10. Secus autem dicendum est, si illi, qui capite plecendus est ob homicidium probatum legitime, promittatur impunitas, si ducat filiam, vel uxorem occisi; nam in tali casu adest compensatio iuste facta per Iudicem. Idem dicendum est, si Iudex deprehensus in homicidio, vel alio crimine, propter quod iuste possit occidere, mineret mortem, & petat tantum intendat pro crimine supplicium sumere, tu vero vt mortem euadas, sponte eandem sceminam poscas in uxorem, quamuis scias, non aliter condonandam esse poenam, matrimonium valet. Et haec omnia docet Pontius loco citato.

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeterita §. 2. ante medium. à vers. Vnde.

RESOL. CLV.

An qui post votum Religionis, vel Castitatis corrupit feminam sub pacto coniugij, teneatur illam ducere?

Et an in dicto casu teneatur talis contrahere, sed ante consummationem debeat ad religionem transire? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 202. alias 203.

§. 1. **A**ffirmatiue respondent Doctores, nempe quod si quis post votum Religionis, aut castitatis virginem corrupit sub spe & pacto coniugij, vel aliam sceminam honestae famae, tenetur illam ducere, & consummare, nisi ea gratis remittat obligationem, aut alia via illi satisfactione praestita, liberet consentiat. Et ita inter multos docet Vasquez *opusc. de restit. cap. 3. §. 2. dub. 6. num. 20.* & Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 45. num. 3.

Sup. hoc in duab. seqq. Ref. & supra in Resol. 28. §. Sed quid, post mediu.

2. Notandum est tamen, vt bene aduertit, & docet Basilius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 12. n. 9. quod probabile est, si talis tenebatur voto Religionis, teneatur quidem contrahere, sed ante consummationem debere ad Religionem transire. Ratio probabilitatis haec est, quia potest commodè vtrique obligationi satisfacere iustitiae, contrahendo: sic enim relasceat damnum illatum illa deceptione. Voto autem, transiendo ad Religionem. Cum ergo commodè possit vtrique satisfieri, non est cur dicamus, obligationem voti Religionis aut cessare, aut differri. Ita Pontius.

Sup. hac eoa summatione in Ref. 1. not. praeterita; ad lin. 5.

RESOL. CLVI.

An qui prius emisit votum Castitatis, aut Religionis, & postea faminam destorauit, sive data contrahenda

N n 2

*cum ea, teneatur eam in uxorem ducere, vel votum adimplere?*

*Et an in predicto casu iste teneatur contrahere, sed ante consummationem debeat ad Religionem transire? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 38.*

Quæ hic est  
Rel. anteceden-  
s, & in  
aliis eius  
primæ an-  
not.

§. 1. **E**go ipse in 3. part. tr. 4. ref. 203. adduxi circa præsentem dubitationem opinionem Sanchez, afferentis teneri eam ducere; adduxi etiam opinionem Pontij aientis, quod si talis tenebatur voto Religionis, teneri quidem contrahere, sed ante consummationem debere ad Religionem transire. Et licet hæc opiniones sint probabiles, nunc verò aliam non minus probabilem adducam; nempe huiusmodi hominem non posse licitè matrimonium contrahere, sed debere ad Religionem confugere, aut castitatem servare. Et ita docet Petrus Ochagavia de Sacri. tract. 1. de matr. quest. 18. n. 12. quia posterior obligatio non potest derogare priori, quando sunt eiusdem generis; vt si ego promitto Petro prius meum pallium, & postea illud Francisco etiam promitto, etiam si Franciscus aliquid pecunie mihi dederit pro tali spe, pallium nihilominus debetur Petro, & non Francisco. Sed vouens promissit Deo corpus suum, ergo licet postea illud permittat femine, sub eaque spe corpus eius in copulam acceperit, priorem promissionem præualere necessum est. Secundò probatur, quia iste non tenetur ducere uxorem ratione promissionis, quia hæc nulla est, cum sit illicita, & contra votum, neque etiam ratione damni illati, quia hoc damnum potest resciri media pecunia, quæ sua est, & non medio corpore, quod suum quodammodo non est, sed Deo debitum per votum. Et hæc omnia docet Ochagavia loc. cit. Vnde cum omnes supradictæ opiniones, vt dixi, sint satis probabiles, in casu occurrenti eligat quis quam maluerit.

#### RESOL. CLVII.

*An qui prius votum Religionis, aut Castitatis emisit, virginem deflorauit cum promissione matrimony, teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 279. alias 180.*

Sup. hoc in  
duabus præ-  
cedentibus  
Ref. & supra  
in Refol. 28.  
5. Sed quid,  
post mediū.

§. 1. **R**espondent communiter, quod non obstantè voto tenetur ad contrahendum matrimonium, si puella votum promittentis ignorauit, quia ingressus religionis iam factus est ei illicitus, non enim potest ingredi, nisi grauem iniuriam irrogando puellæ. Ergo, &c. Deinde iustitiæ vinculum fortius est, quàm charitatis, sed ob charitatis vinculum superueniens non potest quis ingredi religionem, vt ratione parentum indigentia. Ergo à fortiori propter vinculum iustitiæ, quale est hoc de quo loquimur. Et ideo hanc sententiam tenet Lessius lib. 2. cap. 10. dub. 4. num. 32. Reginaldus tom. 2. lib. 31. cap. 36. n. 2. 58. Coninch de Sacri. disp. 23. dub. 3. concl. 6. n. 24. Vasquez opusc. de reslit. cap. 3. §. 2. dub. 6. n. 16. & seq. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 45. n. 3. Gutierrez de matrim. cap. 25. n. 7. & alij. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed contrariam etiam esse probabilem concedit ipse Sanchez, & Gutierrez ubi supra, & ego talem esse existimo, quia in tali casu deflorans virginem, non tenetur ratione promissionis, quia nulla fuit, tanquam promissio rei illicitæ contra votum; neque etiam ratione damni, si quis violans virginem nuptiis non promissis non tenetur eam ducere, sed aliter satisfacere. Sed idem est non adesse promissionem, vel esse nullam, vt est in casu nostro. Ergo, &c.

3. Nec obstat dicere hæc promittentem ratione damni puellam defloratam ducere, vt tenuit pondro, quod in eo casu tenebatur vere promittens, in nostro autem non poterat obtantibus votis, & hæc hanc sententiam tenet Nauartus, & Rodriguez quos citat, & sequitur nouissimè Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. n. 5. Cum enim (ait ille) per votum prius Deo ius acquisitum sit, non potest vouens illud propria libertate tollere, minorem cum altero obligationem contrahendo, aut datum voto contrarium suscipiendo.

4. Ad argumenta verò contrariæ sententiæ posset quis respondere, quod parum vigentium in primò sumitur apertè quod probandum est, scilicet talem plus obligari illi femine, quàm Deo per votum. Ad secundum respondet Suarez lib. 4. de vot. cap. 3. negando iustitiam fortius obligare, quàm votum; grauius enim peccat, quam qui in eadem materia violat iustitiam. Igitur dicendum est vtriusque sententiam ex supradictis satis probabilem esse, videlicet si quis habens votum Religionis, deflorat virginem cum promissione coniugij, potest vel tale matrimonium contrahere, vel Religionem ingredi.

#### RESOL. CLVIII.

*An qui post votum Castitatis contraxit matrimonium, teneatur ante consummationem ingredi Religionem, quando id est necessarium ad seruandum votum, semper quando alter coniux non vult Castitatem seruare. Idem dicendum est, si votum Castitatis emittitur post matrimonium ratum.*

*Restant etiam nonnulla circa votum suscipiendi Ordinis sacros, in quibus inuoluitur votum Castitatis, & circa votum ingrediendi Religionem, & circa votum non contrahendi matrimonium, si post prædicta quis contraxit, quid est faciendum explanatur. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 40.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet D. Thomas, Scotus, & alij, quos affert Coninch de Sacrament. disp. 34. dub. 5. n. 74. quia ille tenetur in quantum potest seruare votum castitatis: Sed iam non est aliud medium præter ingressum Religionis, & in eis angustias, vt nullum iam aliud medium sit præter ingressum religionis, ipsæmet sua voluntate se includit, ergo tenetur hoc medio vti, ne cogatur ab altero coningere debitum reddere, atque adeo non tenetur integram castitatem.

Verum mihi negatiua sententia magis placet, quàm tuetur Petrus de matr. disp. 61. sect. 3. n. 1. Dicit illas de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 10. num. 112. Sanchez, Pontius, Harradus, & alij penes ipsos.

2. Dico igitur, prædictum coniugem voto castitatis ligatum ante contractum matrimonium non teneri ante consummationem ingredi religionem ad illud votum implendum, sed posse matrimonium consummare, non exigendo, sed reddendo. Probo id primò, quia iste non vult seruare castitatem, ergo non est ad id cogendus, vt possit seruare castitatem; quia vt huius voto satisfaciatur, non tenetur suscipere medium tam arduum, ac difficultius et ipsa quam vult. Sicut si quis habitans Romæ uouisset peregrinationem ad Virginem Laurentianam, si postea transferret domicilium ante impletionem voti ad Iudias, tamen si peccaret, tamen hoc factò non obligaretur voto, quia contrarium esset nimis durum, ac moraliter impossibile.

3. Secundò, nemo tenetur rem inferioris ordinis

compensare cum re superioris ordinis meritis, ut qui debet pecuniam, quam absque vitæ, vel famæ detrimento restituere nequit, excusatur. At talis religio respectu continentie promissæ: quamvis enim religio sit magnum Dei donum; id tamen est sponte eligenti. Unde negari non potest esse gravissimum onus, & tale, ut nemo sit illud subire compellendus, nisi se expressè obligaverit, & constat statum religiosum nisi sponte suscipiatur, difficiles solere exitus habere. Denique id manifestè ostenditur ex Extravaganti Ioan. XXII. *Antiqua concertatione de voto*; in qua decernit, eum, qui post contractum matrimonium ante consummationem invita vxore fuerat sacris initiatus, inducendum quidem, non compellendum ut Religionem ingrediat; nolentem autem ingredi, compellendum ut petente sponsa matrimonium consummet, cum tamen talis suscipiendo Ordinem Sacrum obligaverit se voto castitatis. Hæc enim sunt verba Pontificis: Ad ingressum huiusmodi (nempe Religionis) sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per Diocesanos instantè moneri præcipimus & induci: quod si forsitan renuerit adimplere ipsum, si sponsa eius insisterit, per censuram Ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Vbi Glossa verb. *renuerit adimplere*, ait, Pontificem expressè supponere, licere illi renuere; quia aliàs non eius voluntati id relinqueretur, sed potius compelleretur. Si igitur ex hac decisione constat coniugem promotum ad ordinem Sacrum, post matrimonium ratum, cum possit castitatem in eo promissam observare religionem ingrediens, ad id non teneri, à fortiori non tenebitur qui ante matrimonium vouerit castitatem. Quare cum ille sit compellendus reddere debitum per Ecclesiasticam censuram post bimestre iure concessum, ut ibi deciditur, manifestum est illum non peccare, reddentem, sed potius si debitum negaret, verè peccaret. Hoc argumentum adèdè efficax esse censetur, ut meritò dicat Basil. Pontius, se non videre, quomodo stante dicta Pontificis decisione, sententia opposita defendi queat.

4. Et idèdè cum Perez idem dicendum esse puto; Si votum castitatis emitatur post matrimonium ratum. Probat rationibus numero præcedenti adductis, maximè decisione dictæ extravaganis, ubi dictum est; Deciditur sic sacris initiatum non teneri ad religionem, ut votum obseruet. Addo non teneri ingredi religionem, etiam si velit alter coniux cedere iuri suo, abstinens à debito petendo, nisi expressè voluisset, dami castitatem sic vouit, se ad religionem obligare, quamvis sciret non posse castitatem quam promissam observare, nisi ingrediendo religionem.

5. Sed pro Confessariis, & pro praxi hinc restant nonnulla circa votum suscipiendi Sacros Ordines, in quibus involuitur votum castitatis, & circa votum ingrediendi religionem, & circa votum non contrahendi matrimonium.

6. Et idèdè circa primum, assero cum Dicastillo ubi supra n. 115, quod licet per votum suscipiendi sacros Ordines missum ante matrimonium, contractus ipse matrimonij reddatur illicitus, si fiat animo non ingrediendi religionem; actus tamen coniugij illicitus non est; neque actus petendi; quia qui post tale votum contraxit, non tenetur religionem ingredi; cui obligationi, si esset, posset obstare actus primus, quo matrimonium consummatur. Quando autem votum illud sit post contractum, non redditur illicitus actus coniugalis primus; nisi quando vouens tunc aduertebat votum non posse

Tom. II.

implere, nisi religionem ingrederetur.

7. Circa secundum votum ingrediendi Religionem obseruandum est primum, actum coniugalem, quo matrimonium consummatur, reddi illicitum ipsi vouenti, nisi moralis certitudo sit, quod alter coniux daturus sit facultatem ingrediendi religionem, & præliturus omnia quæ requiruntur, ut possit tale votum implere. Ratio est, quia in eo primo actu, quo matrimonium consummatur, vouens redditur impotens ad ingrediendam religionem, nisi altero coniuge permittente, & ad requisita cooperante. Post primum verò actum coniugij, ceteri actus non sunt illiciti, quia nullo modo opponuntur, nec difficilius reddunt votum Religionis emissum. In quo Auctores plerique consentiunt.

8. Mihi tamen adhuc distinguendum videtur; nam si spes aliqua sit, quod coniux carens liberis concedet facultatem ingrediendi religionem, non concessurus si liberis habeat, videtur non posse petere, & cooperari ex parte sua ad apponendum impedimentum filiorum, quibus susceptis nec alter coniux permitteret ingredi, nec fortè iam poterit, quia filij indigebunt parentis assententia; si tamen nihil horum timeatur, liberè poterit petere, semperque, & in omni euentu petenti tenebitur reddere.

9. Circa tertium votum non contrahendi matrimonium, obseruandum est esse quidem illicitum ipsum contractum, post contractum verò nullo modo reddi illicitum actum coniugij, nec primum, quo matrimonium consummatur: nec secundum, & deinceps, ut rectè contra nonnullos aduertit Sanchez supra. Quia actus coniugij non est directè contra votum: nam consummare non est contrahere.

## RESOL. CLIX.

*An habens votum Religionis, seu Castitatis peccet mortaliter contrahendo matrimonium animo ingrediendi Religionis antequam consummet matrimonium?*

*Et quid est sentiendum quando quis abque ullo voto eo animo matrimonium contraheret? Ex part. 3. tit. 4. Ref. 280. alias 281.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Doctores communiter; quia facit grauem iniuriam alteri coniugi, cogere enim eius professionem expectare. Secundò ob periculum mutandi animum, & ita violandi votum. Tertio tali animo contrahens videtur Sacramento illudere. Et ita hanc sententiam docent DD. quos citat, & sequitur Sanchez ubi infra n. 7. & 10, quibus ego addo Coninch de Sacram. disp. 23. dub. 3. n. 13. & Gurtierrez de matrim. cap. 25. num. 4. Hæc sententia est probabilior, & sequenda.

2. Non reticeam tamen contrariam sententiam esse probabilem, & ita illam vocat Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 43. n. 6. in fine, & n. 11. in fine. Primò, quia nulla infertur iniuria alteri, si religionem ante consummationem matrimonij ingrediatur, & contractus utrinque æqualis est, id enim alteri licet. Ergo, &c. Secundò, ubi actus nullam iniuriam irrogat, sed ingredi religionem post matrimonium ratum, non est contra iustitiam; ergo nec erit, si contrahatur eo animo. Et ita docet Calderinus in cap. rursus, qui cler. vel vouens. Scot. in 4. disp. 38. quæst. vnic. prope finem, ver. cõsimiliter si de peccato ageretur. Altiſiodorensis. lib. 3. summa trakt. 2. cap. 2. qu. 3. ad 3. Angelus ver. matrimonium 3. impedim. 5. n. 1. Caieranus in sum. ver. matrim. cap. 1. ver. & scio peccatum esse, & Petrus Ledelma de

N n 3

matrim.

Quamuis non plene sup hoc, lege tamen infra, & non pigebit doctrinã Ref. 164 per totam.

Sup. hoc infra in fine Ref. 219.

*matr. q. 53. art. 1. dub. 1. concl. 2. quod cum Scoto asserit, nullam in hoc casu intervenire culpam, & hæc omnia à fortiori etiam procederent contra Cucchum lib. 5. insit. tit. 12. n. 20. Ledesinam in 2. part. 4. qu. 55. art. 2. & alios, quando quis absque villo voto eo animo matrimonium contraheret. Sed contraria sententia, ut dixi, est probabilior.*

## RESOL. CLX.

*An femina, quæ contraxit matrimonium cum viro improporcionado, vel aliquantulum debili, ut facilius pateat aditus, teneatur pati incisionem, si commode potest?*

*Et an in tali casu tale impedimentum censendum sit perpetuum, & matrimonium declarandum nullum?*  
Ex p. 3. tit. 4. Ref. 200. alias 201.

Sup. hoc late in Ref. seq. & in alia eius annot.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent communiter Doctores, & inter illos Sanchez de *matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 93. n. 32.* quia cum verum sit matrimonium, ius sui corporis transtulit in virum. Ergo si commode potest sine magno incommodo aptam se reddere viro, teneatur. Et ita hanc sententiam nouissime docet Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 14. diffic. 18. n. 16.* præter Doctores veteres, inter quos est D. Thomas in *4. distinct. 44. q. 1. art. 2. ad 5.*

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem esse puto, quam docet Basilius Pontius de *matrim. lib. 7. cap. 62. num. 2.* qui pro hac sententia validas rationes adducit, præter auctoritatem Durandi, Paludani, & Gabrielis. Et ita Salmantica die 3. Aprilis, anno 1570. consultum respondisse testatur M. Luyfium Legionensem in causa matrimonij D. Francisci de Fonseca, & D. Ioannæ de Azeuedo.

3. Igitur in tali casu tale impedimentum censendum est perpetuum, & matrimonium declarandum nullum: nec femina tenetur huiusmodi remedia pati, sed à coniugij onere libera est, ut alteri nubat. Ad argumentum verò, quod adducit Sanchez, respondetur, feminam pro contractum matrimonij ius suum tradere viro apto, non inepto, atque in non aptum nullum transferri ius. Ergo &c.

## RESOL. CLXI.

*An femina, quæ contraxit matrimonium cum viro improporcionado, vel debili, ut facilius pateat aditus, teneatur pati incisionem, si commode potest?*

*Et distinguitur hac difficultas, quando defectus non provenit ex muliere, sed ex viro, & si ex muliere provenit, deciditur, quid est faciendum.*

*Et pro praxi queritur, an si vir trium annorum congressu, atque conatu claustra tamen femina non violauit, an inquam in tali casu matrimonium sit dissoluedum?* Ex part. 3. addit. Ref. 3.

§. 1. **I**n part. 3. mearum resolutionum, tractat. 4. *Resol. 201.* opinio negatiua Baslij Pontij lib. 7. Ref. antecedens, & in Ref. seq. Quæ hic est ex rationibus quas ipse adducit, & in fortioribus terminis hanc sententiam in causa matrimonij Illustrissimorum D. Francisci de Fonseca, & D. Ioan. de Azeuedo testatur consuluisse virum illum magnum Aloysium Legionensem Salmantica die 3. Aprilis anno 1570.

2. Sed aduersus illum nouissime, me etiam citato, insurgit Megalius in *promptuar. Theolog. tom. 1. ver. corruptio virginis, num. 5.* asserens hanc senten-

tiam esse contra sacros Canones, nimirum contra *cap. ex literis, & cap. fraternitati de frigidis & masculis, num. 2.* & Gabrielelem, & plurimum dolere hæc sententiam docere.

2. His tamen non obstantibus adhuc puto opinionem quam docui probabilissimam esse, pro cuius explanatione duæ sunt discutiendæ difficultates. Prima, an in tali casu mulier teneatur adhibere incisionem, si non adhibere periculum. Secunda, an si dissoluedum matrimonium. Et quoad primam difficultatem affirmatiuè respondet Megalius *ubi supra*, sed ego puto dissoluedum esse. Nam aut defectus naturalis est in muliere ob extraordinariam accidentem, aut mulier nullam paritur aegritudinem, seu defectum; per illam non stat, quo minus reddat obitum viro suo, sed defectus procedit ex illo, qui necesse habet (ignoscant quæso pudice aures) nimis improporcionado, vel non ita firmiter erigit.

3. Hoc supposito, dico quod in primo casu si incisio non sit inductua mortis, vel infirmitatis grauis, & periculosa, non solum potest, sed tenetur mulier illam pati, quia defectus procedit ex seipso, & in eas angustias mulier sua culpa se coniecit, debuisse enim sibi prospicere ante nuptias. Verum in secundo casu, quando defectus non procedit ex muliere, sed ex viro, ut est in casu de quo loquimur, tunc puto feminam non teneri ad incisionem tolerandam, etiam si modo facili efficiatur, hoc est, si vitæ periculum non adducat, puta cautio, vel apertura sigilli. Et hanc sententiam non solum tenet Pontius, & Ledesina de *matrim. quæst. 4. art. 1. circa fin.* ab ipso Sanchez citatus, sed etiam nouissime illam docet Galpar Hurtado insignis Theologus Societatis Iesv, tract. de *matrim. disp. 12. diffic. 8. num. 25.* quia, ait, *femina nullum est defectum, ut reddat, sed tantum viro; ergo ipsi tantum, & non femina incumbit vis remedio, quo defectus ipsi supplicatur: femina verò sufficere debuit vere ordinario: præsertim quod feminam præcipue virginitatis artificio corrumpi horreat quodammodo natura, & honestas ipsa difficilè patitur.* Ita Hurtado ino citato. Igitur femina, in casu de quo loquimur, nullam tenetur adhibere incisionem, etiam si medicis sine periculo illam aptam redderent, ut vir cum ipsa colorem consummare possit. Et hanc sententiam probabilissimam esse minime dubito, quidquid in contrarium asserat Megalius, & Sanchez, quibus ego addo Petrum Ochagauiam de *sacram. tract. 3. de impedim. matrim. q. 69. n. 16.*

4. Quoad secundam verò difficultatem, an si vir trium annorum congressu, atque conatu, claustra tamen non violauit, an, inquam, in tali casu matrimonium sit dissoluedum? & probabiliter affirmatiuè respondeo. Vnde notandum est cum Pontio, in contractu matrimonij celebrati in ordine ad copulam esse traditionem corporis apti in vltim, etiam pro corpore apto. Tradit itaque femina corpus aptum, ut vtatur eo etiam vitæ se aptus, non verò se tradit inepto, cum sit contractus rei pro re æqualis æstimationis, non esse aliud, quàm ut vir aptus tradatur, non esse aliud, quàm ut vir aptus vtatur apto corpore. Si ergo ineptus fuerit ad corporis vsum, quod de se aptum est illi in vltim traditur, nullum habet ius in matrimonio vitæ in corpus femine. Qui ergo impotens est ad virginitatem agnoscendam, cum reuera ille sit ineptus, nisi incidatur, nullum ius habet ad vsum, quia cum hoc ius solum conferri debeat ex vi contractus non contractus validus, nisi subintellecta conditione mutua aptitudinis. Hæc Pontius.

§. Nec



5. Nec valet dicere cum Megalio, quòd matrimonium tunc est dissolendum, quando impedimentum est perpetuum; v. g. quando arte medicorum absque corporali periculo non potest remoueri. Sed in nostro casu hoc impedimentum non est tale, quia opera humana potest remoueri, vt supponimus; ergo non potest tale matrimonium dissolui. Non, inquam, valet hoc argumentum, quia non procedit in casu nostro. Non enim impedimentum prouenit ex defectu feminae, quae si naturaliter esset ita arcta, vt membrum virile intra os vuluae non reciperet, tunc, inquam, minimè matrimonium esset dissolendum: nam tale impedimentum, sine periculo, opera humana potest remoueri. Sed in nostro casu impedimentum prouenit ex defectu viri, ad quod tollendum, medicamentum nullum superest, neque adest, necesse in tali casu habet ius in corpus vxoris, vt male asserbant Sanchez & Petrus de Ochagua *vbi supra*; quia, vt dictum est, femina per contractum matrimonij ius suum tradit viro apto, non inepto, & ideo in non aptum nullum transfertur ius; commune est enim cuicumque contractui obligationem inducere iuxta solemnitatem, formam & conditiones quibus celebratur; ac proinde cum matrimonium contractus quidam sit, in quo vir & vxor se mutuo tradunt in vsum matrimonij, ea conditio subintelligitur; quamvis non exprimitur, si ad eum vsum apti fuerint. Manifestum autem est, non subintelligi vt apti sint ad vsum tertij, sed inuicem alter alterius comparatione habilis, vxorque se tradit viro vt ab illo cognoscatur, non autem à medico, igne, vel auro, vel obstericis manu. Ergo, &c.

6. Igitur concedo Megalio, & verum est, quòd quando impedimentum arte medicorum tolli potest absque grauibus tormentis, impotentia non censetur perpetua neque ex illo capite potest censeri irritum, quantumuis mulier medicos cruciatus pati nolit, quos tamen tenetur sustinere propter ius mariti, licet in hoc etiam contrarium doceat Pontius. Sed haec omnia intelligenda sunt, vt diximus, si impedimentum non prouenit ex defectu viri. Vnde patet responsio ad Canones adductos contra nostram sententiam.

7. Et primò adducit Megalio textum in cap. ex literis, de frigidis & maleficiis, vbi Alexander III. sic ait, Respondemus igitur, quòd si vitium mulier à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribus facultatem. Ergo, ait Megalio, si opere medicorum adiuuari poterat, adiuuanda erat, & viro non erat concedenda facultas aliam accipiendi. Ita ille. Sed non ad rem, nam textus, vt patet, loquitur quando vitium mulier à natura contraxit, at in casu de quo loquimur, mulier non contraxit vitium à natura, sed vir; ergo textus non facit pro casu nostro, in quo mulier est integra, & vegeta, & in suo statu secundum naturam; vnde quid reparatione, medicamentis, & obstericant manu opus habet; adhibeantur haec viro defectuoso, & impedimentum patienti, & non mulieri sanae; & si non adiunt, vnusquisque reuertatur per aliam viam ad regionem suam.

8. Secundo, Megalio adducit textum in cap. fraternitatis, eodem tit. de frigidis & maleficiis, vbi Innocentius III. sic habet. Per hac autem questionem illam nonerit esse solutam, qua queritur, virum ea qua adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo leuis, sed forte tam grauis, vt ex ea moris periculum timeatur ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. Ita textus, per quem contra me putat Megalio casum in terminis decie-

sum esse. Sed textus, vt legenti patet, loquitur de muliere arcta ex defectu sui, adeò vt nulli possit carnaliter commisceri. At in casu nostro mulieri non obstat aliud nisi virginitas; & est arcta vt omnes aliae mulieres, ita vt cum aliis carnaliter, vt dicit textus, possit commisceri, defectus autem ex viro prouenit, qui in proportionatam trabem habet, vel languidam, & semimortuam. Quare igitur poena sustinenda erit à muliere? neque, vt superius satis probatum est, vit defectuosus habet ius super illam, vt patiat ferrum, ignes, aurum, & alia medicamenta. Ergo, &c.

9. Igitur Canones loquuntur, quando defectus prouenit ex muliere, non autem ex viro, vt supponimus in casu nostro, & ita loquuntur Paludanus, Gabriel & Durandus, quos adducit Megalio & alij Doctores communiter, demptis aliquibus. Vnde apparet hanc opinionem, vt supra explicatam, non carere maxima probabilitate, licet Pontius magis absolute loquatur. Sed ego, vt patet ex titulo dictae resolutionis, in casu modo explicato, vt supra illum sequutus sum. Non est ergo sententia, quam in dicta resolutione docui, contra Canones, vt Megalio putauit.

## RESOL. CLXII.

An mulier teneatur pati incisionem sine graui dolore, & infirmitate, etiam si defectus proueniat ex parte viri ob membrum genitale improporionatum?

Et an integrum sit viro impotenti ad virginem, potenti tamen ad corruptam, propria auctoritate instrumeto aliquo ligneo, vel ferreo, vel simili ad id accommodato, digiti, ve claustra virginis à se dubia reserare, vt sic possit consummare matrimonium?

Et an vir sit alicuius culpa reus, qui suae temporalis impotentiae conscius matrimonium contrahit eo tempore, quo talis durat impotentia?

Et an in tali casu, si conscius suae impotentiae decepta feminam ipsam ducens, teneatur eam vt fororem alere, & habere?

Et tandem queritur, quid dicendum sit, quando per errorem in facie Ecclesiae prius matrimonium fuit solutum, foeminaque alio nupsit, comperta veritate, an primum matrimonium restituendum sit?

Et an femina, quae cum secundo viro copulam habuit, possit à priori viro repelli per dinortium, quoad habitationem, & thorum? Ex part. 1. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 11.

§. 1. DE hac difficultate olim magna altercatio mihi fuit cum nostro Patre Megala, & postea hic Romae dum viueret cum Patre Thesaurio viro quidem docto ex inelyta Societate Iesu. Ille mordicus cum Sanchez assererat; ego mordicus cum Pontio negabam. Et nunc pro eorum sententia adduco Martinum Perez de matrim. disputat. 37. sect. 6. n. 2. & 6. Raphaellem Auerfam de matrim. quest. 13. sect. 2. Texedam in conuers. Theolog. Moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. §. 9. conuers. 23. num. 28. cum seqq. fol. 624. & Nicolaum Ilambert Professorem Regium celeberrimi Musaei Sorbonici in 3. part. D. Th. tom. 3. de Sacram. Matrim. disp. 9. art. 12. num. 6. vbi sic asserit; Notandum impotentiam esse duplicem; vnā perpetuam, temporalem alteram. Ea dicitur perpetua, quae nulla arte humana licita, vel saltem sine euidenti periculo corporis, potest remoueri, vt intelligitur ex cap. fraternitatis, extra de frigidis & maleficiis: quae enim non licent, non censentur esse in nostra potestate. Sic impedimentum, quod est per maleficiū, quod alio tantum maleficio tolli

Sup. hoc latè  
in duabus  
Ref. præced.  
dentibus.

Na \* potest.

potest, censetur esse perpetuum. Ea verò impotentia dicitur temporalis, quæ naturaliter, vel medio humano aut licito, sine notabili periculo animæ aut corporis, potest curari. Sic quando mulier est impotens ex eo, quod sit nimium arcta, si prudenti Medicorum iudicio possit reddi potens ad perfectam copulam per leuem aliquam incisionem, etiam cum aliquo dolore, sed tamen sine periculo vitæ, impedimentum hoc censetur tantum temporale, & si iam matrimonium contraxerit, tenetur pati istam incisionem, quia per matrimonium sese obligauit ad reddendum debitum marito postulanti illud, quod non potest sine hac incisione.

2. Quibus non obstat quod obiicit Basilius Pontius *trakt. de impedim. c. 32. §. 3.* naturam id horretere, nec honestatem pati fœminam artificio contumpi, ut possit viro concumbere. Item mulierem, & virum contrahere matrimonium sese quidem tradendo, sed cum implicita ista conditione, *si ad eum usum apta fuero.* Vnde cum hæc conditio desit in hoc casu, mulierem non teneri pati hanc incisionem. Tum denique quoddam Ecclesia nunquam medium istud præceperit, consuluerit, aut permiserit fieri ad componendas multas lites, quæ passim mouentur circa impotentiam; sed tantum decernit trium annorum cohabitationem. Hæc, inquam, non obstant. Primum quidem, quia hoc est insitum à natura cuique rei, ut pro maiori suo bono, vel alterius, cui vel ex debito iustitiæ, vel naturæ obligatur, teneatur leue aliquod malum pati in copore quod potest pati circa peccatum, ut tali debito satisfaciatur, aliàs censetur peccare contra legem iustitiæ, vel naturæ, iuxta conditionem ipsius debiti: atqui præfens incisio vxoris est leuis, quia ex ea nullum graue periculum imminet, ut supponimus; & mulier prædictis omnibus titulis obligatur reddere debitum suo viro: vnde talis incisio est potius secundum honestatem, quam contra: honestas enim debet attendi penes rectam rationem, quæ in præfenti casu tale remedium postulat.

3. Secundum item non obstat, quia contrahendo, sese etiam obligauit ad patiendum istud remedium, si eo opus esset: qui enim vult finem, vult & media rationabilia ad illum obtinendum efficacia, cuiusmodi est hæc incisio in præfenti casu. Et si hæc ratio valeret, mulier etiam valde potens posset ob quolibet aliud leue incommodum sui corporis denegare pro suo libito debitum suo viro; sicque illum pollutioni sæpe sæpius exponere; quod est absurdum, cum in hoc utroque casu matrimonium semper maneat validum.

4. Non denique obstat tertium: Ecclesia enim istud remedium non præcipit: quia in his quæ ad impotentiam spectant in ipsa indispositione corporis consistentem, supponit prudens iudicium Medicorum, & matronarum: quando verò impotentia est talis, ut ei possit succurri per leuem incisionem, qui iam matrimonium contraxerunt non solent litem mouere, sed sola parentum exhortatione sequuntur prudens Medicorum & matronarum consilium.

5. Notandum tertio, utramque impotentiam, tam perpetuam, quam temporalem, adhuc esse duplicem: vnã absolutam, id est respectu omnium, v. g. quando vir cum nulla muliere potest consummare copulam ob impedimentum quod habet. Alteram esse tantum respectiuam, id est respectu quarundam personarum, ut si mulier respectu vnus viri sit nimium arcta, quæ tamen respectu alterius sufficientem habet dilationem. Hucusque Isambertus.

6. Sed his non obstantibus ego non recedo à

sententia quam docui, & quam absolute vel tenentem quam probabilem post me receperunt viri docti. *tom. 2. tract. 26. disp. 9. sect. 14. num. 8.* & me citauit Dicastillus *de Sacram. tom. 3. tract. 10. dub. 23. m. 11. quest. 9. asser. 3.* & me citato Baunius in *Theol. moral. tom. 1. sect. 11. num. 7. num. 77.* idem docet Castus *vir. matrim. disp. 4. par. 14. §. 1. num. 8.* Gaspar Palanus *tom. 1. matrim. disp. 22. diff. 7.* Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 11. q. 14.* & Martinus de San. Ioseph in *Monit. Confessor. tom. 1. lib. 1. tract. 33. de matrim. c. 10. Trullench de Sacram. lib. 7. cap. 9. dub. 16. num. 5.*

7. Dico igitur primo contra Pontium, fœminam licitum esse scilicet pati, quoties absque periculo corporali eam sustinere potest, quia licet ad naturam iuuare ad actum honestum, ut omnes Doctores supponunt de hac quæstione tractantes, cum aliquando, an obligata sit.

8. Secundo dico, fœmina, quæ nullam in se specialem arctitudinem habet ut à viro cogulatur præter virginem pudorem, obligata non est scilicet sustinere, tamen si absque vilo incommodo eam sustinere possit, ut docuit Petrus de Lesclap *tract. de matrim. quest. 38. art. 1. circa finem Gaspar Huardo disput. 22. offic. 7.* & Basilius Ponce *lib. 7. de impedim. c. 62. a. num. 2.* Moneor, quia coniux in matrimonio corpus suum alteri coniugi tradit ad hunc conjugalem, prout à natura destinatum est; ut carnis non destituatur aperiendo claustrum virginis in ordine ad conjugalem usum fieri debere alio modo, quam viri pudendo, quinimo omnem alium modum, ut prope extraordinarium natura abhorret: ergo non tenetur fœmina illo viro.

9. Tertio dico, si fœmina præ ceteris arcta sit, & conscia huius arctitudinis, contrahit cum illo qui illius est ignarus, probabilis reputo obligatam esse scilicet pati, si absque graui suæ salutis detrimeto eam sustinere possit. In quo communi sententia assentior; Ducor, quia sic contrahens virum decipit non manifestans ei illam difficultatem, quam ipse præsumere non tenebatur. Ergo ratione illius deceptionis obligata est ea medicamenta sustinere, quæ virginem claustrum disponant a quæ aptum coegressui, ac est claustrum ceterarum fœminarum: Fateor tamen hæc obligationem raro contingere posse, cum vix possit euenire, quod fœmina sear se præ ceteris arctam esse; cuiusque arctitudinem à viro superari non posse; ideoque censio raro, vel nunquam obligandam esse ad eam scilicet sustinendam, cum ipsa per matrimonium viro corpus suum tradidit aperiendum, non chiturgo, & forte ob hanc causam nunquam iura statuerunt in litiibus subortis de impotentia virginem claustrum aliquo artificio referari, sed solum triennalem habitationem concedunt. Signum ergo est nullam esse huius medij obligationem. Vide Palanum loco citato.

10. Vnde ex dictis resolu potest dubium de quo Sanchez *lib. 7. disp. 93. num. 29.* an scilicet integrum sit viro impotenti ad virginem, potenti autem ad corruptam propria autoritate instruendo aliquo ligneo, vel ferro, vel simili ad id accommodatis digitivè claustra virginis à se ductæ referre, ut sic possit consummare matrimonium.

11. S. Thom. in 4. *dist. 34. quest. omnia artic. 2.* sic ait: *Si non possit implere carnalem actum cum coniugine, & possit eum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento possit claustra pudoris frangere, & coniugere, idem docet Albert. Magn. ad eandem *dist. 34. artic. 4.* expressè dicens posse digitis. Idem docent alij quos refert Sanchez *cit. num. 29.* Qui tamen*

putat eorum sententiam esse intelligendam, ut fiat à Medico, & secundum illius artem: idem enim addiderunt illam vocem, *medicinaliter*, ut significarent id non posse fieri propria auctoritate, sed iuxta Medicorum præscriptum. Quod mihi placet; sed aliqui non distinguunt de impedimento ex parte viri aut ex parte feminae.

12. Etiam adhuc supposito præscripto Medicorum, & etiam si Medici dicant nullum esse periculum in eo remedio; ex alio capite apparet difficultas, & mihi videtur distinguendum: nam vel loquimur in casu, quo ex parte feminae est impedimentum, propter extraordinariam arctitudinem, vel in casu quo solum ex parte viri. Si loquamur de casu ex parte feminae, & in eo remedio non sit (ut supponimus) periculum vitæ, aut grauis morbi, dicendum videtur iuxta dicta feminae teneri id pati; atque adeo virum etiam ipsa inuita, & tenente id posse facere vi, aut aliquo modo incautam illam interceptiendo, si aliter non possit: tunc enim ius suum recuperat. Si verò impedimentum sit ex parte viri, modo explicato; dicendum est, iuxta nostram sententiam, feminae non teneri cum eo dolore, & horrore, atque adeo non posse virum ea inuita, vi, aut dolo vtendo id facere: est enim iniustus dolor, aut vis, vt pote cogens ad id, ad quod femina non tenetur. Ita Dicastillus loco citato, num. 512.

13. Sed hic obiter quæro, an vir sit alienius culpa reus, qui suæ temporalis impotentia conscientius matrimonium contrahit eo tempore, quo talis durat impotentia: Et negatiue respondet Sanchez lib. 7. disp. 92. quæ adducit Texeda *Theolog. Mor. 10. 2. lib. 4. tract. 2. §. 9. num. 9.* Sed ipse putat in tali casu peccare mortaliter. Primum, quia celare hoc vitium feminae, nequit fieri absque eius magna incuria in re grauisima: ergo, &c. Probatur antecedens; quia iniustum est, & inducens notabile detrimentum priuare feminam ductam iure quod habet ad actum matrimonialem, obligando illam per multum tempus, vt matrimoniali vltu abstineat. Secundò, quia iniuste agit vir, qui se obligat alteri pro aliquo tempore soluere id quod est impotens ad soluendum, cuius impotentia alter erat omnino ignarus: ergo vir qui conscientius suæ impotentia matrimonium contrahit cum femina illius ignara, iniuste facit: atque cum hæc iniustitia sit in re graui, peccat mortaliter. Confirmatur hoc, nam vir eo casu feminae fallit in re graui: ergo peccat mortaliter. Confirmatur secundò, & explicatur: nam tunc aliquis peccat mortaliter peccato iniustitie, quando est causa, vt proximus ponatur in evidenti periculo peccandi mortaliter: Sed vir impotens ad coeundum contrahens cum femina eius impotentia ignara, ponit illam in evidenti periculo peccandi mortaliter, imò est causa quod actu peccet mortaliter: ergo, &c. Probatur minor, quia propter communicationem cum viro suo communiter contingit incontinentie periculum, & quod actualiter peccet, vt notum est.

24. Obicit Sanchez: lex matrimonij obligat ad reddendū debitum instar præceptorum affirmatiuorum, nimirum semper, & salua incolomitate personæ, & temporibus commodis. Respondetur tamen falsum esse antecedens, & procedit ex ignorantia obligationis ortæ inter coniuges ad reddendum debitum: nam quoties alter coniux constitutus est in periculo evidenti incontinentiæ, tenetur alter coniux debitum reddere, & idem si coniux alter agnoscat, se ad id esse impotentem, & vxor talis impotentia sit omnino ignara, peccat mortaliter contrahendo, & notabilem iniuriam infert coniugi: ergo, &c.

15. Verum an in tali casu, qui suæ impotentia conscientius deceptus fornicam ipsam ducens, teneatur eam vel forem habere, & alere. Affirmant Rosella *V. impedimentum 15. num. 10.* Syluester *matrim. 8. quæst. 16. dist. 5.* Annilla *sibi num. 52.* Præpositus, Turrecrem. Gregorius Lopez, & alij vsque ad 15. quos pro hac parte refert Sanchez num. 9. sed ego puto non teneri ad id sub præcepto. Quia reuera matrimonium est irritum: ergo non est cur obligeatur vir ad eam feminae, tanquam ad forem habendam, & alendam. Et ita ex Sanchez tenet Leander *de sacram. 10. 2. tr. 9. disp. 21. q. 7.*

16. Et tandem hic quæro, quid dicendum sit quando per errorem in facie Ecclesie prius matrimonium fuit solutum, feminaque alij nupsit, comperta tamen veritate, prius matrimonium restaurandum sit; an femina illa, quæ cum secundo viro copulam habuit, possit à priori viro repellere per diuortium quoad habitationem, & thorum? Ego contrarium censeo cum Texeda, *vbi supra*, quod patet ex *cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficis*. in quo constat ob eam fornicationem vxoris cum secundo viro habitam, non posse priorem virum nec illam repellere, nec petere diuortium quoad thorum, quia illa femina cum ob arctitudinem sit iudicio Ecclesie à priori viro sparata, non peccauit alij nubendo, nec copulam cum illo habendo, quia bona fide id fecit, & per Ecclesiam vtrique coniugi facultas transeundi ad secundas nuptias æqualiter sit data. Imò Pater Sanchez est sibi expressè contrarius, dum *num. sequentibus* subdit, quod matrimonium ob solam impotentiam respectiue separatum est, neuter coniux potest fornicationem obicere; aut alterius consummationem ad celebrandum diuortium: ergo nec etiam potest prior vir, à quo illa femina ob impotentiam per iudicium Ecclesie separata est, & secundo nupsit, postea comperta veritate ei obicere adulterium, & petere separationem quoad thorum.

Sup. hoc in Ref. seq. à lin. 7.

Sup. hoc mād. gis latè inf. in Ref. 164. §. Sed diff. cultas.

Sup. hoc ibi dem.

## RESOL. CLXIII.

*An triennium à iure præscriptum ad experiendum impotentia veritatem, computandum sit à tempore, quo copula inueniata est, vel à tempore prefixo à Iudice?*

*Pro quo aliqua alia prius supponitur.*

*Et aduertitur, quod si post sententiam diuortij deprehendatur impedimentum non fuisse verè perpetuum, reuocandi sunt ad prius matrimonium, etiam si alia matrimonia inuissent.*

*Et inferitur necessarium esse, quod triennium sit continuum.*

*Et cursim aduertitur hoc triennium terminum deberè computari post annum decimum octauum, & non ab anno completo pubertatis, si in illo matrimonium est contractum.*

*Et docetur, quod quando vxor tantum materialiter adulteriū commisit, nempe existimans eum cum quo rem habuisset esse proprium maritum: aut credens esse mortuum, vel per vim absolutam cogitur, & opprimitur ab alio, non est sufficiens causa faciendi diuortium.*

*Et tandem notatur validum esse matrimonium, si vir seminaisset intra duas, etiam si impotens sit femina ad feminandum. Ex part. 1. 1. tract. 5. & Misc. 5. Resolut. 8.*

§. 1. **C**asus est nimis practicabilis, pro quo suppono, quod quando dubium est vtrum impedimentum sit perpetuum, concedi à Canonibus et diuortij

Sup. hoc in principio §. vi. Ref. præterita, & ne deferat videre doctrinam Ref. seq.

ordinariè triennium, ad bona fide experiendum; vt habetur *capitulo laudabilem, de frigidis, & maleficiis*, si intra illud tempus non successerit, Ecclesia pronuntiare debet sententiam diuortij. Quod si potestà deprehendatur impedimentum non fuisse verè perpetuum, reuocandi sunt ad prius matrimonium, etiam si alia matrimonia iniuissent, vt patet *cap. accepisti, &c. fraternitatis, de frigidis & maleficiis*, & dictum triennium esse computandum à tempore quo ceptum est à coniugibus copulæ vacare, ex Tho. Sanch. & aliis penes ipsum docet P. Dicaillus *de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 52. num. 575.* vbi sic asserit; A quo vltius puncto sit triennium computandum, non omninò consentiunt Doctores. Illud videtur magis certum, non esse computandum à tempore ante conatum ad copulam: in hoc enim Doctores consentiunt, quia ante eum conatum non potest inchoari experientia, computandum ergo est à die conatus, & non à tempore præfixo à iudice, postquam egerunt coniuges penitentiam de matrimonio, vt nonnulli iurisperiti dixerunt, qui supponunt penitentiam esse iniungendam coniugibus. Quod totum sine aliquo fundamento dicitur, Ratio verò pro nostra doctrina est, quia in sæpè citato *cap. laudabilem*, expressè dicitur computandum esse à die celebrationis coniugij, hoc est à die insensatæ copulæ quia nimirum eo die solet intentari, quæ doctrina locum habet non solum in impotentia, quæ prouenit ex aliis causis, sed etiam in ea, quæ prouenit ex maleficio, vt cum multis probat Sanchez *num. 4. & 5.* vbi rectè expendit verba *capituli finalis de frigidis*, ibi; *Si constitit vobis præsumtum virum & uxorem cohabitasse intra prædictos annos per continuum*, adiuncto principio eiusdè textus ibi; *mulier proposuit quòd per multos annos fuerant simul & cohabitauerant.* Ex quibus & aliis, quæ habentur in eo textu, apparet eos coniuges ante omne præceptum iudicis, & nondum lite mota cohabitasse octo annos, & tamen Pontifex decidit, dirimendum matrimonium; si intra eos octo annos continuè habitauerint. Ex quo patet, non requiri talem terminum assignari per iudicem, nec semper hoc impedimentum ex peccato confurgit, vt idè non procedat triennium ante perfectam penitentiam. Neque obest, quod in eodem *cap. finali* narretur, penitentiam peccatorum fuisse illis iniunctam. Nam in hoc narrat factum, non statuit ius, quando enim decidit, solum petit quòd coniuges intra totum illud tempus octo annorum, triennio continuè habitauerint simul.

2. Ex quo inferitur, necessarium esse quòd triennium sit continuum; quia id supponitur in eo capite, quæ continuitas moralis esse debet non mathematica, sed iuxta communem modum, vt docent Authores communiter. Hæc omnia Dicaillus; cui ego addo Reginald. *10. 2. lib. 31. n. 107.* & Hurtadum *de Matrim. disp. 22. diffic. 1.* & Martinum Perez *disp. 73. sect. 11. n. 10.* & Ioann. Præpositum *in 3. part. D. Thom. q. 7. de impedimentis matrim. dub. 23. n. 203.* Trullench, *de Sacram. lib. 7. c. 9. dub. 76. n. 22.* Filliuc. *10. 1. tract. 10. part. 2. c. 3. n. 111.* Coninch. *de Sacram. disp. 35. n. 83.* & Bassæum *verb. matrim. 7. num. 81.*

3. Sed licet hæc opinio sit tantorum Doctorum auctoritate fulcita, tamen ego puto contrariam sententiam tenendam esse, nempe totum triennium computandum esse à tempore præfixo à iudice; & ita se habet stylus Curie, quem sequitur sacra Rota vt patet ex pluribus decisionibus, quas ego vt par est semper veneror, & idèd Castrus Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. 14. §. 10. num. 3.* sic ait. Ego verò censeo, spectato iuris rigore, hanc vltimam sententiam veriorē esse, vti colligitur ex dicto *cap. laudabilem*, vbi

expressè habetur triennium enumerandum esse à die celebrati coniugij, quia ab eo die præsumitur coniuges copulam intentasse. Idem demonstratur in *cap. fin. od. tit. de frigid. & maleficiis*. vbi mulier allegans congressum, nullo expectato vltiori triennio, comparatur. Verum spectata consuetudine, siquæ Rota iudicis, quia ab eo die præmissa peccatorum copula procuratur. Sic sæpè tenuit Rota teste Parmat. *vol. 1. conf. dec. 277. & vol. 2. conf. dec. 191. & 226.* Riccio *in praxi dec. 139. num. 1.* Basilio Ponticelli habitatio præcessit, arbitrio iudicis remittitur iustus de causis abbreviare triennium; & notatur Rota *d. d. dec. 226.* Riccius, & Basili. *loc. cit. vide ad supradictorum confirmationem adducam verba Ludouici de San Iuan in Summa de Sacram. Matrim. quest. 6. art. 15. diffic. 1. disp. 1.* sic asserit; Paulo V. Sanctissimo Vicario de Iesu Christo Secretario nostro, & successor legitimo de S. Pedro, auento la Rota declarado, este triennio deue ser entender à dia reclamacionis, Su Santidad aprobò la tale declaracion, y declarò ser assi verdad, y violè claro ser assi iudicialma sententia; pues auiendo se tratado de separar à ciertos duques, vassallos de la Iglesia, habitantes en Roma, que antes de reclamar auian estado juntos mas de tres años, dada la dicha sententia, de que habitasen otro tres años, à dia reclamacionis, fuè Dios seruido, que al fin de los tres años lo bre dicho, se hizo pñada la Dicha Duques con increíble gozo del pueblo Romano, de los Romanos, y de su Santidad, &c. sic ille; cui adde Leonardum *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 21. quest. 17.* qui tantum optimè obseruat ex Rota, & Basilio Pontico, quòd si ante iudicis decretum præcessit triennalis cohabitatio, esse in arbitrio iudicis, iustus causis concurrentibus, illud ad breuius tempus reducere.

4. Nota verò cum Ioan. Præposito *supra*, & Dicaillio *num. 582.* cum aliis, quod in his, qui ante plenam adeptam pubertatem matrimonio iuncti sunt existente dubio de impotentia, triennium videtur inchoandum à tempore copulæ intentatæ post plenam pubertatem, id est, viro post annum decimum octauum, quia ante illud tempus impotentia præsumi potest ex debilitate nature pronente ex minori ætate, quæ proinde accedente ætate tolli possit. Vnde non assentior Gaspari Hurtado *disp. 12. diffic. 11. num. 41.* qui idèd dicitur computandum esse tempus à priori pubertate illa non perfecta, quia in iure triennium eodem modo absque distinctione aliquæ horum vel illorum supponit triennalem experientiam sufficere; id enim negamus, sed talem requirente, quæ tollat dubium de temporali defectu pronente ex imbecillitate ætatis, non tollitur autem hoc dubium, nisi experientiam hoc capiat à tempore, quo iam imbecillitas ob defectum ætatis non locum habet; habet autem locum in his, qui nondum venerunt ad perfectam pubertatem.

5. Nota secundo, Sanchez, & Basili. Ponticum docere, quòd quando vxor tantum materiale adulterium commisit, nempe existimans eum cum quo copulam habuit esse proprium maritum, aut credens esse mortuum, non est sufficiens causa faciendi diuortium. Item quando per vim absolutam cogitur, & iniuria opprimitur ab alio. Ratio est, quia in his casibus nulla formalis culpa, vel iniuria contra fidem matrimonij committitur. Vnde par non est, quòd aliquid detrimenti patiarur absque vlla sui culpa. Hanc doctrinam pro illo casu quo vxor accessit ad alium, &

cum quo matrimonium contraxit inualidum quidem, sed bona fide, verissimam puto non minus, quam pro casu, quo per vim absolutam præcisè cogitur, & pro casu quo prudenter putavit illum quem admittebat esse proprium vitum. Tamen pro casu quo illa, licet formaliter adulterium non commiserit, tamen formaliter fornicata est, nempe quando prudenter putans maritum longè absentem obuisse, cum alio fornicata est, sciens illam esse fornicationem, putans tamen non esse adulterium; non videtur tunc ita certum non posse maritum ab illa diuertere, si postea superueniens id sciat, maximè si illa etiam prolem suscepisset, vel prægnans esset ab amasio. Durissimum namque videtur hominem (maximè honestum ac nobilem) si non adulteram formaliter, saltem formaliter & propriè fornicariam, aut etiam illegitimè prægnantem admittere. Vnde saluo meliori iudicio, mihi non videtur improbabile, saltem si res sit nota, vel publica, non teneri cum tali vxore cohabitare: neque enim videtur cum tanto suo decore obligari ad eam cohabitationem, maximè in iis regionibus, in quibus turpe est talem vxorem admittere aut habere. Nam cum lex cohabitationis, aut tori non ita strictè obligat, quin vel propter magnum damnum euadendum, vel propter aliquam aliam vrgentem causam censetur quis ab ea obligatione quandoque liber, non video cur talis hæc causa non sit, scilicet, vt euitet illam ignominiam, quam in sua patria, & ubi notus est subiret, maximè si non facile in aliam simul cum vxore migrare posset; sed solus ipse. Neque ad illam secum adducendam magnis sumptibus vel laboribus videtur in tali casu obligandus: satis enim est, quod quantum fieri potest, non omnino vxoris curam relinquat, sed de necessariis ad vitam transigendam prouideat absens, quin cogatur, secum habere mulierem non castam, & iusti doloris perpetuam causam. Verùm hæc aliorum iudicio relinquo, solumque meam sententiam sincerè volui explicare, quam liberius affirmarem. Quibus adde Dicastillum n. 567; sed nouissimè sententiam Sanchez & Pontij sequitur Leander de Sacram. 2. tract. 9. disp. 21. quæst. 43.

6. Nota tertio, contra Cardinalem Bellarminum, & alios, triennium experientie debere esse moraliter continuum, non autem physicè, vt annus nouitiatus, & tempore requisito ad rescribendum; imo puto cum Sanchez, nec moralem desiderari continuitatem; quia finis illius triennij assignatus, est, vt coniuges experiantur, an decurru temporis ea impotentia possit auferri, atque adeo non, sit perpetua matrimonij dirimens: adhuc autem experientium satis est, quod illud triennium expleatur, etiamsi non sit in illo triennio continuitas habitacionis, & assistentia ad copulam; imo quò magis continuè vacatur copulæ, ait Sanchez, eo debilius reddatur vir. Vide Dicastillum loco cit. dub. 55. n. 599. Sed difficultas est, an saltem ita completum exigatur triennium, vt intermissum tempus suppleri debeat. Respondeo affirmatiuè, sed æquitas poscit vt ea triennalis habitacio non censetur interrupta, atque adeo neque ex parte supplenda, eò quod paucis diebus, iique interpolati defecerint; imò, vt cum prædictis ait Sanchez, etiamsi dies interpolati toto illo triennio exæquent spatium sex mensium simul computati, non censetur supplendi, qui tamen si simul omittentur supplendi essent, quia in priori illo modo praxis interpretatur non esse notabilem absentiam, quia cum iis breuibus, & interpolatis absentis pro casibus occurrentibus censetur ordinaria & moraliter continua cohabitatio coniugum, quæ communi modo fit. Simultanea verò absentia sex mensium

simul, meritò censetur grauis & notabilis atque adeo supplenda. Et ita etiam tenet Dicastillum n. 602. Leander quæst. 48. Pontius num. 12. & alij, & tandem.

7. Nota quarto, valere matrimonium, si vir feminare possit intra vas, etiamsi impotens esset femina ad feminandum, quia ex valde probabili sententia semen femineum non est necessarium ad generationem, quamuis multum conferat, contra Hurtadum disp. 22. diff. 5. n. 18. & alios, existimantes semen femineum esse necessarium ad generationem, consequenter si femina non potest feminare, esse inhabilem ad matrimonium, quod non est improbabile, ideo in hac sententia tale matrimonium non esse validum: Et ita obseruat Trullench de Sacramentis lib. 7. cap. 9. dub. 16. num. 2. Vide etiam Hermannum Bulembaum in Medulla Theolog. Moral. lib. 6. tract. 6. cap. 3. dub. 2. num. 14.

Sup. hoc sen-  
ge infra Ref.  
216. §. Sed.  
ante mediū,  
verf. Sterilis,  
quæ cetero.

## RESOL. CLXIV.

Quia faciendum de viuo Sacris initiato, si post iudicis sententiam inueniatur impotentiam falso existimatum fuisse perpetuam, non fuisse talem?

Idem est, si in isto casu vir, vel femina ingrederetur Religionem ob dissolutionem talis matrimonij, si profusus sit, an debeat redire ad vxorem?

Pro quibus alie difficultates proponuntur, quæ contingere possunt inter medium temporis separationis, & etiam post redditum ad vxorem circa petitionem, & redditionem debiti? Ex par. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 9.

§. 1. TRACTAT latè hunc casum Sanchez, & ex illo Pater Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 21. quæst. 52. ubi sic ait; An etiam qui ex præsumptione impotentie perpetuæ suscepit ordines Sacros, restituendus sit vxori, si cognoscatur impotentiam tantum fuisse temporalem?

Quamuis non plene super doctrina & quæst. huius Ref. lege tamen quod decernit Ioannes XXI. pro alio simili casu supra in Ref. 158. & non pigebit illa videre, & ne prætermittas legere doctrinam Ref. 163.

2. Respondeo, restituendum esse vxori permanenti in sæculo, quia vinculum adhuc matrimonij perseverat, eò quod nec fit dissolutum per impotentiam præsumptam, nec per suspensionem Ordinis Sacri, vt supra iam habitum est. Sic Sanchez lib. 7. disp. 99. num. 39. & penes ipsum Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 8. num. 3. Petr. de Ledefina quæst. 8. art. 2. dub. 2. Bonac. quæst. 3. de matrim. punct. 13. num. 22. Candid. disquis. 28. art. 13. dub. 39. & Hurtad. disp. 22. diff. 11. num. 42. Qui bene notant quod vir, qui in dicto casu ordines suscepit Sacros, nequit ad vxorem redire, nec ipsam repetere, si vxor ipsum non repetat, quia per Sacri Ordinis suspensionem ipsi præiudicauerit. Vxore verò ipsum repetente tenetur iste reddere debitum vxori, cum ipsa non sit priuata lege petendi, non tamen ipse poterit debitum exigere (quidquid dixerint Astenis, & Richardus penes Sanchez) propter votum castitatis emissum in Sacrorum Ordinum suspensione. Hucusque Leander. Vide etiam Ioannem de Soria epologo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 10. §. si forte coire nequibus. Sed maximam difficultatem habet P. Dicastill. de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. num. 590. & seqq. quantum ad facultatem, quam negant tali viro petendi debitum, & solum fatentur habere reddendi obligationem vxori petenti, hæret mihi scrupulus, quia ille ex falsa existimatione vouit castitatem, & ordines suscepit, alioqui non suscepturus. Et postea variis argumentis contra Sanchez ad hominem conatur hanc sententiam probare; sed tandem non audeat discedere à sententia superius adducta tanquam communi.

3. In qua etiam ego stando, limitanda venit

eum Sanchi. *diff. illa 99. num. 39.* & cum Henriquez *lib. 12. cap. 8. num. 3.* ut non habeat locum, si vxor fornicata esset; quia tunc ratione fornicationis, si vir esset innocens, posset illam repellere. Quæ doctrina mihi vera videtur, sed pro casu quo talis fornicatio fuerit, postquam est cognitus valor matrimonij, vel saltem interim dum dubitabatur de valore, & inquirebatur veritas: nam in tali occasione certum est illam peccasse peccato adulterij, quia vel certo sciebat valere matrimonium, vel se exponere periculo adulterandi, quando nesciebat; an valeret, vel non.

Sop. hoc supra in Ref. 162. cursum in fine. §. vlt. ver. subdit quod.

4. Sed difficultas est, & ego contrarium puto cum Dicastillo *vbi supra, num. 591.* Si vxor fornicata fuisset illo tempore quo matrimonium ex declaratione iudicis censetur nullum: tunc enim bona fide putavit matrimonium non valere; atque adeo fornicando non commisit adulterium; nec fregit fidem formaliter, quia nulla fides data, nec obligatio iustitiae putabatur subsistere; ergo non est ratio ob quam in tali casu vir possit negare debitum vxori, quæ illi formaliter nullam intulit iniuriam; nec commisit formaliter adulterium, non secus atque si bona fide alteri viro nupsisset, & cum eo habuisset copulam: quamvis enim vna sit fornicaria formaliter, & non altera, tamen neutra est formaliter adulterij, & ob solum adulterium coniux coniugi negare potest debitum. Vnde licet alter coniux sciat ante initum matrimonium, suam coniugem fornicatam fuisse; non ideo potest post matrimonium initum debitum negare, quamvis ea fornicatio sufficeret, si nota fuisset ante matrimonium ad retrocedendum, etiam si præcessissent sponsalia, ut suis locis diximus. Vnde mihi videtur pro nostro casu non excusati virum à reddendo debito. Quæ doctrina mihi multò clarior videtur ordine inuerso, si femina vouisset castitatem, putans se iam fuisse liberam à tali matrimonio, & vir non quidem transiret ad sacros Ordines, sed adhuc maneret laicus, & existimans se liberam, fornicaretur cum alia femina; tunc enim instaurato matrimonio, aut declarato iam valido, non poterit mulier negare debitum neque cohabitationem ob fornicationem viri; quæ non facit formaliter adulterium, & iniustitia contra ipsam, cui bona fide putabat se non alligatum. Atque quantum ad hoc reddendi, vel non reddendi debitum coniugi adultero, eadem est ratio de femina, atque de viro: ergo si femina non excusatur propter talem fornicationem viri, nec vir excusabitur propter talem fornicationem feminae; etiam si aliquin in communi æstimatione magis indecorum censetur, quod vir habeat vxorem ab alio fornicariè cognitam, quam quod vxor habeat virum, qui aliam fornicariè cognouerit: id enim totum est extra ius ipsum matrimonij.

5. Nota verò cum Leandro *vbi supra*, quod si vxor non repetat virum sic factis initiatum, ille non poterit redire ad vxorem; quia sibi præiudicauit per ordinem sacrum. Ita Sanchez cum aliis *num. 39.* vbi rectè reprobatur Petrus de Ledesma putantem feminam nolentem repetere, teneri votum castitatis emittere: nec enim est cur ad id obligetur: nam *Tex. in cap. coniugatus, de conu. coniug.* solum hoc petit, ut vir de consensu vxoris legitime ad sacros Ordines ascendat: hic autem iam ascendit absque vlllo vxoris consensu; neque est vllus textus alius, qui petat huiusmodi votum, quando vxor sua libertate vtens nolit ipsum repetere. Sed quid dicendum an vir ingrediens Religionem ob dissolutionem matrimonij, dum comprehenditur impotentiam non fuisse perpetuam, si professus sit, debeat redire ad vxorem?

Respondeo tanquam certum sub distinctione. Si vir ille professus est ante consummatum matrimonium, non debet redire ad vxorem; quia matrimonium non consummatum dissoluitur per professionem.

6. Quod si contingat, quod facta professione alter coniux in seculo relicto transierit ad aliud matrimonium, tunc aduertendum maxime est, an professionem inierit ante, vel post alterius professionem: nam si post professionem, valet matrimonium, quantumuis appaueit impotentiam non fuisse perpetuam: quamvis enim prius matrimonium valuisse, dissolutum fuisset per professionem, ut potè nondum consummatum; atque adeo valet matrimonium erit irritum, atque ut valet, necesse est adhiberi nouum consensum post factam professionem, quia ante illam nondum erat interuentum prius matrimonium. Vide Dicastillum *vbi supra, num. 585. & 587.* Leandro *quæst. 50.* Pontium *de matrim. lib. 7. cap. 61. num. 10.* Hurtadum *diff. 21. diff. 11. n. 441.* Villalobos *tom. 1. ar. 11. diff. 21. num. 4.* & alios penes ipsos.

## RESOL. CLXV.

An maritus possit habere copulam cum vxore, si vxor que teste caret? Ex part. 1. 1. tr. 8. & Mil. & Ref. 162.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. diff. 102. num. 6.* docet enim licere copulam marito, qui non potest verum semen effundere, quia vtroque teste orbatus est. Probat verò, eo quod vir ille iure suo viator vxoris actui coniugali, quem matrimonium petmittit.

2. Sed hæc doctrina secundum Dicastillum dicitur paritur difficultates, primam, quod non videatur coherere cum doctrina quam dedit *cit. diff. 1. n. 22.* vbi docet, accessum ad non vxorem talis Eunuchi esse peccatum contra naturam, si enim talis copula Eunuchi etiam penetrando vas, est copula contra naturam, non assequor quomodo possit licere, etiam post matrimonium; quia esse vel non esse contra naturam, non prouenit ex matrimonio, vel defectu matrimonij, sed quia non est naturalis copula illa quod substantiam, atque adeo non est copulatio coniugalis, neque actus coniugij, seu matrimonij, nec enim matrimonium præbet ius ad actum contra naturam. Vel ergo actus est contra naturam, & vel non; si dicatur esse contra naturam, falsum est quod ait *num. illo 7.* quod vir ille iure suo vtatur, nec enim habet ius ad actum contra naturam ex vi matrimonij: Si verò dicatur non esse contra naturam, ergo neque inter non coniungatos est contra naturam, in quibus tantum deest vinculum matrimonij, quod vinculum non facit quod actus alioquin contra naturam, desinat esse contra naturam.

3. Secundam difficultatem patitur, quod videtur petere principium, & assumit id, de quo est controuersia, dum reddit pro ratione, quid vir ille iure suo vtatur, & quod sit vacans actui coniugali, quem matrimonium permittit, de hoc enim etiam ibi controuersia, & oportebat aliunde probare quod habeat Eunuchus ius matrimoniale ad tale genus copulae, & quod ille sit actus coniugalis. Adde quod est minus videtur de essentia copulae matrimonialis feminis emissio, quam vas penetratio, ille autem *lib. 9. diff. 17. n. 10.* ad quem locum se refert, docet non licere, quando non est penetratio vas. Eunuchi verò penetratio non est penetratio matrimonialis, vas enim penetratio, de qua agitur, non est coniugalis.

cumque rei intromisso: sed membri genitalis virilis, illud autem membrum eunuchi non minus videtur in ratione genitalis esse æquiuocè, seu analogicè tale, quàm oculus sine visua potentia.

4. Adde secundò meliùs posse vitibus naturæ seruire ad generationem adiutus arte ille cui amputata est fistula relictis testibus, & scroto, quàm qui vtroque teste caret. Experientia enim docuit prolem fuisse susceptam, imò proles aliquot à tali homine, emissio & deriuato semine in matricem per canaliculum, seu tubulum, & in facti contingentia pro quibusdam coniugatis consulti fuimus in Hispania, collega tunc meus Pater Hieronymus de Ribera, & Ego, dum profiteremur Theologiam, pluresque aliarum Religionum Theologi, qui tamen non putabant eiusmodi actum licere, quia modus ille generandi non erat institutus à natura, nec copula naturalis. At qui multo magis distat à generatione (qui est primarius finis matrimoniij) eunuchi copula, quæ per se, & ex natura sua non potest seruire ad generationem deficiente vero semine, quàm illa veri seminis deriuatio per tubulum. Iuxta dicta, ergo non minus est contra naturam, sed potiori ratione copula eunuchi cum vxore. Atque aded illicite, de quo latius suo loco, vbi reddemus disparitatem de copula seminis, qui verum semen emittunt licet morbosum, Eunuchi verò humor non est verum semen in sua essentia. Quod verò Sanchez addit de sine secundario matrimoniij, qui est sedare libidinem, non probat ad huiusmodi finem posse adhiberi media, quibus essentialiter repugnet generatio, quæ est primarius finis: tale autem medium est administratio eius humoris, qui ex essentia sua non est semen, cui non per accidens, sed per se conuenit, non esse prolificum; quod non conuenit semini morbofo, aut semini mariti, quod est verum semen, & per accidens vitiosum. Est quidem per accidens, quod eunuchus fuerit castratus, sed non est per accidens, sed essentialiter, quod eius humor non sit semen, quia essentialiter non est semen: seminis verò, vel morbofo semen, est essentialiter semen, sed per accidens minus aptum, in quo magna est disparitas.

Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra*, quæ aptata nimis Lectoribus fuisse reor, cum sint satis curiosa, & ego hic per extensum afferre volui, quia de hac questione his diebus inter aliquos Theologos magna extitit altercatio.

## RESOL. CLXVI.

De quadam curatione Herniistarum, an efficiat spado-nes, vel eunuchos, & impediatur matrimonium?

Et docetur triplicem esse speciem eunuchorum.

Et explanatur, quod loquendo de Sacramento, qua non sunt de necessitate salutis, vt Confirmatio, Matrimonium, & Extrema Vnctio, satis sit, quod minister in eorum administratione sequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, & tutiori.

Et sequitur, quod in consuetu opinionum illa est sequenda, quæ fauet valori matrimonij. Ex part. 12. tit. 3. & Misc. Ref. 4.

S. 1. S. V. Ppono, quod ista curatio perficitur sine testicularum denudatione ab aliqua tunica, & sine aliqua læsione vasorum deseruientium solum soluendo partem processus Peritonij, quæ deorsum tendit ad testiculum, & supra illum integrum testem deducendo ad inguuen, intra quod reclusum relinquatur parte inferiori tunicæ coarctata per ligaturam, post quod vulnus inflatum curatur communi modo quo reliqua vulnerata. Hanc curationem docuit

Tom. II.

Io. Laurentius, Chirurgus Pontificis in suo opere *de anathom. cap. 176*. Modo quaritur an homines sic curati, dicendi sint Eunuchi, ita vt comprehendantur in Bulla Sixti V. & non possint inire matrimonium? Casus est nouus, & ex Hispania ad sel. mem. Innoc. X. delatus fuit, & tunc Sac. Congr. existimans eius resolutionem pendere à iudicio: & relatione Medicorum rescripsit, vt collegium Medicum celeberrimæ Academicæ Vallisoletanæ suum votum præberet, quod nouissimè fecit, & mihi impressum legendum præbuit Illustrissimus, & Doctissimus Dominus meus Zurita, Sacre Rotæ Auditor.

2. Itaque dictum Collegium ad propositam questionem per octo §. negatiuè responderet, & firmat supradictos emittere verum semen, nec obstat, quod testicula reponantur intra inguuen, nec obstat etiam, quod valde notandum est contra aduersarios, modum curationis, quæ omnia validissimis rationibus confirmant de promptis ex visceribus artis Medicinalis, & Auctorum huius facultatis. Et hoc votum Medicorum subscribere postea Professores S. Theologię, ac Professores Iuris Canonici, & Cæsari in clytæ Vniuersitatis, qui omnes sunt numero 22, asserentes ita curatos non esse inhabiles ad contrahendum matrimonium, nec comprehensos esse in Bulla Sixti V.

3. Ex quidem ego huic sententiæ libenter adhaereo, quam ante docuit insignis Basilius Pontius *de matr. lib. 7. cap. 68. n. 3.* cui ego addo alium Doctorem Hispanum non obseruatam à Dominis Professoribus Vallisoletanis, nempe Leandrum ex Reformatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, qui testatur se loquutum fuisse cum quodam homine sic curato ab Herenistis, qui duos habebat filios, sic itaque ait *de Sacr. tom. 2. tract. 9. disp. 21. q. 16*. An fuerit habilis ad matrimonium ille, à quo Chirurgus vnus læsum testem auulsi, & alium læsum, non, sed intra corpus recondidit, ne qua intestinorum descensuri pateret via? Respondeo habitum fuisse, propter modum Sixti V. Quia ille Pontifex eos tantum Eunuchos inhabiles ad matrimonium esse declarauit, qui vtroque teste carerent: sed ille de quo in casu quaritur, non caret vtroque teste, neque qui remansit attritus fuit, vt supponitur, sed inter illos computandus, quos Sixtus V. inhabiles ad matrimonium reddidit, & declarauit. Confirmatur, & declaratur hæc ratio, nam ided testis ille intra viscera reconditus, non ided factus est inhabilis elaborationi seminis, aut effusioni: ergo perinde ille habilis est, ac si vnus testiculus pendens remansisset, & integer in suo statu naturali, vt bene probat Basilius *lib. 7. de matr. cap. 68. n. 3. addens in fin.* quod si nullus ex his quibus ea curatio adhibetur, filios suscepit, parum interest, si verum semen emittitur, barba, pilisque non flaccidis, sed virentibus ornati sunt, neque enim generandi potentia requiritur ad matrimoniij valorem, sed coeundi, & vere seminandi. Sic ille. Cuius additis in fauorem ego superaddo, me in quodam insigni huius Diocesis Toletanæ oppido vidisse hominem, cui casus omnino idem ab infantia contigit (vt testis oculatus mihi narravit) barba virentibus nimis pilis ornatum, & liberos valde pulchros habentem, quos ego pluries vidi pluriesque illis loquutus fui. Cuius veritate casus supposita, indubia certè manet nostra, & Basilij sententia. Hucusque ex Pontio Leandrus, & nouissimè post hæc scripta visum inuenio hanc sententiam docere etiam nostrum Patrem Vetricelli *de Apostol. Mission. tract. 14. quest. 143. sect. 7. num. 70.* quorum doctrina magis procedit in casu nostro, in quo non vnus tantum, sed duos testiculos intra inguuen reponunt Hernistæ.

Q

4. Dicet

4. Dicendum est igitur supradictos non esse ar-  
cendos à matrimonio contrahendo, nec esse inclu-  
sos in Bulla Sixti V. tanquam spadones, & eunu-  
chos, quod præter superius dicta aperte probatur ex  
his, quæ de istis adducit eruditus Iuriconsultus Pe-  
trus Tololanus in *Synagm. iuris lib. 7. cap. 2. num. 27.*  
vbi sic ait: Porro quæ de eunuchis dicta sunt, in-  
telligenda sunt de triplici eorum specie; in triplici  
namque sunt differentia, vt monuit Theophilus in  
Iuris Civilis institutionibus, §. *sed & eunuchi, de adop.*  
*lib. 1. instit. tit. 11. §. sed & illud cod. tit. cap. Iustinian.*  
Quidam enim sunt Spadones, alij Thlibiæ, alij Ca-  
strati. Spadones proprie sunt qui steriles nascuntur,  
& frigidi, & impotentes natura, vel propter aliquod  
vitium ad coitum, vt ait Aristoteles *lib. 2. de generat.*  
*animal. cap. 5.* & Deus ipse annotauit Matth. 19. &  
*Summi Pontifices, Alexand. in cap. 1. & 3. & tot. tit. de*  
*frig. & malefic. lib. 4. Decretal. tit. 15.* vnde Columella  
*lib. 1. de re rust. vbi agit de arbor. per translationem,*  
arboris surculos fructum non ferentes spadones no-  
minat. Dicere tamen possemus spadones melius ab  
eunymo proprie eos, quibus cremasteres, vel colci  
euulsi sunt à verbo *καδω*, euello, cui consentit Vl-  
pianus *l. 4. §. idem. D. Adrian. ad l. Cornel. de sic. ar. lib.*  
*48. P. tit. 8.* obtinuit tamen apud Theophilum, vt ij  
tantum quos natura, vel vitium reddit coitui inuti-  
les, spadones proprie dicantur, etsi spadonum gene-  
ralis sit appellatio, continens tam eos qui natura spa-  
dones sunt, quam Thlibias, & Thlasias, & si quod  
aliud genus spadonum sit ex Vlpiani responso, *leg.*  
*Spadonum 128. de verb. signif. lib. 50. P.* Thlibiæ sunt  
Eunuchi, quibus à nutrice, vel forsitàn à matre ex-  
triti sunt testiculi, d. §. *sed & illud, de adopt.* Eunuchi,  
inquam facti *κατὰ νύκτα*, id est per compressionem,  
quando relaxatis membris infantium aqua calida digi-  
tris testiculi comprimebantur, vsque dum abole-  
rentur, & euanescerent, vt notat Paulus Ægyneta  
*lib. 6. vbi agit de illis.* Castrati sunt quibus exsecta  
sunt membra virilia, d. §. *sed & illud, de adopt.* Sic  
enim distinguit Vlpianus in *l. si serua 40. §. si spado-*  
*num de iur. dot. lib. 23. P. tit. 3.* Spadonum natura, ab  
Spadone castrato, dum de matrimonio agitur, & do-  
te, vt cum illo possit esse matrimonium, & dos, quia  
vitium, & frigidas naturæ possit emendari: cum  
hoc nequaquam, qui omnino est impotens hoc mo-  
do quoque distinguit in *leg. sed & questum 6. de liber.*  
*& posth. lib. 28. P. tit. 3.* dum de institutione posthumi  
ab spadone facta agit, vt ille instituere possit, hic nul-  
lo modo. Accedere potest aliud genus castratorum  
eunuchorum, quibus amputabatur penis & colci,  
quos Luithprandus *lib. 6. de reb. per Europam gesti.*  
*cap. 3.* vocare *Carfamatia* Græcos ait, Hucvique To-  
lolanus cui ego addo *Balsamonem in Can. 24. Apost.*  
*Antonium Augustinum lib. 5. emendat. cap. 5.* & Gi-  
balinum *de irregularit. cap. 3. part. 4. consel. 4. n. 12.*  
Cum itaque clarum sit, tria esse Eunuchorum gene-  
ra. Primò Thlibiæ, quia ab infantia genitales par-  
tes amiserunt, eo quod à parentibus illis expressæ, &  
inutiles redditæ sint. Secundò, spadones qui à nati-  
uitate testiculos non habent: & tertio castrati, qui  
ferro exsecti sunt. Non video quomodo supradictos  
homines de quibus loquimur in Bulla Sixti V. com-  
prehensos esse, cum tantum Pontifex ibi loquatur de  
spadonibus, & Eunuchis inter quos hos homines  
minimè annumerandos esse patet ex his quæ obser-  
uat Tololanus, & alij vbi supra.

5. Quod confirmatur auctoritate Gasparis Hur-  
radi *de matrim. disp. 22. diff. 5. num. 17.* Martini Perez  
*de matrim. disp. 37. sect. 3. num. 5.* & aliorum a serentium  
spadones, & eunuchos ex motu Sixti V. ideo  
esse inhabiles ad contrahendum, quia vtroque teste

carent, vel quia habent testes concussos, seu emittentes,  
vnde verum semen non possunt emittere, sed in casu  
nostro isti homines non carent testibus, nec illi  
habent concussos, vel attritos, vt testatur Heronibus  
ergo verum semen emittunt, quod experientia detem-  
strat: nam aliqui ex illis filios procreauerunt, vt patet à  
pluribus exemplis allatis à Pontio à Leida, & à de-  
cto Collegio Vallisoleto. Dicere autem autem fuisse filios  
spurios non est reiciendum tanquam dictum in antio-

6. Sed dices hos homines, licet non sint proprie  
spadones, & Eunuchi largo modo tales dici possunt  
tanquam inepti ad emittendum verum semen, quia  
habent testes non extra, sed intra inguina, & quia  
oblatæ ait Pontius vbi supra, quia ex eo quod natura  
corpus recondantur, non habent qualitatem conser-  
uationi contrarias, sed similes; cum teltis qualitates  
sint caliditas, & humiditas: consecratio autem fit à  
milibus. Id ipsum etiam conuincit, quod feminis in-  
fantes sunt etiam intra corpus, quod feminis in-  
viro genitalia habere sceminam, potiorè tantum,  
magitudine differentia iam pridem docuit Galeus  
*lib. 2. de semine, his verbis.* Est enim proportio maxi-  
ma inter genitalia masculi, & femina, potiorè legiti-  
dem genitalia membra tum masculi, tum femina  
habere eadem videntur, positione tantum, & magni-  
tudine differentia. Quin & vala testes notantur vtri-  
que sexui ex eisdem venis, & arteriis procedunt, &c.  
Quod ergo intra corpus testes collocentur, nihil  
obest naturali eorum conseruationi, & tempera-  
mento, & ex consequenti, neque veri feminis elabo-  
rationi, sed neque oblat effusioni feminis geniti ab  
eo testiculo, quod quidem sanè conlabor legenti  
Galenum *de semine, vbi non recta via, sed per embeg-*  
*ges & flexuosos meatus semen & elaborari, & del-*  
*cendere in pudendum facile comperit.*

7. Instabis iterum, quod saltem ex modo cautio-  
nis hos homines non posse emittere verum se-  
men, videlicet ob solutionem continuitatis in tunica  
externa testicularum. Sed hoc absolute negat Medi-  
ci Vallisoleto in supradicto voto, §. *8. per tot.* Tum  
quia, vt supponitur ex Heronibus, quibus est haudum  
tanquam peritis in arte per curationem leuis fit tu-  
nicæ scissio, & quæ facile à natura curatur sine eo  
quod artus, & caro testiculi patiantur. Tum quia,  
dato quod tota tunica nudaretur, non impeditur se-  
minis prolifici generatio, proui neque in testibus  
mulierum carentibus illa. Tum quia vni lotione se-  
cta vulnus abstergitur, & curatur à natura, proui  
contingit in leuibus externis vulneribus. Tum quia  
feminis generatio perficitur à carne testium, pro-  
priè est pars similis, media facultate, & temperie illo-  
rum, quæ non patitur ex vi curationis: ergo ex vi  
illius non impeditur prolifici feminis generatio. Sic  
Medici Pinciani in voto §. 8. qui etiam in §. 6. pro-  
bant in casu nostro non nudari testiculos à tunica  
erytroide. Itaque in casu dictæ curationis testes non  
amittunt, nisi situm & locum, non autem qualitatem,  
& substantiam quam prius habebant: ergo verum  
semen emittere possunt.

8. At his minimè obstantibus, in Hispania non  
desunt aliqui Medici, & Theologi asserentes contra-  
rium, nempe supradictos non posse contrahere ma-  
trimonium ex defectu emissionis veri feminis. Vnde  
sequitur nostram sententiam ad summum tantum  
probabilè. Verum vbi agitur de validitate Sacramen-  
ti, non sufficit sequi opinionem iudicam prædicte  
probabilem, sed eligendam opinionem omnino se-  
curam, cum non subest extrema necessitas, cui aliter  
provideri non possit. Et ratio est, quia hoc dubium  
inter iudicium de iure, nimirum, quando dubi-  
tantur

ANTON  
Opera  
Tom. I. & II  
E III



dubatur, an aliquid sit licitum, nec ne: & iudicium de facto, id est, an res hoc modo facta valeat nec ne, quo prius ordinem ad operandum dicat, atque ita omne malitiae periculum, quo forsitan est in re ipsa tollit: posterius verò dicat ordinem ad rem ipsam, nec periculum irritationis tibi tollat. Quare in priori casu excusatur sequens opinionem probabilem, non autem in posteriori. Quippe quantumvis opinio probabilis sit, non cessat periculum irritationis. Sic sustinet Petrus de Soto lib. de institut. Sacerd. lect. 2. de Eucharistia, Suarez 4. tom. in 3. part. disp. 26. sect. 6. n. 5. & 3. tom. in 3. part. disp. 21. sect. 4. ad fin. Quibus adde Bressum lib. 5. cap. 10. n. 105. & 111. Metollam tom. 1. disp. 3. cap. 4. dub. 3. n. 134. Lanfrancum opusc. 1. cap. 4. n. 6. & qui penes me instat multorum est, sapientissimum, & amississimum Patrem Bardi de conscient. disp. 4. cap. 31. n. 7.

9. Respondetur primò, quod loquendo de Sacramentis quae non sunt de necessitate salutis, vt Confirmatio, Matrimonium, Extrema-unctio, satis est quod minister in eorum administratione sequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, & tutiori. Fundamentum est, quod haec Sacramenta non sunt de necessitate salutis, atque adeo non sequitur ex hoc, quod fiat irrita, sequendo probabilem opinionem, minus tutam, tam graue inconueniens, sicut in alijs, vt ratione illius teneatur minister necessariò sequi probabiliorē, & tutiorē sententiam. Et ita docent Lorca cap. 2. D. T. b. disp. 38. mem. 2. & Martinez ibid. dub. 6. §. item notandum, & ego olim. Sed quia nunc adhæreo contrariæ sententiae, cum Ildephonso in prima secundæ tom. 3. disp. 208. dub. 12. cons. 5. n. 808. & alijs, ideò.

10. Respondeo secundò, quod in materia Sacramentorum, vbi sunt variae opiniones de integritate, validitate, & effectu eorum, licet sequi opinionem probabiliorē, vel probabilem, & minus tutam, cum duplici tamen limitatione. Prima, vt sit in re, quae non sit contra Ecclesiæ vsum, consuetudinemque, vel præceptum de tali modo in administratione Sacramentorum seruando. Secunda ne pars minus tuta derogat obligationi charitatis, & misericordiae respicientis remedium proximi. Et ratio est, quia cum hac duplici limitatione non potest alia culpæ ratio adesse sequendo opinionem probabilem, nisi aut ratione irreuerentiæ Sacramenti, aut ratione periculi irritationis. Neutra autem ratio in tali casu habet locum ad inducendam culpam. Non prior, quia nulla est irreuerentia Sacramenti illud administrare cum periculo, vt sit irritum, sequendo opinionem probabilem, quia quando quis sequitur opinionem probabilem, prudenter putat illum esse conuenientem modum ministrandi, & nulli se contrauenire præcepto, nec irritari Sacramentum, quare sicut credens probabiliter aliquid non esse contra præceptum Diuinum, ob id faciens illud non infert iniuriam Diuino præcepto, ita non irrogat iniuriam Sacramento, qui probabiliter credit illum esse conuenientem modum ministrandi. Neque etiam posterior ratio habet locum, quia quantumvis sit periculum irritandi Sacramenti, ut illud suo gratiæ effectu frustrandi, id etiam contingere potest quando quis in praxi sequitur opinionem probabiliorē, & ad rectè operandum, & ne censetur homo culpabiliter se periculo exponere, satis esse, si id efficiat cum prudenti assensu dictante probabiliter id esse licitum, ac Sacramentum non reddi irritum, quare cum dictæ duæ prædictæ limitationes in nostro casu adsint, quia & vñ, & præcepto Ecclesiæ non reperitur prohibitum modus contrahendi iuxta hanc nostram sententiam, & etiam non derogatur obligationi charitatis: tum quia ma-

Tom. 11.

trimonij sacramentum non est institutum ad iustificationem peccatoris, sed in subiecto in gratia existenti auget gratiam, quod augmentum, dato quod matrimonium sic celebratum esset à parte rei irritum contrahentes possunt commodè alia via restaurare: tum quia nullum nocuum illis contingit, ipsis inuitis, cum voluntariè, & spontaneè, & non coactè contrahant, ac proinde priuatio illa augmenti gratiæ (supposito, quod tale matrimonium foret nullum) se teneret ex parte ipsorum contrahentium, & recipientium Sacramentum, quo casu non derogari obligationi charitatis, si minister Sacramenti sequatur opinionem probabilem minus tutam in eiusdem Sacramenti administratione dicendum est. Et hæc omnia in casu simili de valore matrimonij comprobatur Bossius de contractu matr. cap. 4. §. 11. n. 21. qui citat Vasquez, Salas, & alios, quibus adde doctum Tamburinum in Decal. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 20.

11. Sed licet hæc responsio sit communis inter Doctores, ego tamen respondeo tertio nostram opinionem non esse solum probabilem, sed certam, vt apertè patet ex exemplis allatis, quod homines sic ab Heretis curati plures filios procreauerunt.

12. Vnde ex his omnibus patet posse in Hispania, vel vbiicumque terrarum Parochos, Vicarios, ac Dominos Episcopos admittere supradictos homines de quibus in hac quaestione loquuti sumus ad contrahenda matrimonia sine vilo scupulo, aut hæsitacione; & post matrimonium contractum si aliquis ex illis nullitatem in foro externo tentaret, Iudices Ecclesiastici contra illos debent sententiam pronuciare, quia in conflictu opinionum illa est amplectenda quæ fauet valori matrimonij. Ita post Hostiens. Butr. Abb. in cap. si vir, de cognat. spir. Felin. in cap. 1. de spons. n. 6. M. Ant. Cuccus lib. 5. tit. 11. n. 257. Beret. cons. 80. n. 21. & 22. Gaill. obseru. lib. 2. obs. 94. n. 19. Menoch. d. lib. 2. presump. 71. n. 30. Aug. Barbosa tom. 1. collect. ad decre. lib. 2. tit. 20. c. 47. n. 8. tit. 27. c. 26. n. 2. & 3. in fin. Franc. Molin. de compar. 17. lib. 1. n. 15. in fin. Sanch. disp. 18. lib. 1. n. 6. & alij relati ab eodem Sanchez. Imò addunt hoc faciendum esse à Iudice etiam contra communem, & præferre opinionem singularis alicuius Doctoris celeberrimi, quæ in probabili ratione fundata matrimonio faueat, illudque sustineat, opinionem plurium Doctorum illud impugnantium, nisi textui apertè inuitatur.

13. Sed in nostro casu pro validitate, adest votum totius celeberrimæ Pincianæ Vniuersitatis, ac Basilij Pontij, & Leandri. Ergo à Iudice Ecclesiastico pro valore matrimonij pronuciandum esse omnino dicendum est.

14. Nota verò, quod difficultas à me superius resoluta, discutienda erit in Sac. Congr. Conc. Triid. vnde si forsitan Eminentissimi Domini mei Cardinales aliter sentiant, ego omnia superius dicta abnego, & puto necessariò eorum determinationi standum esse. Nam Purpuratorum Pattum responsa tanquam Oracu la veneranda esse semper existimaui.

RESOL. CLXVII.

An, vt mulier trāsire possit ad secundas nuptias, sufficiat presumptio verisimilis, & probabilis de morte viri? Et an Confessarius in conscientia foro id ipsi permittere possit, & index in foro externo, si post celebratas nuptias causam intelligeret, neque mulierem punire, neque à secundo viro separare deberet, donec cognitum esset priorem maritum adhuc viuere? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 13. aliàs 214.

§. 1. Hæc casus frequenter accidit, & negatiuè respondendum est ex his quæ adducit Sanchez

Sup. hoc supra in Ref. 72. §. Verù, cuius in fine, à veris. Porque la opinion. & in Ref. 74. §. vlt. prope finem, à veris. Nam vt ex multis, & in Ref. 78. recitauer in §. Verum ego Sup. hoc latè supra in Ref. 135. & in alijs eius primæ annot. pro hæc quæst.

Quamuis non plene

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. lege doctri nam Ref. 2. & si placet alius eius autor.

Sup. hoc supra in tr. 7. Ref. 19. §. 1. sed lege eam per totam, & Refol. & §. 5. eius annot.

Sup. hoc legem tamen supra quid in hoc casu accidere potest, ex iustissima doctrina Ref. 132. in fine, vers. Vbi respondet, & non pigebit plus scire in Ref. 133;

chez tom. 2. lib. 2. disp. 46. quæst. 1. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 25. num. 2. & Doctores, quos ad fatietatem citat Barbosa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 21. cap. 2. n. 3. & 4. vide etiam Basilium Pontium de matr. lib. 7. cap. 52. per tot. qui omnes requirunt certum nuncium, & famam de morte viri.

2. Sed his non obstantibus, vt optimè notat Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 3. cap. 3. n. 2. probabilis est illa sententia, quod mulier in tali casu nihil peccaret, si cum eiusmodi valde probabili persuasione, ac præsumptione, atque iustissima credendi causa, quod prior maritus mortuus sit, adeoque bona fide si nemo se illi opponeret, ad secundas nuptias transiret. Vnde confessarius in conscientia foro id ipsi permittere, & iudex in foro externo, si post celebratas nuptias causam intelligeret, neque mulierem punire, neque à secundo viro separare deberet, donec cognitum esset priorem maritum adhuc viuere, idque apertè sumitur ex cap. cum per bellicam 33. 9. Ratio verò est, quia in moralibus, in quibus certitudo omnino haberi non potest homini, ad instituendas actiones suas, sufficere debet probabilissima, licet non omnino certa opinio, seu præsumptio. Ita Layman, qui citat D. Antoninum, Rosellam, Syluestrum, & Philarchum, & in facti contingentia, de hoc casu nouissimè interrogatus fuit, & cum doctrina Layman consului nihil in nouandum, donec veritas de morte viri magis eluceret.

RESOL. CLXVIII

Quis commisit adulterium cum promissione facta contrahendi post obitum viri, quasiui postea, an contraxerit impedimentum?

Et an dato, quod dicta promissio sit facta serio, & ex animo, tamen hoc non obstante, requiratur, vt ab altero acceptata sit, neque satis est ad contrahendum hoc impedimentum tacita acceptatio, sed requiratur promissio mutua, & reciproca? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 197. alias 198.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent Sanchez de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 79. n. 10. Coninch de sacram. disp. 3. dub. 5. n. 57. Veractuz in specul. p. 1. art. 34. concl. 9. & alij.

2. Sed contrariam sententiam tuetur Henriquez lib. 12. c. 14. n. 3. in fi. Emanuel Sà de matr. imped. n. 7. & hanc opinionem ego probabilem esse puto cum Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 2. cap. 10. n. 4. Igitur, vt contrahatur hoc impedimentum, opus est, vt promissio matrimonij serio, & ex animo fiat, non fictè, cum alioquin non censetur promissio. Vnde sequitur, quod talis promittens sine vlla dispensatione possit contrahere matrimonium cum adultera, si vir illius postea obierit.

3. Notant etiam probabiliter Layman, & Henriquez ubi supra, Villalobos in sum. tom. 1. tract. 14. diff. 11. num. 9. & alij contra Sotum in 4. disp. 37. ver. unica, art. 4. Lopez p. 2. cap. 54. & alios; dato, quod dicta promissio sit facta serio, & ex animo, tamen hoc non obstante requiritur, vt ab altero acceptata sit, neque satis esse ad contrahendum hoc impedimentum tacitam acceptationem, sed requiri promissionem mutuam, & reciprocam, quod est valde notandum; sicut etiam est illud, quod dictus Layman aduertit contra Sanchez lib. 7. disp. 79. num. 11. Nauarrum, & Rodriguez, nempe ad contrahendum hoc impedimentum opus esse, vt promissio sit pura, aut saltem ante mortem coniugis purificata, cum alioquin non sit simpliciter facta promissio, quippe adhuc suspensa, & pendens à futuro euentu: & ita

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, 5. vt.

etiam docuit ante Layman Egidius Coninch in ser. disp. 31. dub. 5. num. 59.

RESOL. CLXIX

An promissio adulteri facta inducat impedimentum matrimonij?

Ex quo inferretur, quod si rebaipzans in foro conscientia excusatur ab irregularitate, & si rebaipzans hæresim non incurrit penas, & ceteras carceris impositas.

Et queritur, an promissio de matrimonio contrahendo inducat impedimentum, debeat esse externa, & acceptata, vel an taciturnitas obligationem, & acceptationem inducat? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. Resol. 6.

§. 1. **S**uppono adulterium coniugis contrahendum cum promissione ducendi eam cum qua adulteratur, esse crimen dirimens ex iure Ecclesiastico, matrimonium sequuntur cum ea: & id quod dicitur de adultero, dicendum est de adultera. Hoc supposito, ad questionem propositam affirmatiuè respondet Castrus Palau tom. 5. disp. 4. par. 11. n. 11. Gutierrez de matr. cap. 105. n. 28. Coninch de ser. disp. 31. dub. 5. n. 57. & Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 10. Quia ex promissione serio facta, & cuius fictio non cognoscitur anfra occidendi coniugem, aque natus ex vera promissione. Ius autem hoc impedimentum constituit ad dictam occasionem tollendam. Ergo promissioni apparenter verè hoc impedimentum censeri debet appositum. Deinde præcepta Ecclesiastica cadunt in actus externos, & eisdem puni Ecclesia: nam de interioribus nihil iudicatur, sed ille exteriori promittit: ergo contrahit penam, seu impedimentum tali crimini iniunctum.

2. Mihi verò magis placet negatiua sententia, quam tuetur Hurtado de matr. disp. 23. diff. 1. n. 49. Henriq. lib. 12. cap. 14. n. 3. in fin. & alij. Quod probatur exemplis fictè rebaipzantis, & fictè profertis hæresim: nam rebaipzans ille in hoc conscientia excusatur ab irregularitate, quia actus ille veie in ratione culpæ non est peccatum consummatum rebaipzandi, sed est tantum imperfectum in eo ordine, & ideo non est sufficiens ad contrahendam irregularitatem, quæ imponitur propter delictum perfectum, & consummatum in illa (sua specie. Ille etiam alius exteriori hæresim profertens, veram fidem animo, & mente retinens, non incurrit penas & censuras hæreticis impositas, quia reuerè non est simpliciter hæreticus, sed solum cum addito, scilicet exterior hæreticus, seu fictus. Sic ergo in presentia, qui sine intentione exteriori dat fidem matrimonio, reuera non est promissor, sed fingit se promissorem: & idèdò, quamuis in hoc etiam grauiter peccet, non tamen propriè est illa culpa, propter quam impedimentum dirimens impositum est. Et licet Sanchez conetur ad hæc exempla respondere, ad eius tamen responsionem respondet Perez loc. cit.

3. Sed si hic obiter quæras, cum promissio de matrimonio contrahendo, vt inducat impedimentum debeat esse externa, & acceptata, an taciturnitas inducat acceptationem. P. Perez ubi sup. p. 5. n. 4. cum Pontio, Coninch Rebell. & Hurtado affirmatiuè respondet. Ratio est, quia cum adulteri se mutuo amè, censentur expetere mutuò matrimonium, idèdò quæ alteri hoc promittit, tanquam fauorabile. In his vtrique fauorabilia iudicantur ab eo cui offeruntur, & vt talia ei offeruntur, quamuis in re ipsa nõ sint fauorabilia: Qui tacet, cõtere videtur. de reg. iur. in 6. reg. 43. Verùm negatiua sententiæ adhaeret Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 25. Gutierrez de matr. cap. 105. n. 28. & Casterus Palau

ANTONIN  
Opera  
Tom. I & II  
E III

Palus ubi sup. n. 10. Nam esto matrimonium, vt quid fauorabile offeratur, de facto tamen, vt offeratur, fauorabile non est: tum, quia acceptans inhabilis redditur ad illud matrimonium contrahendum, & pœnis Ecclesiasticis subiicitur: tum, quia in probabili sententia obligator ad repromittendum, quod onerosum est. At cum promissio non est gratuita, sed onerosa, onusque continet, non censetur acceptari ex sola taciturnitate, vt tradunt Doctores in regulis, *Qui tacet, de regul. iuris, in 6. & l. Qua doris, ff. solut. matrim.* Neque obstat, quod promissarius ignorauerit onus, quod ex acceptatione promissionis subiit: quia ea ignorantia, vt pote iuris, non præsumitur, & cum taciturnitas, sola iuris præsumptione consensus inferat, nullatenus in præsentem inferre potest. Vnde vtramque sententiam probabilem esse putō. Ego verò magis ad hęc primæ sententiæ: quia, cum adulteri se mutuo amant, cæco amore ducti maxime appetunt illud matrimonium, tamen non ignorant esse onus, & impedimentum illius: vnde, qui tacet, censetur acceptare id, quod sibi iudicat fauorabilius, & quod ipse maxime appetere censetur.

## RESOL. CLXX.

*An si quis adulterauit cum coniugata cum promissione sumendi illam in uxorem, mortuo marito, possit absque dispensatione Pontificis matrimonium illud inire, si dum commisit adulterium, nesciebat impedimentum dirimens ex illo prouentens?*

*Idem est, si interfecit virum ad finem contrahendi matrimonium, si ignorabat inuincibiliter ex hoc crimine non potuisse sequi matrimonium, absque dispensatione Pontificis.*

*Et an, et incurrat hoc impedimentum sufficit, et vnus contrahentium sciat huiusmodi impedimentum, vel requiratur scientia ex parte vtriusque contrahentis?*

*Et inferatur, an affinitas ignorata ante matrimonium dirimat illud?*

*Ex quo cursim etiam deducitur, quod si quis haberet copulam cum matre, & haberet copulam cum filia ignorando inculpabiliter impedimentum affinitatis, nam si hoc non obstante contraheret cum ista sine pœnitentiæ dispensatione, matrimonium esset nullum, Ex part. 10. tract. 13. & Misc. 3. Res. 11.*

cap. 16. sect. 5. in fine citat Paludanum, & Maiorem, quæst. 2. dist. 37. quæst. 1. art. 4. & dicit esse communio-rem opinionem, nempe requiri scientiam huius impedimenti, ad hoc vt quis incurrat. Ratio potest esse, quia huiusmodi impedimentum, vt supra dictum, est impositum ab Ecclesia in pœnam delicti: sed pœnas ait Sanchez in *Summa lib. 4. cap. 22. num. 18.* non incurri ab ignorantem illas inuincibiliter, & dicit hanc esse probabilio-rem opinionem. Ergo. Hucusque Baucius.

2. Sed si hæc opinio esset admittenda, plures in contrahendis Matrimoniis non egerent dispensatione Pontificia: Vnde ego circa supradicta habeo magnam difficultatem; nam impedimenta Matrimonij dirimentia, non solum imposita sunt vt pœnæ, verum principaliter tanquam inhabilitates; vt rectè notat Lessius in 3. part. de Sacram. Matrim. c. 7. dub. 1. n. 130. Cornejo in 3. part. tom. 2. tract. 6. de Impedim. Matrim. disp. 3. dub. 3. n. 2. & alij communiter. Ergo ex hoc capite dicendum quod in ipsis non proficit ignorantia; quod non solum procedit quoad ignorantiam iuris, sed etiam quoad ignorantiam facti, vnde affinitas ignorata ante Matrimonium dirimit illud, vt docet Io. de la Cruz, in *Direct. de Matrim. art. 5. dub. 9. conel. 2.* & alij communiter. Dicendum itaque, quod matrimonium non tantum sit Sacramentum, sed etiam civilis contractus, immò ratio civilis contractus in Matrimonio est antiquior ratione Sacramenti, eiusque fundamentum; contractus autem, vt sit & censetur legitimus, subest dispensationi reipublicæ, vt patet in omnibus aliis contractibus, potestque reipublica varias condiciones exigere, sine quibus contractus non censetur, vel sit legitimus: potest, inquam, exigere vel ex parte materiae, vel ex parte consensus, vel ex parte vtriusque: ergo Ecclesia potest certas condiciones exigere, sine quibus matrimonialis contractus non sit validus, & proinde potest instituire impedimenta matrimonij dirimentia. Vnde ex his patet, ignorantiam nihil prodelle, quoad impedimenta Matrimonij.

3. Confirmantur supradicta aliis exemplis, ex lege Civilis, & Canonica, in quibus prohibetur ne Testamenta condantur, nisi sub certo numero Testium, nec Professio emitatur, nisi completo integro anno nouitiatus, & post annum decimum sextum: Et tamen si aliquis cum ignorantia inuincibili conderet Testamentum, aut emitteret Professionem sine dictis conditionibus cum ignorantia inuincibili, hoc non obstante Testamentum, & Professio essent irrita. Sic & in casu nostro, licet aliquis committeret adulterium & homicidium cum ignorantia inculpabili impedimenti criminis, hoc non obstante, Matrimonium esset nullum absque præuia dispensatione, sicut etiam foret si aliquis postquam rem habuit cum matre, haberet copulam cum filia ignorando inculpabiliter impedimentum affinitatis; nam si hoc non obstante contraheret cum ista sine præuia dispensatione, matrimonium esset nullum. Et ratio horum omnium est; quia vt diximus impedimenta Matrimonij non imponuntur ab Ecclesia tanquam pœnæ, sed tanquam inhabilitates, & condiciones annullantes actum subsequendum. Vnde patet responso ad argumentum Baucij; videlicet quod suspensio, interdictum, & irregularitas non incurritur cum ignorantia inculpabili: Nam responso deo, istas esse puras pœnas, impedimenta autem matrimonij esse inhabilitates, & condiciones annullantes actum faciendum. Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum. Ideo supradictæ opinionis amicissimi Baucij tam præiudiciali Sacris Tribunalibus Pœnitentiæ, & Datarie Romanæ, nolo calculum

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. ex lata doctrina Res. 38. Itaque, post mediū, a vers. neque sub nomine, & quamuis non plene super hoc tamen pro inhabilitate hic infra explicanda, lege infra doctrinam Res. sol. 241. & si vides omnes alias Res. cius notationum, doctrinam, doctrinam replentis, & facillus hanc quæst. dist. soluc.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Baucius in *Miscellaneis Casuum Conscientiæ, tom. 2. Opusc. 1. qu. 176.* ubi sic ait: Quis commisit adulterium cum promissione contrahendi matrimonium secuta morte alterius Coniugis, vel interfecit virum ad finem contrahendi matrimonium, sed ignorauit inuincibiliter ex hoc crimine non potuisse sequi Matrimonium absque dispensatione Summi Pontificis, an incidit in hoc impedimentum dirimens? Respondetur, hunc casum non inueni apud Sanchez, qui diffusè agit de Matrimonio, nec apud amicissimum Dianam, qui profertur peregrinas opiniones Doctorum edere in lucem ad vtilitatem Fidelium, & ad tollenda peccata munditiæ proinde operæ precium existimaui typis mandare doctrinam Paludani à mentibus Fidelium abolitam, cum hic Auctor sit antiquus, & apud Bibliopolas non reperitur. Ait hic Auctor in *sent. dist. 34. q. 2. n. 17.* & citat Canones, quod requiritur scientia huius impedimenti, ad hoc vt incurrat tale impedimentum: quam scientiam huius impedimenti Paludanus requirit ex parte vtriusque contrahentis ad hoc vt incurrat supradictum impedimentum, nec sufficit vt vnus contrahentium sciat huiusmodi impedimentum. Fernandez in *Marcella Casuum Conscientiæ part. 3. Tom. 11.*

meum adiungere : Vnde in casibus ab ipso adductis, dicendum est, illas personas egere dispensatione ad contrahendum Matrimonium. Et post hæc scripta inveni nostram sententiam docere doctum Magistrum Serra tom. 2. in part. 2. D. Thome quest. 96. art. 4. ad 3. ubi docet impedimenta Matrimonij non esse propriè pœnas, sed inhabilitates, & idèd ignorantiam ab eis non excusare.

RESOL. CLXXI.

An homicidium ab adultero, & adultera perpetratum animo, & intentione contrahendi matrimonium inter se, si ea intentio non manifestetur, & significetur exterius inducat impedimentum dirimens?

Et inferitur, quod Inquisitores excommunicantur, qui odio vel amore ducti iniustitiam reis faciunt.

Et quid, si odium, vel amor sit omnino occultus, & nullo signo, aut opere exteriori manifestatus, aut indicatus?

Ex quibus etiam deducitur, quod Ecclesia actus omnino interiores nec prohibere, nec præcipere potest.

Et notatur, quod si aliquis occidat virum cum animo inveniendi matrimonium cum vna ex filiabus Titij, contraheret impedimentum cum qualibet earum. Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 1. Ref. 25.

§. 1. Negatiuè respondet Poncius de matr. lib. 7. cap. 45. num. 4. & Hurtad. disp. 23. diff. ult. 1. num. 3. Sed hæc sententia non placet Castro Palao tom. 5. disp. 4. punct. 1. 2. n. 5. quia Ecclesia non punit intentionem præcisè, sed occisionem externam ea intentione factam, & cum puniat lege ipsa, & non per sententiam, opus non est de intentione constare, argum. desumpto ex Clem. 1. §. Verum de Hæreticis, ubi Inquisitores excommunicantur, qui odio, vel amore ducti iniustitiam reis faciunt.

2. Verùm ego puto, non esse recedendum à negatiua sententia, quam cum Poncio, & Hurtado tenet doctus, & amicissimus P. Perez de matr. disp. 33. sect. 1. num. 7. Quia certum est occultum omnino, & mentale delictum non subiacerè Ecclesie iudicio, neque punitioni, optima ratione: quia lex est imperium Superioris inferiores ad sui obseruationem obligans: vnde iure naturali oportet inferiorem ad voluntatem Superioris conformari: absurdum enim est ei refragari, & resistere, sicut honestum obtemperare. At conformatio hæc inferioris ad Superiorem in eo solum attendi debet, quod proprium hominum est: id autem est exterior operatio secundùm rationem: nam spiritualis conformatio Angelorum, & spirituum potius videtur, quàm hominum, vel hominum etiam, ea tamen ratione, qua cum Angelis communicant: lex igitur humana humanam postulans obedientiam, eam solum exposcit in operibus exterioribus, quæ propria hominum sunt, nec communia cum Angelis, ac proinde actus omnino interiores, nec prohibere, nec præcipere potest: quia in illis conformatio obedientiæ humanæ non exigitur. Ex quibus patet responsio ad argumentum Castr. Palai. Dico igitur, quod excommunicatio illa contra Inquisitorem illum non ipsam comprehendit, si odium, vel amor sit omnino occultus, & nullo signo, aut opere exteriori manifestatus, aut indicatus. Quo circa in illa Clementina non excommunicatur, qui odio, vel amore, & gratitudine simpliciter omiserit inquirere: sed is, qui obrentu amoris, vel odij, hoc est, prætextu aliquo non inquit: at prætextus est, quando aliquo signo talis animus indicatur: quare, si omnino maneret secretus talis affectus, nullam In-

quisitor incurreret excommunicationem. 3. Notandum est etiam hic obiter, quod si aliquis occidat, virum animo inveniendi matrimonium cum vna ex filiabus Titij, contraheret impedimentum cum qualibet illarum: quia omnes nuncupantur, & expressè intentæ fuerunt. Ita Gutier. de matr. c. 105. n. 22. Sanc. lib. 7. disp. 78. n. 18. & alij. Sed hæc opinio non caret difficultate: quia, ait Palao loc. cit. esto intentæ omnes sint; sunt tamen inter se sub iudicio differentia, & indeterminatione, quæ cum matrimonio consistere nequit. Verùm opinioni Sanc. adheret Perez loc. cit. sect. 2. num. 8.

RESOL. CLXXII.

An impedimenta criminum sint per dissolutionem soluta? Et pro praxi huius difficultatis septem casus assignantur in textu huius Resolutionis.

Et aduertitur, quod Confessarij penitentibus inestusis, vxoricidis, &c. non debent imponere onus, si contrahere volunt, dispensationem obtinere.

Sed si aliquis scrupulosus, hoc non obstante, dispensationem super his petere velit, eam Episcopus conferre poterit. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 258. alius 259.

§. 1. Hæc impedimenta sunt. Primò, vxoricidium, cap. admonere 33. q. 2. Secundo, presbytericum, cap. qui presbyterum, de pan. & remiss. Tertio, matrimonium cum Moniali scienter initum, cap. de ergo 27. q. 1. Quarto, si quis propriam prolem de sacro fonte suscipit in fraudem vltus conjugalis, cap. de es, 39. q. 1. Quintò, qui ob peccatum publicam penitentiam peragere debuit, cap. de his 31. q. 2. Sextò, rapto sponsæ alienæ, cap. statutum 27. q. 2. Septimò, in celum cum consanguineis coniugis, aut ipsius adhauc viuentis, c. 1. 2. & c. si anmissa, de eo qui cognoscit, & c. scilicet intra secundum gradum post Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. de reform. matr. His suppositis affecto prædicta impedimenta criminum, esse per dissolutionem consuetudinem penitus sublata. Et ita docet Coninch de Sacr. disp. 30. dub. 3. n. 25. Sotus in 4. disp. 27. q. 1. art. 2. prope fin. Veracruz in speculo, part. 1. art. 7. concl. 2. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 17. n. 8. Nauarrus cap. 2. 2. n. 75. Basilius Pontius de matr. lib. 6. cap. 14. num. 4. quidquid contrarium alletat Rebellis part. 2. lib. 3. quest. 18. num. 23. & alij penes ipsam.

2. Vnde Confessarij penitentibus inestusis, vxoricidis, &c. non debent imponere onus, vt si contrahere volunt super dictis criminibus, penus dispensationem obtineant: nam, vt dictum est, iam per dissolutionem dicta impedimenta sublata sunt. Sed si aliquis scrupulosus, hoc non obstante, dispensationem super his petere velit, eam Episcopus conferre poterit, sicut ex communi Doctorum sententia notat Nauarrus lib. 4. consil. 9. n. 5. de consanguinitate.

RESOL. CLXXIII.

Dubius de valore matrimonij post bimestre tempus si solud non consummatur, quid facere debeat? Ex p. 4. tract. 3. Ref. 41.

§. 1. In priori bimestri post contractum matrimonium coniux dubitans de eius valore, siue post examen, siue antea, non tenetur reddere debitum: quia alter non habet ius petendi, & inde sequitur non posse reddere, quia nullum est periculum iniustitiæ, ob quod solum vitandum licitum est reddere cum periodo fornicationis; sed difficultas est quid faciendum, quando coniux nondum consummatur.

ANTON  
Opera  
Tom. 10 II  
E III

Sup. hoc infra post medium §. seq. huius Ref.

Sup. hoc latissime in to. 5. tr. 8. Ref. 5. Notandum est, & in Ref. 29. §. Et tandem, & seq. & ibi in tr. 10. Ref. 91. cursum in fine à vers. Hæreticus, & ibi in tr. 1. Ref. 14. & late & doctè in tom. 6. tr. 3. Refol. 2. fere post tres columnas ab eius principio, & in to. 3. tr. 1. Ref. 32. §. 1. ad mediū, vers. Tum quia Ecclesia, & quamuis non plene sup. hoc lege tamen doctrinam aliarum Ref. eius primæ not. & non pigebit.

summauit matrimonium, & post bimestre tempus adhuc dubitat? Vasquez in 2.2. disp. 66. cap. 6. num. 33. asserit, quod elapso illo tempore non debet devinere alterum coniugem perpetuo dubium, sed debet ei detegere dubium, ut ipse etiam interim non petat donec sufficienter examinetur. Hoc intelligit si probabiliter non timeatur talem dubij reuelationem nihil profuturam, sed potius nocituram; quod si tale sit periculum, tunc debet coniux dubius reddere debitum, ne ultra tempus bimestre signatum à iure, alterum coniugem detineat; obligare autem ipsum ingredi Religionem, cum reuera possit, ut ita liberum relinquat alterum coniugem, nimis durum est, eo quod nisi status Religionis sponte suscipiatur difficilis soleat habere exitus. Hoc mihi videtur probabilius, tamen si aliqui censent, huiusmodi debere intrare Religionem, cum hac via possit periculum incontinentiã euadere, cui se exponeret sine vlla obligatione, si in principio redderet. Ita Vasquez, cuius sententiam certissimam putat Salas in 2.2. r. 8. disp. vnicā, sect. 2.2. num. 208. quia non tenetur aut ipse, cum tanto detrimto suo, vel alterius, aut Religionem ingredi, aut à redditione debiti in dubio abstinere, vnde licet illi periculo materialis fornicationis se exponit.

RESOL. CLXXIV.

- An coniux dubius de valore matrimonij possit petere & reddere debitum?
- Et an coniux dubitans, si pramiserit sufficiens examen de valore matrimonij, & adhuc dubius manet, poterit vti matrimonio non solum reddendo, sed etiam petendo, & hoc etiam verum sit etiam quando moraliter est impossibile, adhibita diligentia, posse vinci dubium?
- Et an quando dubium valoris matrimonij oritur ex dubio impedimenti impotentia, tunc uterque coniux possit reddere, & petere debitum?
- Sed difficultas est, an coniux dubitans de valore matrimonij si ante debitam diligentiam petat debitum, teneatur alter ei reddere?
- Difficultas adhuc superest, an si coniux dubitans de valore matrimonij contrahendi, illud inear, possit adhuc petere, & reddere debitum?
- Et quid, si uterque coniux mala fide contraxit, an neuter possit petere, nec reddere debitum?
- Et quid est dicendum, si coniuges habeant rationes probabiles matrimonium valere, quamuis probabilius iudicetur matrimonium non teneri, an possint in tali casu reddere, & petere debitum?
- Et vtrum dubitans de valore matrimonij à se bona fide contracti, quia dubitas de seruitute alterius, possit, ac teneatur reddere debitum?
- Et an coniux, qui bona fide contraxit, si postea non dubio suspensionis, sed potius opinetur matrimonium esse nullum, non solum possit reddere, sed etiam petere debitum? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 15.

fide, vel mala fide contraxerit; & ratio est, quia in dubiis tutior pars est eligenda: sed coniugi dubio (sive bona, sive mala fide contraxerit, & sive sit dubius ante sufficientem diligentiam, sive etiam postea) tutius est non petere, quia petendo se exponit periculo peccandi contra castitatem, & eidem coniugi tutius est reddere petenti bona fide, quam non reddere, quia non reddendo se exponit periculo iniustitiæ contra ius coniugis petendi, & reddendo tantum se exponit periculo fornicationis contra castitatem, quæ est minus peccatum, quam dictum iniustitiæ. Ergo coniux in dicto dubio non potest petere, tenetur tamen reddere. Hæc Hurtadus, & in hanc sententiam magis inclinat Martinez in 1. 2. tom. 1. quæst. 19. art. 6. dub. 5. concl. 2.

2. Sed licet hæc opinio sit probabilis, tamen contrariam non minus probabilem esse existimo. Dico igitur ante diligentiam adhibitam ad assequendam veritatem teneri coniugem dubitantem reddere debitum, non tamen posse petere, ea tam sufficienter adhibita posse reddere, & petere. Ita Sanchez tom. 1. lib. 2. disp. 41. n. 46. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 5. n. 16. Henriquez lib. 12. cap. 6. n. 5. & 7. Emanuel Sa. ver. debitum conjugale, n. 7. Sotus de iust. lib. 4. qu. 5. art. vlt. Bannez in 2. 2. quæst. 62. art. 6. dub. 5. concl. 4. & notissimè Ioannes Vviggers in 1. 2. D. Thomæ quæst. 19. art. 6. dub. 6. n. 59. & 60. Coninch de Sacram. disp. 34. dub. 10. Lorca in 1. 2. D. Thomæ disp. 38. Nam possessor bonæ fidei si dubitat rem esse alienam, & facto sufficienti examine, ut infra videbimus, non potest dubium vincere, potest non tantum rem detinere, sed etiam illa vti, quia in dubio est melior conditio possidentis. Ergo coniux dubitans si pramiserit sufficiens examen, & adhuc dubius maneat, poterit vti matrimonio non solum reddendo, sed etiam petendo, & hoc verum est, etiam quando moraliter est impossibile adhibita diligentia posse vinci dubium, tunc enim, ut notat Sanchez loco citato n. 47. potest coniux dubitans nulla adhibita diligentia reddere & petere.

3. Notandum est tamen, etiam stando in prima opinione, illam non procedere, ut notat Pontius, Vasquez, Montefinus, & Hurtadus, ubi supra, quando dubium valoris matrimonij oritur ex dubio impedimenti impotentia; nam tunc uterque coniux potest reddere & petere debitum.

4. Sed difficultas est an coniux dubitans de valore matrimonij, si ante adhibitam diligentiam petat debitum, teneatur alter ei reddere? Affirmat Corduba in summa quæst. 45. punct. 3. Henriquez lib. 12. cap. 6. num. 5. in gloss. lit. T. uterque Ledesma, Bartholomæus dub. 20. de matrim. concl. 1. & Petrus de matr. quæst. 45. art. 1. ad finem. §. ad hoc dubium respondetur, quia in dubio melior est conditio possidentis; sed in hoc dubio uterque possidet, suppono enim quod bona fide contraxerint; ergo, &c.

5. Verum mihi magis placet opinio negatiua Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 41. num. 45. & aliorum, quia in tali casu coniux dubitans non habet ius ad petendum debitum, donec adhibeat debitam diligentiam ad veritatem assequendam.

6. Difficultas etiam est, an si coniux dubitans de valore matrimonij contrahendi, illud inear, possit adhuc reddere, & petere debitum. Quando alter solus bona fide contraxit, ita dubitantem non posse reddere, nec petere, docent Sotus in 4. dist. 27. qu. 1. art. 3. Bartholomæus Ledesma de matrim. dub. 20. & alij. Sed mihi placet opinio Ancharani in cap. Dominicus de secunda nupt. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 42. num. 2. Henriquez lib. 12. cap. 6. num. 5. & 7. in glossa licet S. & aliorum asserentium, coniugem,

Sup. hoc in Ref. seq. & lege doctrinam Ref. præteritæ.

§. 1. **H**ic casus agitabitur quando post matrimonium bona fide contractum superuenit dubium de ipsius valore; & in tali casu coniugem ita dubitantem non posse petere, teneri autem debitum reddere, docuerunt præstantissimi ætatis nostræ Theologi, Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 15. Montefinus in 1. 2. D. Thomæ disp. 39. quæst. 4. Vasquez in 1. 2. disp. 66. cap. 4. Hurtadus de matrim. disput. 10. difficult. 9. num. 39. Rebellius lib. 2. quæst. 16. sect. 2. Turrianus in opusculis Theologicis, opusc. 10. disput. 4. dub. 1. & disp. 5. dub. 1. Pelantius in 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 4. sent. 6. & hoc ait Hurtadus, sive coniux bona

gem, qui tali dubio contraxit, nullo modo posse debitum petere, teneri tamen reddere alteri bona fide possidenti. Verum si uterque coniux mala fide contraxit, neutrum posse petere, nec reddere, docet Coninch de Sacram. disp. 34. dub. 10. num. 102. & alij *vbi supra*. Ratio est clara, quia neutri suffragatur possessio mala fide incepta. At si curiosus lector inquirat, quid dicendum in tali casu, si coniuges habeant rationes probabiles matrimonium valere, quamvis probabilis iudicet matrimonium non tenere? posse in tali casu reddere, & petere debitum, affirmat Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 42. n. 8. Negat verò mordicus Merolla tom. 1. disp. 3. cap. 3. corollar. 12. difficult. 2. num. 168. Sed utraque opinio est probabilis.

7. Et tandem pro coronide huius resolutionis, quaeritur verum dubitans de valore matrimonij à se bona fide contracti, quia dubitat de seruitute alterius, possit ac teneatur reddere debitum? Respondeo affirmatiuè cum Hurtado *tract. de matrim. disp. 10. diff. 9. num. 42. vbi sic ait*. Teneatur coniux debitum reddere, quamuis sit dubius de valore matrimonij, quia dubitat an contraxerit cum mancipio ignorata seruitute; quia ex vna parte non reddendo se exponit periculo iniustitiæ contra mancipium, & ex altera reddendo nullum patitur detrimentum, quo excusari possit à reddendo, quia ex eo quod accedat ad mancipium affectu maritali, vt teneatur accedere, non reualidat matrimonium præcedens, quia non accedit intendendo de nouo contrahere si fortè fuit nullum, quod erat necessarium ad reualidationem, sed tantum accedit vt soluat debitum si fortè debeat, ne se exponat periculo iniustitiæ. Ita Hurtado, & ante illum Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 43. num. 8. & alij penes ipsum, quicquid asserat Nauarr. Angles & alij, quos refert Sanchez num. 2.

8. Non desinam etiam hic adnotare mirabilem opinionem Ioannis Salas in 1. 2. tract. 8. disp. unica, sect. 22. num. 218. vbi asserit coniugem qui bona fide contraxit, si postea non dubitet dubio suspensionis, sed potius opinetur matrimonium esse nullum, non solum posse reddere, sed etiam petere debitum; sed tu ne discedas à contraria sententia, quam tuetur Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 44. quo ad petitionem debiti.

#### RESOL. CLXXV.

*An qui bona fide contraxit, postea dubitans de valore matrimonij, & adhibita diligentia non constet veritas, possit adhuc non solum reddere, sed etiam petere debitum?*

*Et notatur, quod coniux non tenetur regulariter credere alteri asserenti etiam sub iuramento se non consensisse ab initio, vel aliud dirimens impedimentum subesse, atque adeo dubio deposito potest petere debitum?*

*Et quid, si adsint alie sufficientes circumstantiæ, & coniectura, &c. an tunc nec reddere, nec petere possit debitum?* Ex p. 3. tr. 4. Ref. 294. alias 295.

Sup. hoc in Ref. præterita, & lege doctrinam alterius Ref. eius primæ not.

§. I. Negatiuam sententiam docet Rebellen par. 2. lib. 2. quest. 16. sect. 2. num. 11. Gutierrez de matrim. cap. 49. num. 28. & alij, quia canones absolute decernunt non esse petendum debitum cum dubio absque illa distinctione diligentia, antea, vel post adhibita; quæ etsi in tali dubio locum haberent, necessariò fuerat adhibenda, tanquam ad rem magis pertinens, quam distinctio de credulitate à Pontifice in canone adducta. Deinde vbi iura non distinguunt, nec nos distinguere debemus; hæc sententia est probabilis.

2. Sed magis probabilem contrariam sententiam tuerent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez tom. 1. lib. 2. disp. 41. num. 46. & 47. quibus ego addo Coninch de Sacram. disp. 34. dub. 10. conel. 4. n. 103. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 347. Valent. tom. 4. disp. 10. quest. 6. punct. 1. Reginalda in praxi tom. 2. lib. 3. cap. 39. num. 299. Et ratio est, quia possessor bonæ fidei, si dubitat rem esse alienam, & facto sufficienti examini nequit dubium vincere, potest non tantum rem retinere, sed etiam illa vtique coniux dubitans si præmiserit sufficientes exames, & adhuc dubius maneat, poterit vt matrimonium, reddendo, & etiam petendo. Et hanc sententiam docet etiam nouissimè Villalobos in sum. tom. 1. tract. 10. conel. 2.

3. Notandum est tamen etiam hic, quod coniux non tenetur regulariter reddere alteri asserenti etiam sub iuramento, se vel non consensisse ab initio, vel aliud dirimens impedimentum subesse, adeo dubio deposito potest petere debitum. Ita Doctores citati, nisi adsint alie sufficientes circumstantiæ, & coniectura, vt asserentis probitas, &c. nam tunc nec reddere, nec petere potest.

#### RESOL. CLXXVI.

*An femina, que contraxit matrimonium cum impedi- mento dirimente, si hoc postea sciat, teneatur reddere debitum in tempore, quo peti dispensationem, & adisti periculum vite?*

*Et quid, si uirque id sciat, curissime quaeritur? Et notatur, quod in casu prædicto, si ad Pontificem non pateat accessus ex inopia, vel ex alia iusta causa, potest Episcopus in dictis impedimentis dispensare?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 48.

§. 1. **C**Asus hic frequenter in praxi potest occidere, & faxit Deus, quod in illo nullum non peccetur mortaliter, nam Doctores communitè asserunt in tali casu feminam non posse reddere debitum, & ita docet Villalobos in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 1. §. 1. Coninch de Sacram. disp. 34. dub. 10. n. 96. Gutierrez de matrim. cap. 50. n. 4. Bonacina de matrim. quest. 4. punct. 4. num. 17. Barbosa in collectan. tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 4. n. 3. Petrus Ochaguita de Sacram. tract. 2. de matrim. quest. 11. conel. 1. n. 2. Ioseph de la Cruz in director. conscient. part. 2. de matrim. quest. 3. dub. 1. conel. 2. & alij, quos citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 39. n. 6. vnde postea ipse num. 8. sic asserit. Ex his inferitur tanquam certissimum tenendum esse, coniugem nullitatis matrimonij conscientiam ob impedimentum dirimens, siue diuino, siue humano iure, in nullo euentu posse reddere debitum viro ignoranti, licet vitæ periculum ipsa subeat. Ita ille, & ratio est clara, quia si contrarium diceretur, sequeretur fornicationem aliquando esse licitam, videlicet propter famæ, vel vitæ periculum; sed hoc dicere est erroneum, cum fornicatio sit intrinsecè mala; ergo in tali casu etiam cum vitæ periculo non est reddendum debitum, quia qui in tali casu reddidit debitum, certò scit matrimonium esse nullum; ergo certò scit fornicari; ergo si liceret in tali casu reddere debitum, liceret subinde fornicari, & ita hæc sententia determinatur in cap. inquisitiuæ, de sentent. excommunicat.

2. Addunt tamen aliqui, teste Villalobos *vbi supra* num. 4. [Que si la muger sabe el impedimento, y no puede ausentarse que puede cohabitar con animo de negar el debito, y resistir quanto pudiere, y si no confiente, ni coopera con su cuerpo, si no sola padege y permite que el marido trate con ella siendo forçada y callando, que esta segura en conciencia]

sciencia. Fauoreçelo Henriquez *lib. 12. cap. 6. n. 8. Soto lib. 5. de iust. quest. 1. art. 5. ad 3. Nauarr. cap. 16. n. 1. & 13.* en quanto dizen, que la muger non pecca, si quando ay miedo de muerte, no resiste con el cuctopo, con tal que no se disponga al acto, ni coopere. Mas dexando à parte lo que ay en este caso, en el caso presente non se ha de tener esta sentençia, la raz on es, porque cohabitando con el marido es iusta à acomodarle al pecado, y esta en probabilissimo peligro de consentir. ] Itaille, & Sanchez *vbi supra n. 16. cum Corduba in quest. lib. 1. quest. 11. ad fin. §. penult.*

3. His tamen non obstantibus non desunt Doctores asserentes in nostro casu ad euitandam periculum vitæ posse foraminam licite permittere vt vir vtatur suo corpore reddendo ei debitum, & ita docet Magister sententiarum, Hugo de Sancto Victore, Hostiensis, Perez, & alij penes Sanchez *num. 2.* quibus ex neoteris ego addo in aliquo casu nostrum Mofesum *in summ. tom. 1. tract. 4. cap. 14. num. 90.* vbi sic ait, Doctores dicunt, vt nec etiam ad euitandam mortem excusetur coniux, sciens impedimentum, non reddere debitum; quod mihi non probatur, quoties hoc impedimentum iam euenisset ex peccato, & sic detegeretur infamia coniugis. Vt si mulier antequam consummaret matrimonium cum viro, rem habuisset cum fratre, vel alio consanguineo viri in quarto gradu, vel cum patre, vel filio viri, quo casu matrimonium sequens esset nullum ob præcedens impedimentum dirimens, tunc puto, si non posset Religionem ingredi, nec adesse iusta causa petendi diuortium, puto, inquam, quod teneatur reddere debitum, & non detegere turpitudinem suam, qua occidenda sit per vitum, & occultè petere debet dispensationem circa illud impedimentum. Sed vrgent contrarij, quia fornicatio nunquam licita est; verum licet prædicta opinio sit securior, & practicanda, nihilominus opinio contraria probabiliter habet in casu proposito, quod licet non possit petere debitum, tum tamen alter est in bona fide, vtitur iure suo petendo debitum, & sic potest alter sciens impedimentum dirimens permittere illi, vt suo corpore vtatur reddendo ei debitum ad vitandum publicum scandalum ac mortem, & intentio obtinendi dispensationem potest illum excusare à committendo nouo peccato, nam illa erit fornicatio materialis, & magis teneretur non facere alteri apertam iniuriam, quam vitare periculum fornicationis materialis, secus si verque id sciat, quia ex nulla parte excusari possit. Ita Mofesius, & alij *vbi supra*, quorum sententia mihi non placet, & Sanchez illam erroneam & falsam vocat.

4. Notandum est tamen hic obiter in casu supradicto, si ad Pontificem non pater accessus ex inopia, vel alia iusta causa impediende, potest Episcopus in dictis impedimentis dispensare. Ita Ochagauia *de Sacram. tract. 2. de matrim. quest. 11. concl. 3. num. 5.* & alij *vbi supra*.

RESOL. CLXXVII.

An impetrata dispensatione matrimonij nullius, coniux impedimenti conscientis teneatur aperire alteri matrimonium contractum fuisse irritum?

Et docetur quid in prædicto casu sit faciendum?

Et quid est agendum, quando reuoludatur matrimonium nullum, quia vni desuit consensus verus, an in tali casu sufficiat, vt renouet consensus absque eo, quod alter, qui vere, & legitime consensit, hoc sciat, & iterum de nouo consentiat? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 49.

§. 1. **H**æc quæstio grauissima est, & prima sententia asserit coniugem ignorantem nullitatem prioris matrimonij debere admoneri eius, vt modò denuo consentiat, & non sufficere eum post ablatum impedimentum, & cum eadem ignorantia antiqua accedere ad vxorem per copulam affectu maritali. Ita Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 2. disp. 36. num. 8.* quibus ego addo Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 14. difficult. 32. num. 6.* Ochagauia *de Sacram. tract. 2. de matrim. quest. 10. num. 2.* Basilium Pontium *de matrim. lib. 4. cap. 25. num. 2.* Comitolum *in resp. moral. lib. 1. quest. 120.* Hurtadum *de matrim. disp. 3. diff. 10. num. 36.* Rebellium *part. 2. lib. 2. quest. 9. num. 4.* Præpositum *in 3. part. D. Thome quest. 4. de matrim. dub. 18. num. 150.* Lessium *de iust. lib. 2. cap. 17. dub. 11. num. 76.* Et ratio est clara, quia nihil est magis contrarium consensui, quàm error, *lib. si per errorem, ff. de iurisd. omn. ind.* sed iste talis ex errore, quo putat foraminam esse suam vxorem, in illam consentit, & ad eam per copulam accedit; ergo verè non consentit. Deinde coniux ignarus impedimenti præcedentis, & modò per dispensationem ablati, tantùm intendit cum copula, vel aliis verbis ex errore dictis approbare prius matrimonium, & non aliud de nouo efficere, imò forsan si sciret fieri nouum matrimonium, illud facere recusaret, ergo, &c.

2. Non desunt tamen contrariam tenentes, & ideo illam docent doctissimi Thomistæ, Caietanus *in summ. verb. matrimonium, tit. contractus matrimonij potest reddi ex 7. capitibus vitiosus.* Sotus *in 4. dist. 28. qu. 1. art. 2. concl. 3. cas. 1.* Paludan. *in 4. dist. 46. qu. 1. art. 2. concl. 2. n. 14.* Bartholomæus Ledesma *de matrim. dub. 17.* Lopez *in instr. part. 2. cap. 39.* Petrus Ledesma *de matrim. quest. 45. art. 7. dub. vlt. §. sed dubium est, quodnam remedium.* & alij multi, & ita hanc sententiam plures Theologos Salmanticenses & Complutenses consultos etiam docuisse testatur Henriquez *in summ. lib. 11. cap. 3. n. 6. in glossa lit. T.* asserentes coniugem impedimenti conscientium obtenta dispensatione, vel impedimento cessante, non oportere alteri aperire prius matrimonium fuisse irritum, sed satis esse si caudè curet vtriusque consensus renouari, vt dissimulante petendo ab altero, vt pro sua consolatione ipsum habeat in coniugem.

3. Quid ego sentiam dicam breuiter. Prima opinio tanquam probabilior est sequenda, sed quando timetur scandalum, aut graue damnum, & coniux neque ex aliquibus verbis generalibus potest à marito consensum extorquere, tunc sufficit copula procedens ex affectu maritali, & in hoc casu puro sine vilo scrupulo sequi posse secundam opinionem, vt etiam docent Doctores primæ sententiæ, Ochagauia & Sanchez; vnde Villalobos *vbi supra, num. 8.* sic ait. [ Ha se mucho de notar, que se viuiese temor de grande escandalo, ò grave peligro, se puede seguir la sentençia que dize, que no es necessario aduertir à la parte ignorante de la nulidad del matrimonio, si no que basta consentir de nucuò el que sabia el impedimento, y Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 6.* dize que es lo mismo, aunque se crea que la persona ignorante auisada de la nulidad no contraheria, que basta, que no tenga entonces acto contrario, y assi que aquella preparacion habitual del animo de no consentir no obsta. ] Itaille, quod vltimum etiam docuerat præter Henriquez, Petrus de Ledesma *de matrim. quest. 45. art. 3. dub. vlt.*

4. Notandum est tamen hic obiter, quod Sanchez *lib. 2. disp. 32. num. 9.* Coninch *disp. 2. 4. dub. 10. num. 90.* & alij asserunt, supradictam doctrinam non esse applicandam quando reuoludatur matrimonium nullum,

Ad elucidandam doctrinam huius Ref. lege supra Ref. 145. & vide etiam Ref. annot. sequ.

Sup. hoc supra in Ref. 74. §. Difficultas, ad medium, verif. Verum fi.

Sup. hoc supra in Ref. 146. & 147.

Nullum, quia vni defuit consensus verus, nam in tali casu docent sufficere, vt ille renouet consensus abque eo, quod alter, qui verè & legitime consensit, hoc sciat, & iterum de nouo consentiat Sed contrarium docet Pontius de *matrim. lib. 4. cap. 24. num. 3.* Hurtado de *matrim. disp. 3. difficult. 9. num. 33.* & alij; & ita determinasse Clem. VIII. de hoc casu interrogatum à sacra Penitentiaria, testatur Paulus Comitrolus in *respons. moral. lib. 1. quæst. 120.*

## RESOL. CLXXVIII.

An in negatione debiti coniugalis detur paruitas materiae? Ex p. 5. tract. 5. Rel. 14.

§. I. **R**espondeo negationem debiti esse peccatum ex genere suo mortale, & contra iustitiam commutatiuam. Ita communiter omnes, & probatur, quia violatio iustitiæ commutatiuæ est ex genere suo mortalis, nisi paruitate materiae, aut alia causa venialis fiat. Dixi esse mortale ex genere suo, quia aliquando potest esse veniale, videlicet ex paruitate materiae, vt si vno frequentier exigenti, alter rarò debitum neget, aut illud ad breue tempus differat: vt si coniux die neget redditurus noctu, nam leuis materia est sæpissimè concedere, semel, aut iterum negare, aut ad modicum tempus differre, quod intelligendum est, si ex aliqua parte cesset incontinentiæ, pollutionis, aut morbi periculum, nam eo imminenti mortale esset negare, aut differre, & ita docet Cornejo in 3. part. D. Thoma tract. 6. de *matrim. disp. 5. dub. 1. quæst. 2.* & alij.

2. RESOL. XIV. pag. 143. in fine resol. addantur hæc: Et præsertim Basilius Pontius de *matrim. lib. 10. cap. 2. num. 5.* Non desinat tamen hic apponere ea, quæ circa præsentem questionem docuit Adamus Tannerus tom. 4. *disp. 8. quæst. 6. dub. 2. num. 16.* vbi sic ait. Quoties seclusa causa iusta negandi debitum, alter coniux, non obstante excusatione, serid instat, & vrget debitum, mortale est negare debitum. Ex quibus colligitur, nec paruitatem quidem materiae tali casu à peccato mortali excusari, etiam si vel semel tantum iuste, ac instanter petenti (esto ex parte petentis interueniat quædam intemperantiæ culpa) debitum negetur. Nimirum, quia vnicus etiam actus coniugalis, non solum tamquam debitum fidei coniugalis, sed etiam vt remedium concupiscentiæ, & prolis, seu posteritatis seminarium, grauis materia est. Quare non intelligo quod Sanchez *lib. 9. disp. 2. num. 11* docet, si coniux exigenti neget rarò debitum absque periculo incontinentiæ exigentis, non esse mortale negare debitum. v. g. inquit, solet vir petere quater in mense, & petat iterum non erit mortale vxorem ea quinta vice negare, sine periculo incontinentiæ. Leuis enim res censetur semel, vel iterum negare, vt sit culpa lethalis. Sed re vera si seria, & constans sit petitio, nam rarò petenti negati non poterit sine peccato mortali; quia respectu tantæ raritatis non potest videri parua materia, etiam vnica debiti negatio. Hucusque Tannerus. Verùm sententiam Sanch. quam ipse impugnat, inuenio docere etiam Pet. Ochag. de *sacra. Matr. tr. 5. q. 1. num. 6.* vbi firmat, esse peccatum leue denegare debitum, quando rarò denegatur, vt si vir quater solet petere in mense, non est mortale quinta vice debitum in mense denegare. Itaque. Sed quicquid sit de hoc, suadendum est coniugibus, vt faciles se in hac re ostendant, ne sua morositate animum coniugis ad amores illicitos auertant.

## RESOL. CLXXIX.

Coniux quando teneatur reddere debitum petenti sub onere peccati mortalis? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 36.

§. I. **S**cio ignatum Confessarium aliquando denegasse absolutionem cuidam nobili heremico, quæ tamen in casu licito negabat aliquando debitum coniugale. Et ideo ad dubium propositum responderet Petrus Ochagavia de *Sacram. tr. 5. de matrim. q. 1. n. 6.* Primò non esse peccatum graue denegare debitum in eo casu, quo alter coniux tantum petens debitum precibus & blanditiis; nisi ex necessitudine quis non auderet aliter exigere; patet, quia tunc non vult coniux grauius obligare, imò sepe neque licet. patet. quia hac ratione excusantur ab omni peccato debitores pecuniarij, qui suis creditoribus blanditiis petentibus debita, ea non solum, sed notant Sotus in 4. *disp. 32. q. vnic. art. 1.* post conclusiones, & Henriquez *lib. 1. cap. 13. num. 70.* in fine. Secundo respondetur esse peccatum leue denegare debitum, quando rarò denegatur, vt si vir quater solet petere in mense, non est mortale quinta vice debitum in mense denegare; etiam peccatum leue est cum non statim, sed post breue tempus soluitur debitum, vt si mane exigatur, & reddatur nocte. Tertio respondetur cum Soto, & Henrico *loc. cit.* nullum esse peccatum negare debitum, si nimis crebro, & numerè illud exigatur, secundum illud commune proloquium,

Est modus in rebus, sicut certi denique finit.

Quartò respondetur absque graui peccato denegare posse debitum, quando alter remisit illud petenti, vel rogatus facile desistit à petitione. Et hæc omnia docet Ochagavia *vbi supra*, & aliqua ex his docet etiam Hurtado de *matr. disp. 10. diff. 11.* cum alijs. Dicendum est igitur peccatum graue esse debitum nullimè reddere, & cum magna difficultate ei, qui serid petit illud, tum propter discordias, quæ uale solent pullulare, tum propter iniuriam factam alteri conforti eo modo denegando, quod suum est, tum etiam propter periculum incontinentiæ, quod inde potest resultare.

## RESOL. CLXXX.

Virum coniux teneatur reddere debitum alteri petenti cum peccato veniali, v. g. quoad situm, &c.? Et notatur, quod vir habens votum castitatis, si petenti, vxor teneatur reddere debitum? Etiamque aduertitur probabile esse non peccatum coniugem reddendo debitum incestuose, qui scilicet peccauit cum ipsius vxoris consanguinea ante dispensationem, quia non cooperatur peccato alterius? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 295. alias 296.

§. I. **M**artin. Bonacina de *matrim. quæst. 4. par. 3.* num. 9. & 10. negatiue responderet, docet enim coniugem non debere debitum alteri coniugi, qui petit modo indebito, quoad situm, nisi adit iusta causa, ob quam excusetur à petendo tali modo; nam petit illicitè ex circumstantia actus.

2. Verùm ego puto contrarium asserendum esse, cum Sanchez *tom. 3. lib. 9. disp. 16. num. 8.* cui ego addo Basilium Pontium de *matrim. lib. 10. cap. 11. num. 4.* & Fillucium *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 308.* & 328. quia peccatum veniale peccatis sic debetum in hoc casu nascitur ex ipso affectu petentis, & vt

Sup. his  
tegg. ab  
hic ex do-  
ctina Ref.  
19. §. 1. post  
medium,  
vel. Secun-  
do. Sed leg-  
eam per to-  
tam.

ANTON  
Opera  
Tom. 1 & 2  
E III



hementi appetitu voluptatis, cui appetitui, & affectui non cooperatur alter coniux reddens, sed exercet actum licitum coniugibus, & ordinatum ad generationem; adhuc enim, & ille modus posset exerceri sine eo appetitu, & affectu. Ita Pontius; vnde contra Henriquez lib. 11. cap. 16. num. 6. assero non vix, sed absolute, & sine vilo scrupulo, posse vxorem reddere debitum viro petenti, qui inuerso modo, seu præposterè succumbens vult illum intra naturale vas cognoscere.

3. Notandum est etiam hic à confessariis, quòd vir habens votum castitatis, si petit, vxor tenetur reddere debitum, quia per votum non amittit dominium corporis alterius coniugis, sed tantum peccat exigens; ergo coniux exactus tenetur reddere. Nota etiam probabile esse, non peccaturam coniugem reddendo debitum incestuoso, qui scilicet peccauit cum ipsius vxoris consanguinea ante dispensationem, quia non cooperatur peccato alterius; alter enim peccat tantum petendo actum sibi prohibitum, at coniux non cooperatur petitioni; sed hæc supposita cooperatur actui ex se licito. Et hæc omnia ex Sanchez notat Filiucius ubi supra, num. 309. & 310. quidquid in contrarium etiam probabiliter, quoad redditionem debiti incestuoso, asserat Villalobos in summ. tom. 1. tract. 13. diffic. 47. num. 4. & alij.

RESOL. CLXXXI.

De quibusdam dubiis circa usum matrimonij?  
 Primo, quod quidam vir in modo extraordinario coeundi cum vxore aliquam feminis quantitatem extra vas emittebat?  
 Secundo, quod vir procreandorum liberorum pertusus in sine copula extra vas totum semen effundebat, an inquam in his casibus vxor sine culpa poterat debitum reddere?  
 Et an in secundo casu vir, & femina, si id efficiatur de eius consensu, peccet mortaliter, sed si illa non consentit, possit licite petere, & reddere debitum marito, etiamsi ille in sine copula semen extra vas effundat? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 64.

§. 1. Quidam in modo extraordinario coeundi cum vxore, aliquam feminis quantitatem extra vas emittebat, & procreandorum liberorum pertusus, in sine copula extra vas totum semen effundebat, quaesitum à me fuit, an in his casibus vxor sine culpa poterat debitum reddere? Hi casus possunt in praxi sæpius occurrere; ideo cognoscat pudicæ aures. Et ad vtrumque casum respondeo affirmatiuè. Ad primum dico, non solum quoad vxorem, sed etiam quoad matritum, non esse peccatum mortale, si eo copula modo aliqua pars feminis elabatur, dummodo retineatur alia; nam vt docent Medici non retinetur in matrice tota feminis quantitas. Ergo. Neque rursus esse peccatum mortale exilimo, quamuis & eo modo concumbendi non ita certum sit fore conceptum, non enim coniuges tenentur vi medio certiori ad prolem suscipiendam; sed satis est, si vtantur conuenienti. Et hæc omnia docet Basil. Pontius de matrim. lib. 10. cap. 11. num. 3. qui etiam num. 8. affirmatiuè quoad vxorem responder ad dubium secundum supra positum, licet aliqui viri doctissimi, vt ipse ait, contrarium sentiant. Dico igitur peccare quidem mortaliter virum, & feminam, si de eius consensu id efficiatur; at si illa non consentiat, licite existimo posse petere, & reddere debitum à marito, etiam si ille in sine copula semen extra vas effundat. Et ratio est, quia quoties peto actum ab

aliquo, quem ille potest bene, vel malè præstare, non pecco, neque præbeo causam peccati; alter enim suâ malitiâ malè facit, cum rectè possit efficere. Sed hoc totum procedit in casu nostro. Ergo. Et si vera esset contraria sententia, asserit Pontius, non solum non posset vxor marito, ita prauè affecto, reddere petenti, sed neque ab eo petere; eadem enim militat ratio.

RESOL. CLXXXII.

An ne proles multiplicentur, cessante incontinentia periculo sit peccatum mortale, non reddere debitum?  
 Et docetur validum esse pactum inter coniuges initum se continendi à coitu coniugali, ne proles multiplicentur secluso incontinentia periculo? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 2. 12. alias 213.

§. 1. Affirmatiuè respondet Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 1. num. 16. qui citat Angelum, Syluestrum, & Nauarrum, & limitat hanc sententiam, nisi eo loco res sita sit, vt ob noua prolis generationem patentes, vel proles ad extremam penuriam redigendi sint; quòd tamen is, qui inter Christianos viuunt, tardè euenit. Ita Layman; vide etiam Coninch de Sacram. disp. 44. dub. 4. concl. 4. num. 24.  
 2. Sed contrariam sententiam aliqui docent; nam in alijs etiam debitis excusat magna soluendi incommoditas, vel difficultas, & ideo Sorus in 4. dist. 32. quaest. unica, art. 1. Sæ verb. debitum, num. 18. & alij tenent non esse peccatum mortale cessante incontinentia periculo, ea de causa debitum negare. Sed plus addit Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 64. art. 1. in fine, & Sanchez tom. 3. lib. 9. disp. 25. nam putant in tali casu nullam culpam interuenire.  
 3. Consentunt tamen omnes Doctores, validum esse pactum inter coniuges initum se continendi à coitu coniugali, ne proles multiplicentur, secluso incontinentia periculo: vide inter alios Paludanum in 4. dist. 31. quaest. 3. art. 2. casu 5. D. Antoninum part. 3. tit. 1. cap. 20. §. 6. & Nauarrum cap. 16. num. 33. Vide etiam Villalobos in summ. tom. 1. tr. 13. diffic. 41. n. 9.

RESOL. CLXXXIII.

An difficultas grauis in alendis filiis excuset à reddendo debitum?  
 Et an in hoc casu distinguendum sit inter personas Nobiles, communes & pauperes? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 3.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Texeda tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 12. nu. 129. Primò, quia filiorum multiplicatio spectat ad præcipuum matrimonij finem, & ad conseruationem, & dilatationem speciei, quam natura ipsa præterdit, & ad quam naturali propensione inclinat, imò & propter quam matrimonium institutum est, vt constat ex illis verbis Genes. 2. Crescite, & multiplicamini. ergo priuare naturam specificam tanto bono; negando debitum, iniustum est, & absque mortali culpa nequit fieri. Secundo, quia multò melius est, proli, ex tali coitu nascituræ, vt viuat inops, quam quòd absolute non sit, cum melius illi sit esse, quam non esse: ergo ob paupertatem à parentibus præsumptam, quæ fortassis non eueniet, non est proles, quæ nascitura erat ex tali maritali congressu, priuanda vita, & esse. Tertio, quia debitum negare ob multiplicationem filiorum, opponitur immediatè prouidentia Dei, & arcanis, imò & consilijs eius: quia, cum

Sup. hoc infra in Ref. 245.

Sup. hoc infra in Ref. 189. & in alio §. eius annot.

Sup. hoc dubio secundo & sequentibus in hoc §. latè infra in Ref. 184. à principio §. Quærendi

est, & vide doctrinam alterius §. eius primæ annot.

Sup. hoc in Ref. seq.

Sup. hoc in Ref. præterita.

de volatilibus celi curam habeat, multò magis de creaturis rationalibus, quarum est Pater, specialiter illam habeat. Quartò, quia suscipere prolem ex matrimonio, est magnum bonum, cui quodcumque coniugum incommodum postponendum est.

2. Obicitur: in aliis debitis excusat magna soluendi incommoditas, & difficultas: ergo illa excusabit etiam in solutione debiti coniugalis coniugem pauperem. Respondeo, concesso antecedente, negando consequentiam, quia habere prolem ex matrimonio, est magnum bonum, quod præponderat quibuscumque incommodis coniugum, præcipuè quia ex pauperibus coniugibus solent filij procreari, etiam cum paupertate parentum, qui sunt gloria, & magna commoditas eorum, & Religionis Christianæ decus, & ornamentum.

3. Præterea, idque mihi persuadet ad asserendum, horum Authorum sententiam veram non esse: quia, experientia teste, videmus multos filios ex magna paupertate natos, & ex parentibus pauperissimis erectos esse ad magnas dignitates, factòsque esse opulentissimos, & idè parentes, quamrunis pauperes, non debent diffidere ob multiplicationem filiorum de providentia Dei; sed in misericordia eius sperare, exercendo actum iustitiæ, qualis est sibi ad iniucem debitum reddendo: nam ex negatione debiti ob adductam causam sequi possunt multa peccata incontinentiæ ex parte viri, imò ex parte etiam femine; atque omittit multas rixas, & contentiones; quæ inter coniugatos ob eam causam oriri possunt. Hæc omnia Texeda, cui adde Rebellium, Coninch, Layman, quos citat, & sequitur Castrus Palau tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 10. num. 9.

4. Verum ab obligatione reddendi debitum sub gravi culpa excusare difficultatem grauem parentum in alendis filiis, si multiplicentur, asserunt Sotus in 4. disp. 32. quest. vnic. art. 1. Rodriguez in Summa tom. 1. cap. 243. concl. ... Sà verb. Debitum, n. 18. Quinimò Petrus de Ledesma de matrim. quest. 64. art. 1. in fine. Sanchez lib. 9. disp. 25. n. 3. Galpar Hurtado disp. 10. de matrim. d. fficil. 12. n. 54. & alij censent, cessante incontinentiæ periculo, nullam culpam, nec veniam committi in prædicta negatione. Mouentur: quia ab aliis soluendis excusatur magna incommoditas & difficultas, cur ergo ab hoc debito non excusabit? Præterea non tenet debitum reddere, si probabiliter times aliquod graue damnum tibi, vel proli obuaturum: at, si proles nascatur, graue tibi, filiisque natis damnum imminet; siquidem cogeris ex elemosynis emendicatis viuere. Ergo &c.

5. Dicendum est itaque hanc posteriorem sententiam satis probabilem esse, quidquid asserat Texeda: nam debitor non tenetur satisfacere creditori cum notabili suo detrimento, quando in creditore nullum sumile, vel maius detrimentum timetur: ergo coniux non tenetur comparti debitum reddere, quando ex actu coniugali ea sequeretur prolium multiplicatio, vt parentes eas non possent alere: id enim est grauiamen parentum, qui proles tenentur alere. Dixi, quando in creditore, &c. cum enim eo casu debitor teneatur suo creditori satisfacere, sequitur quod in presenti non liberaretur à redditione debiti, si in petente subesset morale periculum incontinentiæ, vt tradunt Authores citati, & passim alij: cuius vltior ratio est, quòd incommodum in facultatibus excusans debitorem à persoluendo debito, non tam oriatur ex rei natura, quam ex quadam tacita creditoris concessione, qui, videlicet, non præsumitur velle suum creditorem ita grauari, quæ tacita concessio non potest præsumi, quando ipsemet creditor æquale, vel maius detrimentum incurretet

ex dilatione solutionis. Ex quo patet, quòd quando in petente subesset periculum pollutionis, non potest actus coniugalis negari possit.

6. Ex qua ratione facillè potest colligi, petente exigente debitum sub stricta obligatione, illud negari non possit, non obstante incommodo alicuius paupertatis in reddente: si enim solum oritur et tacita creditoris voluntate, quòd in tali circumstantia debitor non tenetur reddere, non potest excusari, quando de contraria voluntate manifeste constat: quia tamen Authores in casu paupertatis parentum, absolute loquuntur, nec se fundant in illa tacita petentis voluntate, propter eorum auctoritatem non est improbabile, quòd liceat negare debitum, etiam exigenti obligationem, modo in petente absit periculum pollutionis.

7. Ex quo videtur deduci, quòd si nobilis non possit alere multas proles sine notabili suæ detrimentum, seposito periculo pollutionis in comparto, non tenetur ei petenti debitum reddere. E contrario communes pauperes non videntur excusari à reddendo debito, eò quòd proles sint multiplicandæ, quas alere nequeunt, cum neque parentum status detrimentum ex multiplicatione prolium, neque difficultas in prolium alendis videntur valde ponderanda, cum pane mendicato viuere valeant. Hæc omnia docet Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thoma, quest. 6. de bonis matrimony, d. 6. n. 10. cui adde Martinum Perez de matrim. disp. 30. §. 1. num. 6. His tamen non obstantibus, concedo, opinionem negatiuam esse satis probabilem.

## RESOL. CLXXXIV.

An peccet mulier reddendo debitum viro, qui sumit de libidinis causa coitum incipit, sed postea, requiritur generatio, subtrahit se, & effundit semen extra vas?

Et docetur peccare quidem grauius virum, & feminam, si de eius consensu vir id faciat, et si illa non consentiat, licet possit reddere & petere debitum à marito, etiam si ille perperam reddaturus sit?

Et quaritur, an vir mistens pudenda in eo coniugis peccet mortaliter?

Et an hæc circumstantia tanquam species materis sit in confessione aperienda? Ex part. 6. tract. 7. & Milic. Ref. 7.

§. 1. Peccare mortaliter mulierem in tali casu docet nouissimè Stephanus Banny in Theolog. Moral. part. 1. tract. 12. quest. 4. Eò quòd concubinæ alterius noxæ præbere criminofum sit ac turpe, facti id mulier, cum se viro subternit nexum postulantem corporum, ad sceleratam explendam libidinem, ac maritalem thorum sacrilega ac infami feminis effusione maculandum, nam si cum à sinu suo repelleret, si à complexu non peccaret, materiam ergo ei peccati suppeditat, ergo non sine scelere hoc facit.

2. Secundo culpam æterna morte dignam contrahit, qui matrimonium aliò refert, quàm causam causa est à Deo institutum; aut in eius viis, culpa se periculo obicit: faciat vtrumque mulier, quæ corporis sui copiam connubialis fœderis corruptori, sciens ac volens accommodat.

3. Age enim, quorsum mulier in coniugio cum viro conuenit? quorsum in alienam familiam, paterne relicta domo, amicisq; transit? Nempe vt sit mater, nempe vt in prole se, gentemque suam ab interitu vindicet, hanc enim intentionem quidpiam

essentialissimum esse in matrimonio scribit D. Thomas in 4. distinct. 31. quest. 1. art. 3.

4. Et Richardus distinct. 32. art. 4. quest. 1. affirmat concubitus coniugalem ordinari principaliter ad prolem procreandam, quam ad remedium. A distamine enim naturæ est, ut vir cubet cum muliere ad conseruationem ipsius naturæ, & sic est bonum prolis, Bonau. in 4. distinct. 31. art. 1. quest. 2. At finem hunc mulier labefecit, cum vsum coniugij, ac sui finit dedecore à viro affici, atque in nihilum seminis effusione extra vas redigi.

5. Nec abest à peccati discrimine, quam enim est improbabile, eam cum comprimitur, virique accessum patitur, voluptatis sensum habere nullum: quam ab omni alienum veri speciei, illecebrose libidinis motu vilo, corpus eius cum pollutionis periculo, non cieri, ac tangi: in quam à marito diuisa non cadat, cum omni qua potest diligentia, curaque contendere debeat, ut (ipse non dicam) vel mediocriter eruditi intelligunt, ei eiusmodi motuum causam exitiabilem vitandam esse. Hucusque Bauny.

6. Non desinam tamen adnotare Basilium Pontium de matrim. lib. 10. cap. 11. num. 8. docere mulierem in tali casu reddentem debitum, nulli culpæ lethali obnoxiam esse: sic enim asserit. An si maritus procreandorum liberorum pertæsus, satiatæque libidinis appetens, dum suam vxorem agnoscit, tempore consummandæ copulæ extra vas semen effundat, si fieret ab illa separaret, possit vxor reddere petenti debitum licitè, & sine culpa. Iudicant viri doctissimi, vxorem peccare, sociamque esse peccati, atque ad eam non posse reddere exigenti debitum. Probant multis argumentis, quæ nullius momenti sunt, tantum enim probant coniunctionem illam, si fieret vtroque consentiente, esse illicitam. Quare ego existimo peccare quidem grauius virum, & feminam, si de eius consensu id faciat: at si illa non consentiat, licitè posse reddere, & petere debitum à marito, etiam si ille perpetrâ reddendus sit. Ratio desumpta ex generali doctrina, quam latius tradidi supra lib. 5. Quoties peto actum ab aliquo, quem ille potest bene, vel male præstare, non pecco, neque præbeo causam peccati, alter enim sua maleficia male facit, cum rectè possit efficere. Hac regula vtimur, ut explicemus licere petere mutuum ab vsurario, quia ille potest sine vsura mutuari: & licitè etiam peti Sacramentum ab excommunicato, qui sua culpa non absoluitur: non verò posse ab illo siue Parochus sit, siue non, etiam si paratus sit, absque sua culpa absolui non potest ab excommunicatione. In eo enim casu non potest rectè actum illum exercere, atque ad eum directè cooperor eius peccato. Quæ latius supra, libro quinto prosequuti sumus. Et quidem si vera esset illa prior sententia, non solum non posset vxor marito ita prauè affecto debitum reddere petenti, sed neque ab eo petere: eadem enim militat ratio. Ita potius; sed primæ sententiæ Bauny adherent aliqui viri docti, de hac re aliàs à me consulti.

7. Querendum est etiam hic obiter (ignosceant quæso pudicæ aures, necesse est enim, ut hæc sciant Confessarij) an vir immitens pudenda in os coniugis peccet mortaliter, & affirmatiuam sententiam docet Fagundez in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 3. n. 19. vbi sic ait. Si membrum virile in os immittatur, committit sine dubio peccatum mortiferum videtur, cum sit inaudita species luxuriæ, & plusquam contra naturam, sic dicere fas est: deinde quia est proximum periculum consummandi præposterum, & innatum.

Tom. II.

ralem coitum in ore: quare non viales tantum huiusmodi tactus esse existimo inter coniuges matrimonio copulatos, sed mortales omnino, horret enim natura similes libidinis modus, etiam inter ipsos coniuges, cum nec inter animantes fiant. Ita ille.

8. Sed aliquis posset dicere has spurcicias aliud non esse, nisi osculum pudendorum, quæ peccata lethalia inter coniuges non esse firmarunt Zanardus, Filiucius, & alij penes me ipsum in 3. part. tract. 4. resol. 225. Verum ego puto hoc non esse simplex osculum pudendorum, sed esse inceptiorem alterius copulæ innaturalis, quam veteres irrationem vocabant, à tuma, id est à mamma ductum vocabulum, cum mentula tanquam mammilla ori alterius infertur. Vide Martialem lib. 2. Epigrammate 47. & Catullum Epigrammate 18. Et ideo ego puto etiã seculoso pollutionis periculo virum immitendo membrum in os coniugis mortaliter peccare: nam tunc coniux non osculatur illud simpliciter, sed irrumat, & ideo hanc circumstantiam tanquam speciem mutantem esse in confessione aperiendam. Vnde ex his refellendus venit Sanchez de Matrimonio, tom. 3. lib. 9. disput. 17. num. 5. quem ego citauit in part. 2. tract. 3. Miscell. resol. 37. asserens virum immitentem membrum in os vxoris, non peccare mortaliter: verum, ut diximus, à sententiâ Fagundez non est recedendum.

Quæ hic est inf. Ref. 191.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Ref. 82. §. vlt.

Quæ hic est inf. Ref. 188.

RESOL. CLXXXV.

An sit peccatum mortale, si propter variationem situs in copula coniugali aliqua pars seminis elabatur? Et quid est sentiendum de copula, quando vir est incubus, & mulier succuba? Et cursum docetur, quod si factus non est animatus, quamuis sit periculum, ut non animetur, ex hoc non tenentur coniuges abstinere à copula coniugali. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 33.

§. 1. Hæc casus cuidam viro nobili frequenter accidebat, & negatiuam sententiam docet doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez de matrimonio, disputatione 49. sectione 7. numer. 12. vbi sic ait: Dico tertio, si experimento constaret, ex aliquo concumbendi modo semen non retineri, sed effundi ob femineis vas nimiam humiditatem, vel laxitatem, fore peccatum mortale eo vti. Ita Ludouicus Lopez part. 1. instr. cap. 82. §. 1. gitor loquendo, & cap. 87. in fin. Ratio est, quia impeditur generatio postitue quando ex concumbendi modo illa effusio consergeret, tunc enim situs ille esset causa effusionis. Quod si illa effusio succederet aliquando præter intentionem coniugum dantium operam rei licitæ, & non ex concumbendi modo, sed ex aliquo morbo, dummodo impedimentum retinendi non esset perpetuum, contingere posset absque culpa. Neque oppositum docet Sanchez disp. 16. citata, num. 5. ut patet attentè legenti, quidquid dicat Basilium cap. 11. citato, num. 3. Est verò obseruandum cum Sanchez, & Basilio, ex aliqua seminis effusione extra vas, non concludi variationem debiti situs esse mortalem, dummodo eo copulæ modo retineatur aliqua feminis pars sufficiens ad generationem. Docent enim Medici, notam feminis quantitatem in matrice retineri, solet enim matrix aliquando eam solum partem retinere, quæ ad generationem sufficiens sit, expulso reliquo. Hucusque Perez.

2. Hæc tamen opinio larga, & nimis laxa videtur nouissimè Patri Dicastillo de Sacrament. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 7. num. 65. est enim prodigeta P p semina

Sup. hoc supra in principio Ref. 181. & inf. in Ref. 187. §. Notandum est.

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, & in eisdem locis.

Sup. hoc inf. in Ref. 187. cursim ad med. §. 1. & etiam breuissimè in Ref. 188. in lin. r. & sup. in Ref. 37. §. vlt. & lege infra in fine huius Ref. à vers. Vnde.

semen humanum absque rationabili causa, quia coniuges, ut suppono, alioquin ad talem situm non habent ius propter impedimentum, aut difficultatem vitandi naturali situ, quin potius facile possent illum seruare, nec refert, si dicatur id esse per accidens, & prae intentionem. Nam supposito, quod tale periculum praeuideatur, & sic congregiendi non vitatur iure suo, non censetur id resultare per accidens ex usu sui iuris. Neque enim habet ius ad sic congregiendum, quando aliter potest, & debet. Vnde in tali casu merito censetur causa moralis illius effusionis extra vas, quam non solum permittit, sed etiam efficit adhibendo modum, ad quem non habet ius. Quae ratio, & doctrina maxime vim habet in sententia verissima, & mihi certa quod vel minima particulae seminis deliberata administratione extra legitimum coniugium, aut legitimum vas sit peccatum mortale, neque in ea sit locus paruitati materiae. Negari autem non potest, quin illa pars, quae in tali casu effunditur, sit aequè administrata, atque illa, quae intra vas legitimum recipitur, & tamen administratur praeuidendo (ut supponimus) ex tali modo, ad quem non habet ius, fore extra vas effundendam. Ita Dicaetillus.

3. Verum licet haec opinio mihi maxime placeat, consulendam existimem: tamen contrariam puto probabilem esse, quam praeter Sanchez, Pontium, & Perez, tenet etiam Gaspar Hurtadus de matrim. disp. 50. difficul. 5. num. 20. Castrus Palaus tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 3. num. 1. & Ioannes Praepositus in 3. part. D. Thom. quest. 6. de bono matrim. dub. 24. n. 175. ubi sic ait: Si effusio non oriatur ex modo coeundi, sed aliunde, v.g. ex morbo, debilitate, non erit mortale, quia non oriatur ex situ inordinato, sed ex alia causa praeter coniugum intentionem, qui dant operam rei licitae, scilicet actui coniugali: imò parua effusio seminis non arguit actum esse mortalem propter situm indebitum, cum illa etiam solet sequi seruato situ naturali. Ita ille.

Sup. hoc supra in Ref. 180. §. 1. & 2. & infra in Ref. 201. §. vi. & in to. 1. tr. 7. Ref. 99. à lin. 1. vique in finem.

4. Nota hic obiter in supradicta copula cum variatione situs, etiam si vir sit incubus, & foemina succuba, licet petens peccaret venialiter reddentem non peccare, sufficit enim illi pro causa nolle displicere alteri, & nolle dare occasionem discordiae propter rem, quae ipsa per se non est intrinsecè mala. Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 2. §. quest. 34. imò Castrus Palaus ubi supra ex Pontio, & Sanchez, putat in supradicta copula cum variatione situs non adesse peccatum mortale, etiam si scias non ita certo prolem generari, ac si debito modo fuisset usus, quia non tenetis generationem conuenientiori modo procurare; satis enim est si modo conuenienti ea procures. Illud certum, si scias ex praedicto concubitu generationem impediri, eo quod foemina vel ob humiditatem, vel laxitatem non valet semen retinere, peccatum esse mortale, quia perinde est, ac si semen extra vas effunderes. Quod verum censeo, etsi ea expulsio, seu non retentio procedat ex aliqua infirmitate temporali foeminae, quae semen retinere potest seruato naturali modo concubitus.

Quoad hoc infra lege §. vi. Ref. 187.

5. Non deseram etiam hic obiter annotare, Martinum de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 50. de matrim. num. 2. sic asserere: [Pero si la criadora està inanimada, aunque aya peligro de que no pafse adelante por la copula, no será pecado mortal perdir, ni pagar el debito, porque no es razón priuar de su derecho à los cañados, por cosa, que no es de gran importancia.] Ita ille, qui citat Sanchez, & Hurtadum.

## RESOL. CLXXXVI.

An aliquando coniuges excusentur à peccato, si effundant aliquid seminis extra vas?

Et excusentur primo à mortali, casu, quo parua aliqua pars seminis elabatur dummodo alia retineatur; & absque veniali, casu, quo praeter intentionem, dum vir legitime congregi conatur, ac ex festinatione, & vigore naturae semen extra vas effunditur.

Secundo docetur, quod si solum sit periculum, quod amens seminet extra vas, non ideo censenda sit ei illicita copula.

Tertio notatur, quod maritalis copula est licita feni, qui dum congregitur cum sua vxore, effundit semen extra vas. &c.

Quarto quaritur de malitia specialis pollutionis extra vas inter coniuges, & quomodo illum in confessione debent explicare, docetur, quae doctrina est valde notanda à Confessoribus. Ex part. 11. tr. 8. & Milic. & Ref. 36.

§. 1. Respondeo tanquam certum; esse quidem lethale si consulto, & cum adhaerentia ad maritum fiat. Quia est peccatum mortale, cuius est intrinseca malitia. Sic omnes Doctores. Limitant tamen hanc sententiam praefati Authores, dicendo, posse quandoque id absque mortali contumaciter contingere culpa; quandoque etiam absque veniali. Absque veniali, casu quo parua aliqua pars seminis, dummodo alia retineatur, elabatur. Absque veniali etiam casu, quo praeter intentionem, dum vir legitime congregi conatur, ex festinatione quadam, & vigore naturae semen extra vas effunditur. Ita Placido de Sacram. matrim. disp. 10. diff. 5. n. 20. & me citato Leander de Sacram. 10. 2. tr. 9. disp. 2. §. 39.

2. Dico secundò, quod si solum sit periculum, quod amens seminet extra vas, non ideo censenda sit ei illicita copula, quia nimirum coniux scius dat operam rei licitae, & praeter eius intentionem, ac per accidens euenit illa effusio. Vnde licet aliquando ita contingat ex defectu amentis, non semper ita euenit. Ita Dicaetillus ex Sanchez, & alij tom. 2. de Sacram. tract. 10. disp. 9. dub. 4. num. 47.

3. Dico tertio, quod maritalis copula sit licita feni, qui dum congregitur cum sua vxore, effundit semen extra vas. Inique quando senex habet probabilem spem seminandi intra vas, potest vii copula, vitur enim iure suo, etiam si forte contingat semen quandoque, aut saepe extra vas effundi, perinde atque dictum est locis notatis de frigido, cui concessum est triennium experientiae, ut conetur ad copulam. Quamuis autem senex sciat se non posse effundere semen intra vas, atque adeo non posse vii copula, vel conari ad illam, potest nihilominus vii occasio, & amplexibus, si id fieri possit citra periculum pollutionis alterius coniugis. Ita ex Sanchez Dicaetill. ubi supra dub. 7. num. 77.

4. Sed si aliquis incidenter hinc querat de malitia specialis pollutionis extra vas inter coniuges? Respondeo cum Dicaetill. ubi supra num. 82. citul. 2. per modum peccatum inter coniugatos extra vas legitimum, esse grauius quam simile inter solutos. Deinde huiusmodi peccatum esse contra naturam, & habere malitiam adulterij tam ex parte viri, quam vxoris consentientis, tenetque in confessione explicare utramque circumstantiam adulterij, imò addo eodem Sanchez num. 5. non satis esse dicere commissi adulterium cum coniugata in genere, & simul peccatum contra naturam; sed explicandum.

dum esse, id fuisse commissum cum propria vxore. Prima pars responsionis, quod scilicet sit grauius inter coniuges, quam inter solutos constat; quia inter solutos tantum est merè peccatum contra naturam: inter coniuges verum etiam est peccatum adulterij, vt dicitur in secunda parte responsionis, quam sic etiam probò: Quia neuter coniug feruat alteri suum corpus castè, quod ad bonum fidei pertinet: neque enim alter alterius coniug est ad illum actum, sed ad naturalem, vt docuit, & obseruauit Caietanus 2. 2. *quest. 154. art. 1. in solutione ad 4.* Atque hoc videtur voluisse Diuus Ambrosius *lib. 1. de Patriarch. & refertur cap. Nemo 32. qu. 4. vbi ait:* Nec hoc solum est adulterium cum aliena peccare coniuge, sed omne quod non habet potestatem coniugij. At talis actus potestatem coniugij non habet (vt patet) ergo est adulterium.

5. Denique tertia pars, quod scilicet explicandum sit fuisse peccatum cum propria coniuge, nec sufficiat explicare in genere malitiam adulteri, sic probò: quia si dicatur fuisse cum persona coniugata in genere, eo modo confessionis explicatur iniustitia aduersus coniugem illius personæ, cum tamen nulla talis interueniat. Præterea si tale peccatum fiat cum propria coniuge renitente, & ad id coacta, vltra malitiam adulteri, haberet quandam malitiam raptus, quæ etiam explicari debet, vt pote distincta. Quod si fiat cum consensu illius, hoc ipsum erit explicandum. Neque sufficit dicere, se commississe tale peccatum cum femina coniugata, consentiente viro illius, intelligendo seipsum, qui eo ipso, quod peccat cum vxore sua consentit, vt illa peccet. Hoc inquam, non sufficit, quia in tali casu explicaret etiam malitiam, qua fuerit causa vt vir talis femina consentiret in eam turpitudinem, quæ malitia tunc non interfuit, cum ipse non dederit alteri viro occasionem peccandi, sed ipsemet fuit qui contra seipsum, & contra ius suum, & propriam vxoris talis peccati auctor, & causa fuit, non dans alteri viro occasionem sic peccandi. Vide etiam præter Dicastillum, Reginaldum *tom. 2. lib. 31. num. 333.*

RESOL. CLXXXVII.

Notabilia quadam circa coitum coniugale.  
 Et primò queritur an saltem liceat perfricere pudenda sua circa vas præposterum vxoris, vel in os eius intromittere, cessante pollutionis periculo?  
 Et an coniugati peccent mortaliter, vel tantum venialiter ex conscientia erronea, si variant situm ordinarium in coitu, etiam si eo copula modo aliqua pars feminis elabatur?  
 Et notatur, quod vir expectare non tenetur, licet possit, etiam effuso semine, copulam continuare, vt femina seminet.  
 Secundo aduertitur seminationem extra vas posse aliquando contingere sine vlla culpa in coniugatis, vt in viris potentibus, &c.  
 Tertio docetur viro cum vxore licere inchoare copulam causa delectationis, & postea inchoatam non absoluerè, dummodo non subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor ea inchoata copula contenta sit.  
 Quarto queritur, an sit peccatum mortale accedere ad menstruatam vxorem?  
 Quinto, an sit peccatum veniale accedere ad vxorem grauidam, si non adest periculum incontinentiæ? Ex P. 3. tit. 4. Ref. 203. alias 204.

§. 1. Diximus in *resol. 37. tract. 3. misc.* contra aliquos DD. non esse licitum coniugato incipere actum sodomiticum cum vxore: quæro nunc an saltem liceat perfricere pudenda circa vas præposterum. Affirmatiuè respondet Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 9. disput. 17. num. 5. vbi sic ait:* Si vir superficie dumtaxat vasis præposterij vxoris fricaret sua verenda, vel in os eius intromitteret, cessante omni pollutionis periculo, non crederem esse lethale, cum os non sit vas ordinatum ad copulam sodomiticam, nec intra vas præposterum, ad eam tendens virile membrum includatur, sed solum superficiem eius externam tangat; quare tactus hic reputatur instar aliorum inter coniuges, qui ad summum culpæ veniales sunt. Ita Sanchez.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, & illam reprobatur nouissimè Basilius Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 11. num. 5. vbi sic asserit:* Non omnes tactus licent inter coniuges, & ita neque licebit perfricere pudenda in vase præposterio vxoris, & aliud asserere, mera turpitudine est, & habenas laxare libidini. Sic Pontius, & ego.

3. Notandum est tamen, aliquos coniugatos peccare mortaliter ex conscientia erronea, si variant situm ordinarium in coitu: nam ex se est tantum peccatum veniale, dummodo copula habeatur semper in vase naturali, quod verum esse putat Pontius *vbi supra*, etiam si eo copula modo aliqua pars feminis elabatur, dummodo retineatur alia; docent enim Medici, non totam feminis quantitatem in matrice retineri. Rursus docet, neque esse peccatum mortale, quamuis ex eo modo concumbendi non ita certum sit fore prolem; non enim coniuges tenentur vii medio certiori ad prolem suscipiendam, sed satis est, si vtantur conuenienti. Docet etiam non esse necessarium, vt vterque simul concurrat ad feminis effusionem; quare expectare vir non tenetur, licet possit etiam effuso semine copulam continuare, vt femina seminet.

4. Addit idem Auctor, seminationem extra vas posse aliquando contingere sine vlla culpa in coniugatis, vt in viris potentibus, dum congregati conantur, poterit euenire, vt ex festinatione præ intentionem semen effundatur, id enim non vitio, sed natura festinationis, & vigori tribuendum est.

5. Notat etiam contra Syluestrum Rosellum, & Azorium, viro cum vxore licere inchoare copulam causa delectationis, & postea inchoatum coitum non absoluerè, dummodo non subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor ea inchoata copula contenta sit. Item contra Azorium, & alios Theologos, & Iurisperitos, quos adducit Sanchez *lib. 9. disp. 21. num. 2.* non est peccatum mortale accedere ad menstruatam vxorem: imò aliqui in tali coitu nullam culpam agnoscunt, idque probabile putat Sanchez *ibid. num. 7.* licet ipse asserat esse tantum culpam venialem, nisi etiam hæc excusetur ex eo, quod vigeat incontinentiæ periculum. Et hæc omnia, vt dixi, docet Pontius cum multis aliis *loco cit. de matrim. lib. 10. cap. 11. num. 5. 6. & 9. & cap. 14. num. 5. & 6.* quæ sunt à Confessariis valde notanda, vt non imponant onus ferre nolentibus, & vbi non est.

6. Sed pro coronide huius resolutionis dico, quod licet Pontius *in dicto cap. 14. num. 7.* cum Azorio putet esse peccatum veniale, accedere ad vxorem grauidam, si non adest periculum incontinentiæ, ego tamen puto in tali copula nullam culpam interuenire, & ita docet ex Sanchez *Cominch de Sacram. disput. 34. dub. 9. concl. 4.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 41. num. 9.*

Quæ nunc hanc sequetur.  
 Sup hoc in tom. 8. tit. 6. Refol. 20. §. 1. Queritur quidò, & pro parte in ore pudenda intromittere, supra in Ref. 184. §. penult. & vlt. & in aliis postis in annot. 1. dicti §. penult.

Sup hoc supra in princip. Ref. 187. & 85 signanter post medium §. 1. sed lege eam per totam. Sup hoc inf. in Ref. 216. &c.

Sup hoc in Ref. præterita, §. 1. ad medium, vers. abique.

Et sup. contenta in hoc §. Nota etiã, infra in Ref. 202. §. Et ex his, & in Ref. 205. 206. 209. & 215. §. vlt.

Quo ad hoc lege supra §. vlt. Ref. 185.

## RESOL. CLXXXVIII.

Olim per litteras à quodam Sacerdote interrogatus fuit de opinionibus Doctorum circa præfentes casus.

Primus, &c.

Secundus, si quis coniugatus immitteret membrum virile in os femine, an peccaret mortaliter?

Tertio, si absente coniuge liceret seipsum tangere libidinis, vel voluptatis causa, absque pollutionis periculo?

Et an peccet mortaliter coniux, qui intra vas naturale feminae digitos quasi membrum virile immittit, sicuti est peccatum mortale inchoatio copulae sodomiticae cum uxore, etiam non animo consummandi nisi intra vas legitimum?

Et adverte, quod primus casus non pertinet ad istum tractatum. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 37.

Sup. responsione contenta in lin. 1. & media secundæ huius Ref. supra in Ref. 184. §. penult. & in aliis eius not.

§. 1. **A**D secundum respondet etiam Sanchez, ubi supra disput. 17. num. 5. negativè, sicut etiam ego opinor non peccare mortaliter, si coniux intra vas naturale femine digitos quasi membrum virile immittat. Ratio est quia talis tactus non est medium improprietationum nec alterius ordinis luxuriae, sicuti est inchoatio copulae sodomiticae, etiam non animo consummandi nisi intra vas legitimum, licet Nauart. lib. de pœn. & remiss. conf. 7. Angelus ver. debitum, num. 25. & nouissimè Zerola in praxi penit. cap. 12. §. 25. cum Iacobo de Graffis tom. 1. lib. 5. de adult. conf. 3. n. 11. Gambacurta de cas. refer. cas. 2. de sodomia, n. 5. Zanardus in d. r. Etor. confess. par. 1. tract. de matr. cap. 41. §. 10. hoc vltimum etiam coniugatis concedant. Sed nõ posse dictos actum sodomiticum incipere, contra præfatos DD. docet Bonacina de matr. quest. 4. punct. 11 n. 12. Sanchez lib. 9. disput. 17. n. 4. & nouissimè Rodriguez in summ. v. 3. c. 88. n. 2. & Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 11. num. 5.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & infra in Ref. 196. §. sed maior. & supra in Ref. 37. §. Nota tamè. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Quæritur sextò. prope finem.

2. Ad tertium Salas ubi sup. n. 129. sentit culpam esse lethalem, si coniux libidinis causa seipsum tangat; nam vt ait ipse, tactus qui nec fiunt cum coniuge, nec ad finem coniugij referuntur, reuera non sunt coniugales; nam fiunt à coniugato, ac si coniugatus non esset, sed solutus: ergo sunt mortales, non minus ac si essent in solutis, & sic etiam tenet Vasquez in p. 2. tom. 2. disp. 113. n. 4.

3. Attamen supradictos Sanchez l. cit. disp. 44. num. 16. docet, secluso periculo pollutionis, non esse mortale, sed tantum veniale hoc facere; cum hac tamen limitatione, nisi tactus ex natura sua accommodatus sit, vt homo in seipso quantum possit effingat coitum. Ratio est, quia cum tactus ille suapte natura indifferens sit ad copulam coniugalem, & ad illicitam, possitque ad vnam, & alteram referri, nec ex intentione tangentis se, à sua natura, & ab hoc ordine distrahat, vt ad copulam illicitam ordinetur, non est cur de culpa mortali damnandus sit. Et sic hanc sententiam sequuti sunt etiam multi alij Theologi Societatis Iesv, vt ipse Salas loc. cit. n. 12. 8. notauit.

4. Ad argumentum in contrarium, respondetur non posse dici eum tactum non esse actum coniugis, quia non habetur cum coniuge; quoniam vt actus coniugis sit, non opus est cum coniuge fieri, sed satis est, vt ad actum matrimonialem præfentis coniugij suapte natura ordinari possit, nec ab hoc scopo ex intentione operantis aberrat. Verùm his non obstantibus, opinionem Vasquez, & Salas, asserentium tali casu adesse culpam lethalem, puto esse amplectendam: & ideo, vt supra apud San-

chez in nouissima editione sententia contraria non nuenitur impressa.

## RESOL. CLXXXIX.

An coniugatus, si seipsum tangat propter voluptatem captandam absque pollutionis periculo, peccet mortaliter? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 214. alias 215.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Montemus in p. 2. D. Th. tom. 2. q. 74. art. 8. q. 5. in fine. Item de la Cruz in direct. p. 1. præf. 6. art. 9. dub. 11. Salas in p. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 14. n. 129. Vasquez in p. 2. tom. 1. q. 78. art. 8. disp. 123. n. 4. & Sanchez in seculi disp. 2. 1. n. 26. Et ratio est, quia coniux non habet dominium proprii corporis in ordinem ad vnam veneris secum explendum, sed tantum, habet dominium corporis consortis sui: quapropter vni proprio corpore in ordine ad venerem secum vitari. Ergo, &c. Et ita peccare mortaliter coniuges in tali casu docent Doctores citati.

2. Sed Thomas Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 5. disp. 44. num. 16. contrarium tenet, & putat tantum peccare venialiter, quia cum tactus ille suapte natura indifferens sit ad copulam coniugalem, vel illicitam, possitque ad vnam, vel alteram referri, nec ex intentione tangentis se à sua natura, & ab hoc ordine distrahat, vt ad copulam illicitam ordinetur, non est cur de culpa lethali damnandus sit. Nec dici potest eum tactum non esse actum coniugis, cum non desideratur, eum cum coniuge fieri, sed satis est, vt ad coniugem præfentem suapte natura ordinari possit, nec ab hac natura ex intentione illius vitari deuiet. Ita Sanchez aduersus quem insurgit Sanctius ubi supra. Nam licet actus ille indifferens dicatur in eo sensu, quod ordinabilis est ad fornicationem, vel copulam coniugalem, tamen intrinsecè malus est, quatenus periculum vitiorum coniugis proprio corpore, in ordine ad venerem secum explendam, quod illi prohibuitur est, & non in ordine ad explendam cum coniuge, quæ absens reperitur. Ergo, &c. Et idè tu tene primam sententiam.

## RESOL. CX.

An coniux in absentia alterius, si tangat libidinosè sua membra pudenda, peccet mortaliter? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 137.

§. 1. **O**bscena sunt hæc, fateor, sed omnia mundi, & Confessarij in omni matre. Reuerentia debent discernere inter lepram, & lepram, & scire quodnam sit peccatum mortale, quod veniale. Hanc questionem, quia practicabilis est, ego tractavi in 3. part. tract. 4. resol. 215. & pro negativa sententia adduxi Tho. Sanchez nunc addo Gasparem Hurtado tractatu de matr. disp. 10. diff. 10. n. 47. vbi excusat à mortali tactum, quo coniux etiam in absentia alterius tangit libidinosè sua membra pudenda, quamuis commouenda, & alteranda, quando non est periculum effusionis seminis futuræ extra vas, quia etiam illi tactus, sua natura ordinatur ad actum coniugalem, quamuis actu non referantur ad illud, & ita hanc sententiam docet etiam Petrus Ochagavia de Sacramen. tract. 1. §. de matrim. quest. 12. num. 9. in fine, vbi sic ait: Puto etiam vnum coniugatum absentem ab alio sua membra tangentem, & commouentem propter solum voluptatem captandam tactus, absque periculo pollutionis

tionis, non peccare mortaliter, quia tactus ille, licet actu non referatur ad coniugium, satis est cum suapte natura ordinari ad præsens coniugium, sicut contingit in delectatione morosa. Ita ille.

2. Et tandem nouissimè etiam ex Societate Iesv tamquam probabiliorè tenet hanc opinionem Ioannes Præpositus In 3. part. D. Thom. q. 6. de bonis mari. dub. 26. num. 188. vbi sic ait. Petes vtrum coniux possit absque graui peccato seipsum tangere ex voluptate carnali, non referendo ad copulam? Negat Vasquez, asserit Sanchez, cuius sententia videtur probabilior, quia talis contactus exercetur intra limites matrimonij, ètque natura sua idoneus ad copulam licitam, nec ordinatur ad illicitam; ergo nihil per eum committitur repugnans fidei coniugali, aut matrimonij fini, & proinde ex illis capitibus non contrahit malitiam mortalem, quam non potest aliunde contrahere si absit pollutionis periculum. Ita ille. Vnde hanc sententiam, quæ prius pro se solum Sanchez habebat, nunc habet alios tres Patronos, sed tu ne recedas à contraria cum Doctoribus, quos citauit in dicta resolutione, asserentes in tali casu peccatum mortale adesse, nec aliter sentiendum esse puto, quicquid Sanchez Hurtado & alij asserant.

RESOL. CXCI.

An sit peccatum mortale, si coniuges inter se tangant, & osculentur pudenda propter salam voluptatè. Idem est de verbis impudicis, & aspectu partium venerandarum, & amplexibus inhonestis inter coniugatos, modo non sit periculum pollutionis.

Et notatur, quod si aliquis sine interruptione morali multoties osculetur pudenda alicuius feminae, vel pueri, sufficit, vt in confessione dicat, osculatus sum solutam, vel puerum, & non est opus explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 224. alias 225.

Sup. hoc infra lege doctrinam Ref. 194. signanter post medium, & si placet vide etiam alias Ref. & 55. eius primæ not. & signanter ex Ref. 196. §. vltim. post mediū, vbi tactus, & supra in Ref. 37. §. Idem.

§. 1. **E**st peccatum mortale à fortiori docet P. Ludanus in 4. dist. 31. quest. 3. art. 2. concl. 6. Syluester ver. debitum coniugale, quest. 7. & ex notoriis Rodriquez in summ. nouissima tom. 1. cap. 129. concl. 111. vbi sic asserit. [ Los caídos que se delectan en tactos venereos, no los queriendo ordenar à copula conjugal, pecan mortalmente, aunque Cayetano diga que no, cessando el peligro de polucion, en peto como ordinariamente ay este peligro, no deue ser amitada la opinion de Cayetano, pues de las cosas morales anemos de juzgar, conforme lo que comunemente acaçe, y no anemos de acudir a metaphisicas. ] Ita ille.

2. Sed si hæc opinio esset vera, vè coniugatis; igitur contrariam sententiam docent communiter Doctores, etiam tactus, & oscula sint in partibus pudendis, vnde Zanardus ex Dominicanorum familia in directorio Confessor. part. 1. de Sacram. matrim. cap. 41. num. 24. sic ait: Dico non esse peccatum mortale citra periculum pollutionis, quoscumque tactus, oscula, verba impudica, & aspectus partium venerandarum inter coniuges. Sed audiamus Syllium in 2. 2. q. 154. art. 4. concl. 61. Oscula, (ait) tactus & amplexus etiam inhonesti, inter eos adiuuicem si sunt coniugati, excusantur à mortali, quamuis fiant ob delectatione absque intentione copulæ coniugalis; modò non sit periculum pollutionis. Idem docet Filliuc. Societatis Iesv tom. 2. tract. 30. cap. 10. n. 195. vbi sic asserit. Inferitur oscula in partibus inhonestis à fortiori esse peccata mortalia: hæc enim in his

Tom. 1. l.

partibus non sunt nisi ex amore libinoso, & deprauato, & practicè loquendo, semper oscula libidinosa inter non coniugatos. Inter hos autem, etiam non sunt censenda peccata mortalia, tamen increpandi sunt qui hoc faciunt, tanquam operis arguentis animum nimis mollem, & libidini deditum. Ita ille, & ego. Vide etiam Salas in part. 2. tom. 2. & quest. 74. tract. 13. disp. 6. dist. 26. n. 169. Granado etiam in p. 2. contr. 6. tract. 4. disp. 7. n. 4.

3. Ad argumentum verò Rodriquez respondeo, supradicta oscula, & tactus communiter non fieri cum periculo pollutionis, & si tale periculum in aliquibus adesset; illis vt minimè possent, vt dictum est. Notandum est tamen hæc obiter, quod si aliquis interruptione morali multoties osculetur pudenda alicuius feminae, vel pueri (ignoscite pudicæ aures) sufficit, vt in confessione dicat, Osculatus sum solutam, vel puerum, & non opus est explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis; nam est hæc tantum circumstantia aggravans, quæ secundum probabilem opinionem, quam ego teneo, non est necessariò in confessione aperienda.

RESOL. CXCII.

An in aliquibus casibus tactus oscula, &c. sint licita inter coniugatos cum periculo pollutionis? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 216. alias 217.

§. 1. **R**eferam hic tantum verba Michaëlis Zanardi Dominicanici in direct. confess. p. 1. de Sacram. matrim. cap. 21. q. 27. fol. mibi 908. vbi sic asserit. Tactus, & oscula coniugati cum coniuge cum periculo pollutionis, imò cum pollutione quandoque non sunt peccata mortalia. Primò, si pollutio accidat petenti, quia quamuis petens non possit petere oscula cum periculo pollutionis, poterit tamen pati ea, etiam si polluat, quia non dat operam rei illicitæ, & hoc est præter intentionem eius. Secundò, nec etiam in petente, si intenderet copulam; & dum iam ostendit per oscula eam excitare, pollutur propter supradictam rationem. Nec retrò, si fierent ad excitandum amorem, vel ad eum conservandum, & tum propter intentionem sequeretur pollutio. Ita Zanardus, & ante illum Sanchez 10. 3. lib. 9. disp. 45. n. 35. quem etiam sequitur Filliucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 356.

Sup. hoc in duabus Ref. 199. & infra in Ref. 207. §. Dicendū, ad lin. 6. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Quarto sexto. in principio.

RESOL. CXCIII.

An aliquando sint licita oscula, & tactus inter uxoras, cum periculo pollutionis?

Et pro confirmanda doctrina huius questionis adducitur, quod petere debitum cum aperto periculo effusionis seminis extra vas naturale, est peccatum mortale.

Et quod si dans operam rei aliquo modo licite, & præcepte, & aduertat, retenta actione, vt possit impedire, tenetur impedire, alioquin mortaliter peccabit. Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 65.

§. 1. **P**ro parte affirmatiua in 3. part. tract. 4. resolut. 227. adduxi Zanardum Dominicanum, Sanchez & Filliucium Iesuitas: & hanc sententiam ex eadem Societate tanquam probabilem admittit nouissimè Stephanus Bauny in Theolog. Moral. parte 1. tract. 12. quest. 5. vbi sic ait. Hæc opinio si quid habet ponderis, id totum in Doctorum aucto-

Quæ hæc est Ref. antecessa, & in aliis eius annot.

ritatem, qui illam inuenerunt & probauerunt referendum existimo. Sanè quia benigna est, & in coniuges indulgens, si quis eam sibi sequendam crederet, non magnopere repugnabo. Ita Banny. Et idèd, quidam Confessarius excusabat Coniugem, quæ, cum maritus illam osculabatur in pollutionem incidebat: & etiam excusabat ipsum virum, quando osculabatur uxorem ad excitandum amorem, vel ad eum conseruandum, & præter intentionem pollutio sequebatur.

2. Sed hæc opinio displicet Ioanni Præposito in 3. part. D. Thom. quæst. 6. de Sacram. matrimon. dub. 25. num. 186. vbi sic ait. Coniuges, qui actum conjugalem exercere possunt absque graui peccato se mutuo amplecti, tangere, osculari, &c. quamuis hos actus ad copulam non referat: quia tales actus ratione contractus, & status matrimonialis honestantur, & redduntur licite; ac proinde suam malitiam debent aliunde contrahere: non contrahunt autem aliunde, quàm quòd non ordinentur in finem, & proinde solum inuenitur defectus ordinationis in finem, qui solum venialem malitiam continet.

3. Probatur. Coniux ratione contractus matrimonialis habet dominium corporis suæ compartis in ordine ad actum carnalem; & proinde in ordine ad actus natura sua præuios: quo dominio, & vsu dominij non priuatur, eo quòd hic & nunc nolit actum consummatum. Aduerte tamen debere abesse periculum pollutionis & scandalum in alterutra parte.

4. Dices hi actus de se sunt liciti, tantumque contrahunt malitiam venialem propter defectum ordinationis in finem: actus autem licitus & honestus non contrahit mortalem malitiam ex præuisa pollutione, &c. Ergo, &c. Respondeo sepositis opinionibus, quæ versantur circa materiam minoris propositionis, negando eandem minorem quoad actus, de quibus est sermo: nam tactus, oscula, amplexus inter coniuges eatenus licent, quatenus quærentur intra limites matrimonij: & per consequens, in quantum nihil sequitur repugnans fini, & institutioni seminis: sequitur autem aliquid repugnans, si semen extra vas effundatur, neque pollutio in eo casu dici potest solum permilla, cum sequatur ex impetu illius motus carnalis, qui per se intenditur. Confirmatur: petere debitum cum aperto periculo effusionis seminis extra vas naturale est peccatum mortale: ergo etiam actus subordinati contrahent malitiam mortalem, si subit consimile pollutionis periculum. Cum verò frequenter subesse possit in contactibus valde impudicis, hi omninò sunt coniugibus dissuadendi: nisi ordinentur ad copulam, vel saltem ea petatur, quando aduertitur periculum. Vnde videtur minus probandum, quòd ait Sanchez lib. 9. de matrimonio, disp. 45. n. 36. non semper esse mortales tactus exercitos cum periculo pollutionis etiam in petente: id. inquam, minus probatur, cum pollutio eo casu possit vitari petendo actum conjugalem, quem coniugatus potest exercere. Confirmatur, si dans operam rei alioquin licitæ & præceptæ aduertat inde securitatem pollutionem, quam retenta actione possit impedire, teneatur impedire, alioquin mortaliter peccabit: cum ergo coniugatus in nostro casu possit occurrere pollutioni per actum conjugalem, qui non est ei difficilis, teneatur illum exercere: propter quam rationem, per se loquendo, sentio compartem, quæ per modum reddentis eodem actus cum delectatione venerea patitur, vel exercet, teneri actum conjugalem petere, si aduertat in se pollutionis periculum, & nulla circumstantia extrinseca excuset: alioquin pollutionem censendam ei voluntariam, cum eam possit impedire per medium non extraordinarium statui matrimoniali, idque

Sup. hoc in tom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Quæro sextum, post medium, verificatur.

sine magno grauamine, vt suppono. Huc vsque Præpositus. Et Villalobos in summ. tom. 1. tract. 15. diff. 42. num. 1. sic ait. [ Los aspectos, tocamientos, y abraços, son licitos entre los casados, y no se llegan a pecado mortal, quando no ay peligro de pollucion, y con los abraços y osculos se intente solo mostrar señal de amor, no seria pecado ninguno, non auiedo el dicho peligro. ] Sic ille. Et reuera in his materiis cautè procedendum est, nec habetur licentia.

## RESOL. CXCIV.

An tactus, oscula, aspectus, & verba impudica sint licita inter coniugatos, etiam si ex illis præuisa sequatur dissolutio, aut membrorum seruitium generationi commotio? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 1. alias 226.

§. 1. AD hanc quæstionem ita respondet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 9. disp. 46. n. 41. §. 1. Non existimo esse mortale in coniugatis per tactus, & verba turpia, delectationemque veneream in copula cogitata confurgentem dare causam commotioni membrorum seruitium generationi, & non currere in delectationes præuisas, quamuis inter solutos id esset lethale; nam hoc non est gratè datum generationis in tali statu, & aliunde ex delectationibus, & spirituum commotionibus in eis vacat culpa mortali. Ita Sanchez, & post illum Salas in part. 2. tom. 2. quæst. 74. tract. 13. disp. 6. §. 1. n. 135. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 15. diff. 42. num. 1. vbi sic asserit. [ Los aspectos, tocamientos, y abraços, son licitos entre los casados, y no se llegan a pecado mortal, quando no ay peligro de pollucion, por que el acto a que se ordenan, o de donde nace la delectacion, no es pecado entre los casados, si con los abraços y osculos se intente solo mostrar señal de amor, no seria pecado ninguno, non auiedo el dicho, mas si aquellos actos fueren dirigidos solo a deleyte sin animo de llegar a la copula, solo seria pecado venial, y aunque en esto vnieste periculum delectationis, no seria pecado mortal entre casados. ] Sic Villalobos, vide supra in resol. 199.

## RESOL. CXCIV.

Quidam vir in absentia coniugis sapia balui delectationem de actu coniugij præterito, & etiam futuro, si actu præsens esset, sine tamen aliquo periculo pollutionis: Confessarius obligauit illum ad explicandum numerum prædictarum delectationum, quæ postea à me, an vere in illis delectationibus peccauerit mortaliter?

Et quid, si ex tali delectatione procedat aliqua commotio, & alteratio in partibus pudendis, alique periculo tamen pollutionis?

Et deducitur, quod in viduis esset lethale delectari de copula præterita, quasi tunc esset præsens? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Resol. 36.

§. 1. QVOD sic opinatus est Syluest. verb. delectatio. Sup. 1. num. 2. & Nauar. op. 16. num. 10. quos sequuntur neoterici multi, vt Ioan. Salas in part. 2. tract. 10. diff. 6. §. 1. n. 209. Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæst. 8. Fernandez in suo exco. T. heret. part. 4. cap. 2. §. 1. num. 6. & nouissimè Rodriguez in summ. tom. 3. cap. 88. num. 7. Probatur, quia de simili-



Sup. his vi-  
duis in Ref.  
not. prae-  
terita, in di-  
versis eius  
verf. & fig-  
nante in fi-  
ne, & in §.  
vlt. huius  
Ref. & supra  
latē in Ref.  
39.

Sup. hoc in  
Ref. seq. §. 2.  
prope fine,  
verf. Et haec,  
& lege infra  
doctrinam  
Ref. 197. Et  
ex Ref. 199.  
§. Verum,  
ante mediū.

būs idem ius, & iudicium est: sed in viduis esset le-  
thale delectari de copula praeterita, quasi tunc esset  
praesens. Ergo idem erit & in coniugatis.

2. At ego semper in praxi contrariam senten-  
tiam amplexus sum, cum Cutiele in part. 2. quest. 74.  
art. 8. dub. 3. §. 2. diffi. ultate 3. Zanard. in directior. Theo-  
log. part. 1. tract. de matrim. cap. 4. 1. Bonacina de matr.  
quest. 4. punct. 8. num. 12. Sanchez de matrim. tom. 3.  
lib. 9. disp. 44. num. 3. Valquez in part. 2. tom. 2. diff. 113.  
cap. 2. n. 2. Lessio de iust. lib. 4. cap. 3. dub. 1. num. 121.  
Reginald. tom. 1. lib. 11. cap. 5. num. 52. Medina in  
part. 2. quest. 74. art. 8. & Coninch. de Sacram.  
disp. 34. dub. 11. num. 113. Et ratio est, quia delecta-  
tio sumit malitiam, & bonitatem ex obiecto. At  
obiectum huius delectationis est licitum. Ergo licita  
erit & delectatio. Et hęc opinio procedit, etiam si  
ex tali delectatione procederet aliqua commotio, &  
alteratio in partibus pudendis, abique periculo ta-  
men pollutionis. Sic Bonacina, Zanardus, Valquez,  
& Sanchez ubi supra.

3. Ad argumentum contrarium responderetur,  
disparitatem esse manifestam, nam vidua non potest  
ita delectari circa actum habitum cum coniuge de-  
functo, quia hic actus iam in praesenti est ei illicitus,  
& non autem est illicitus coniugatae. Potest igitur  
coniux sumere delectationem de actu coniugij  
praeterito, vel futuro, etiam si illum, tanquam praesentem,  
& nunc exercitum per imaginationem consti-  
tuat, & sic copula imaginaria se oblectare.

RESOL. CXCVI.

An delectatio in vidua coniugis de copula cum coniuge  
absente sit peccatum mortale?

Et quid, si ex ea delectatione consergeret membri pu-  
dendi commotio, & alteratio absque pollutionis pe-  
riculo?

Et inferitur, quod in vidua, & sponsa de futuro similis  
delectatio est peccatum mortale?

Sed maior difficultas superest, an coniux possit absque  
gravi peccato se ipsum tangere ex voluptate carnali,  
non referendo ad copulam?

Et an coniuges non peccent mortaliter, qui libere pos-  
sunt actum carnalem exercere, si huiusmodi tactus  
circa se, vel partem exercent ad sedandas car-  
nis tentationes, quamvis actum coniugalem non in-  
tendant?

Et notatur delectationem in actu coniugij in  
absentia non esse moraliter illicitam coniugatis, etiam  
quoties copula coniugibus est illicita, vel ob circum-  
stantiam extrinsecam, vel ob periculum sanitatis,  
vel abortum, &c? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3.  
Ref. 44.

Sup. hoc in  
Ref. praeteri-  
ta, & infra  
in Ref. 198.  
§. Sed non &  
in Ref. 199.  
§. Verum.

§. 1. Affirmatiue nominatim contra me respon-  
det Pater Bordonus in Consil. Regul. tom. 2.  
resol. 74. quest. 2. num. 6. Tum quia huiusmodi cogi-  
tatio non potest referri in bonum proles, cum ima-  
ginatio nullum ordinem habeat ad prolem, neque  
aliquid operetur huiusmodi ordinatio, cum sit merē  
intellectualis, & nugatoria ad hoc, non valens excu-  
sare à peccato: ergo peccaminosa est; neque refert,  
quod quis copula coniugali cogitet ea intentione, vt  
eam referat in bonum proles, quia ea imaginaria  
frustratoria est ad hunc effectum, & quandoque non  
adest bonum proles, si imaginatio referatur ad copu-  
lam sterilem. Tum quia in vidua similis delectatio est  
peccatum mortale: ergo & in coniugatis; cum idem  
faciendum sit iudicium de similibus, ex vulgaris lu-  
ribus. Tum quia non solum debemus abstinere à  
malo, sed etiam ab omnibus illis medijs, quae possunt

nos inducere, & maxime proximē ad malum pepe-  
trandum, quia finis, & mediorum eadem est ratio, lib.  
oratio ff. de sponsal. media enim sequuntur naturam sui  
finis, & ab eo regulantur, ibidem Bartolus; & finis dat  
necessitatem medijs, in quem, si quis non potest, ne-  
que in medijs; & eadem obligatione quis tenetur ad  
media, quae constingitur ad finem; sed quilibet sub  
mortali tenetur se abstinere à motibus voluntarijs  
partium pudendarum: ergo & medijs, per quae tales  
motus causari possunt, cuiusmodi est imaginatio copu-  
lae etiam coniugalis inter absentes. Tum quia con-  
iugati absentes ab inuicem in quolibet actu venereo  
se habent, tanquam non coniugati, iuxta illud Apo-  
stoli 1. Corimb. 7. Qui habent uxores tanquam non  
habentes sint. Ita ille, qui postea addit: Et ex his pa-  
tet, quā immeritō sententiam Sanchez Diana vocet  
probabilissimam; sufficit enim, si aliquiter sit  
probabilis apud ipsum, & alios; nam apud me iudi-  
catur improbabilis, cum ex tali imaginatione pro-  
ximē sequatur carnis alteratio, & voluntaria sensua-  
lis delectatio, quae sine dubio peccatum graue est.

2. Sed etiam poterat penes ipsum sententia San-  
chez magnam probabilitatem habere non solum ex  
principijs intrinsecis, sed saltem ex principio extrin-  
secis, nempe auctoritate Doctorum: nam praeter  
Sanchez, hanc sententiam docet Valquez, Lessius,  
Salas, Layman, Coninch, Sancius, Palaus, qui-  
bus adde Ioannem Præpositum in part. D. Thome  
quest. 6. de bonis matrim. dub. 26. n. 192. Ochagatium  
tract. 5. de matrim. quest. 12. Hurtadum disp. 10. diffi. ul.  
10. num. 47. Martium Perez de Matrim. disput. 54.  
sect. 1. num. 7. Bossium tract. de S. ruptis. §. 7. num. 152.  
Dicatillum de iust. lib. 1. disput. 3. dub. 15. num. 220.  
Et hi omnes merito vocari possunt Gigantes Theo-  
logiae: unde saltem ex eorum auctoritate nostram  
sententiam contra Patrem Bordonum satis probabi-  
lem esse patet. Nec desunt pro illa rationes. Quia ta-  
lis delectatio appetitus sensitui & commotio, mem-  
brorum, ac spirituum generationi inferuentium in  
coniugibus de se, seu per se loquendo, ad copulam  
maritalem ordinantur, sicut & tactus impudici inter  
eosdem coniuges; per accidens autem est, quod  
propter absentiam, aut aliud simile impedimentum  
copula non exercentur: ergo sicut tactus impudici  
inter coniuges ob solam voluptatem, absque animo  
copulae, eo quod natura sua inter coniuges ordina-  
tur ad actum coniugalem, ratione matrimonij, ex-  
cusantur à culpa mortali, sicut excusatur à mortali  
culpa ipsa maritalis, vt tradit Sanchez lib. 9. de ma-  
trim. diff. 44. num. 11. & docent Doctores communi-  
ter, quos ipse allegat, & alij tam antiqui, quam re-  
centiores. Ita etiam matrimonium à mortali excusat  
in coniugibus delectationem in appetitu sensitiuo  
de copula maritali cogitata, & ex ea ortam commo-  
tionem corporis, & spirituum generationi inferuentium;  
cum haec omnia de se in coniugibus, sicut &  
tactus impudici, oscula, & amplexus, tanquam me-  
dia ad finem ordinantur ad copulam materialem, quae  
inter coniuges est licita. Quare omnia praedicta, si  
tantum propter delectationem à coniugibus appe-  
tantur, & exercentur absque pollutionis periculo,  
erunt peccatum veniale, quia extrahunt à suo fine;  
sicut enim defectus debiti finis in habenda copula  
coniugali, non est culpa mortalis, sed tantum venia-  
lis, nisi finis mortalis intendatur, vt docet idem  
Sanchez eodem lib. 9. disp. 8. num. 8 & 9. & est Docto-  
rum communis: ita etiam defectus debiti finis in  
praedictis actibus praëambulis ad actum coniugalem  
erit solum culpa venialis, secluso alio fine mortali,  
vel periculo pollutionis: alioqui certum est peccare  
mortaliter coniuges, si animadvertant ex illa comi-  
tione

in viduis;  
& late in  
alia Ref.  
eius not.

motione sensitiva venerea, vel ex tactibus impudicis sequenturam pollutionem. Limitat præfatam sententiam Salas, affirmans esse mortale, si coniuges delectentur de copula maritali imaginaria, & ficta; sed rectè limitationem reicit Palas; eò quòd parum referat copulam esse fictam, vel veram; si delectatio absolute illis non est prohibita, & non tendit ad obiectum formaliter malum. Neque prædicta sententia obstat illam delectationem sensitivi appetitus, & commotionem corporis esse initium effusionis seminis; nam ordinatur ad coitum cum coniuge, & seminis effusionem intra legitimum vas; quòd sufficit, ne sit mortalis culpa; quamvis tunc copula propter absentiam, vel aliud impedimentum simile haberi non possit. Sicut etiam nõ obstat, quòd similis delectatio voluntaria, & commotio non sit licita in vidua ex cogitatione præterite copulæ maritalis: viduæ enim prohibita est copula carnalis, ac proinde etiam delectatio sensitiva illius cogitata; & in ea deficit matrimonium quòd utrumque excusat. Itaque ex his omnibus patet, quòd talis est delectatio, qualis est consensus in actum, de quo capitur delectatio; talis enim est delectatio, quale est obiectum, vt docuit Aristoteles *lib. 10. Ethicorum, cap. 4. & 5.* Sed copula, de qua est delectatio, inter coniuges est licita; ergo ex hac parte non est culpabilis delectatio: esset autem culpa venialis, si caretet debito fine ad quem actus coniugalis à natura ipsa dirigitur. Et hæc sententia procedit etiam si ex ea delectatione consurgeret membri pudendi commotio, & alteratio absque pollutionis periculo, videlicet nullam esse culpam mortalem consensum in illam. Ratio est quia vt optimè docuit Vasquez *1. 2. disp. 113. num. 2. & 3.* matrimonium excusans à copula mortali delectationem sensitivæ partis, subinde excusat quoque commotionem illam naturaliter ex ipsa consurgentem. Quare sicut esset culpa mortalis, si coniux in actu coniugali delectaretur in alterius viri, aut foeminae cogitatione carnaliter dilectorum; quia est delectatio mortosa in obiecto mortaliter graui & turpi, ita è contra excusatur à culpa mortali illa delectatio, & commotio, quia est de obiecto, & copula licita, tamen si per accidens sit alter coniux absens.

3. His tamen non obstantibus, concedo sententiam affirmatiuam Patris Bordoni, & aliorum esse etiam satis probabilem; sed constanter nego nostram esse improbabilem, quam præter Doctores citatos ex Societate tenet nouissimè ex Neoterico Dominicanæ familie Magister Serra in *part. 2. D. Thoma, tom. 2. quest. 74. art. 8. dub. 2.* & Araujo ibidem *art. 10. dub. 3. num. 48.*

4. Sed maior difficultas est, an coniux possit absque graui peccato seipsum tangere ex voluptate carnali, non referendo ad copulam? Alibi pro negatiua sententia adduxi Vasquez, pro affirmatiua Sanchez, cuius sententia visa est probabilior Ioanni Præposito vbi supra in *3. part. qu. 6. de bonis marr. dub. 26. n. 188.* quia talis contactus exercetur intra limites matrimonij, estque natura sua idoneus ad copulam licitam, nec ordinatur ad illicitam: ergo nihil per eum committitur repugnans fidei coniugali, aut fini matrimonij, & proinde ex illis capitibus non contrahit malitiam mortalem, quam non potest aliunde contrahere, si absit pollutionis periculum. Et hæc sententiam tenet etiam Hurtadus & Ochagauia vbi supra, quibus adde Patrem Martinum Perez loco citato de *Matrim. disp. 53. sect. 2. num. 6.* vbi sic ait: Dico, etiam si coniugatus se ipsum tangat propter voluptatem captandam absque pollutionis periculo, solum esse veniale culpam; quia cum tactus ille indifferens sit ad copulam coniugalem licitam

vel ad illicitam, possitque ad vnam, vel alteram referri, nec ex intentione tangentis se distrahatur à sua natura, & ab hoc ordine, vel ad copulam illicitam ordinatur; non est eor de culpa lethali damnandus sit. Sicut dixit de morosa delectatione copulæ cum coniuge absente, non esse culpam lethalem, quia luxuriositate referri potest ad copulam coniugalem, licet actu non dirigatur. Unde falsum est, vt ille tactus sit coniugalis, desiderari vt habeatur cum coniuge, non enim vt actus coniugis sit, requiritur cum coniuuge fieri; sed satis est vt ad coniugium prædictæ naturæ ordinari possit, nec ab hac natura ex intentione illo vrentis deuiet. Firmatur hoc idem, quia prædicti tactus impudici idè inter solutos sunt mortales, quia excitant delectationem veneream similem illi, quæ habetur in copula, & ad hoc natura ordinantur. Igitur quibus licita est copula, & in eadem delectatio, vt coniugibus etiam illi tactus liciti erant, si finem aliquem honestum habent; veniales, eo careant, sicut ipsa copula esset. Itaque dicendum videtur, quòd illi tactus, vt potest coniugis natura sua referuntur ad copulam coniugalem, à qua reiectione non eximuntur, et si copulam non intendas, vel impossibilis sit ob alterius coniugis absentiam. Hæc enim per accidens contingunt, quæ relationem intrinsecam illorum tactuum non mutant. Præterea sicut ex matrimonio prouenit copulæ coniugalis bonitas; sic tactibus, qui copulæ delectantur pollutione, tamen si per accidens non delectantur.

5. Sed his non obstantibus, Ego pato sententiam negatiuam Vasquez esse tenendam, & conuincendam, quàm nouissimè me citato tenet etiam doctus Pater Dicastillus de *Inst. lib. 3. disp. 3. dub. 3. n. 118.* quia ex matrimonio non habes potestatem suo corpore vtendi, nisi quatenus necessarium est, vt ab altero debitum petas, vel illi reddas; ut in presenti casu nec debitum petere, nec reddere intendis. Non igitur tibi licet prædictus usus. Deinde illi tactus, & carnis commotio ex se referuntur ad pollutionem, vel coitum. Ad coitum autem vt impossibilem nequaquam referri possunt. Restat ergo, vt ad pollutionem referantur. Ergo sunt omnino illiciti.

6. Nego autem coniuges peccare mortaliter, qui liberè possunt actum carnalem exercere, si huiusmodi actus circa se, vel comparatim exerceant ad sedandas carnis tentationes, quamuis actum coniugalem non intendant; quia status matrimonialis in natura lapsa non tantum recipit generationem proliis, sed etiam est institutus ad sedandas carnis tentationes; & proinde actus illius potest licite in hunc finem, relicto alio fine, assumi: unde fit in hunc finem exerceantur, ne quidem videntur venialis, secundum Præpositam vbi supra.

7. Nota etiam hic obiter delectationem mortuosam de actu coniugij in absentia non esse mortalem, & illicitam coniugatis, etiam quoties copula coniugalis est illicita, vel ob circumstantiam extrinsecam, quæ per se neutrum coniugem arceat ab usu matrimonij, ob periculum sanitatis, vel abortus, vel ob aliquod impedimentum naturale post matrimonium superueniens, puta, ob impotentiam, coeundi matrimonio contracto superuenientem, & delectationem appetitus sensitivi de copula maritali cogitationem, vt presentem, in eisdem coniugatis esse licitam, & excusari saltem à culpa mortali; sicut ex similibus casibus liciti sunt inter soltos coniugatos tactus impudici, secluso periculo pollutionis, vt docet etiam Fagundez in *Decalog. lib. 9. cap. 6. num. 2. & 4.* & ratio est eadem, quia talis delectatio, & tactus de se, & ex natura sua ordinatur ad copulam coniugalem, & per accidens est, quòd non exerceatur, seu

Sup hoc infra in fine huius Ref. & in aliis eius vt. nor.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 2. in fine, sed lege doctrinam Ref. seq. & infra ex Ref. 199. §. Veru. ante mediū, à vers. etiam si inde consurgat.

Sup. hoc supra in Ref. 37. §. Nota tamen, & in Ref. 188. §. Ad tertium, & in aliis eius not.

exerceri non possit. Quare cum eadem copula tunc sit licita, & prohibita, vel impossibilis, solum per accidens, & ab extrinseco; licita etiam erunt delectatio illa, & tactus, qui de se ad actum coniugalem tanquam ad finem tendunt. Et tactus poterunt excusari à veniali, si non ob solum delectationem, sed ad conciliandum amorem, vel ad vitandam incontinentiam exercentur absque pollutionis periculo. Et hanc sententiam me citato tenet nouissimè Bossius tract. de Scrupulis §. 59. num. 2191. & Martinus Perez de Matrim. disp. 53. sect. 3. num. 2. & 3. qui tamen optimè notat, supra dictam doctrinam non procedere in viduis & in sponsis de futuro; non enim his licitum est delectari morosè de copula coniugali præterita, vel futura tempore matrimonij, quicquid in contrarium asserat Magister Araujo in part. 2. D. Thomæ, quest. 74. art. 10. dub. 3. num. 48. & alij.

RESOL. CXCVII.

An coniux excusetur à peccato mortali, si voluntarie delectetur in commotione sensitiua orta ex imaginatione coniugis absentis? Et supponitur abesse probabile pollutionis periculum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 199. aliàs 200.

Alibi supra in Ref. 195. §. 2. in fine. & in Ref. 196. §. 2. prope finem. Verè Et hæc & infra in Ref. 199. §. Verum ad lin. 8. & verè etiam si inde. §. 1. Contra Nauarrum, Azorium, Philiaricum, & alios affirmatiuam sententiam alibi cum multis DD. probabiliter docui, sed, quia aduersus me propter hoc quidam Theologaster obmurmurauit, idè iterum eandem sententiam doceo, quam docent etiam Medina in part. 2. quest. 74. art. 8. dub. 1. Zamel ibid. disp. 4. dub. 3. Coriel dub. 3. §. 2. diff. 3. Zanardus in direct. onsc. part. 1. tr. de matrim. cap. 41. Layman Theolog. moral. lib. 1. tract. 3. cap. 6. num. 14. vbi sic asserit: Licet existiment aliqui etiam coniugatum mortaliter peccare, si voluntarie delectentur in motione venerea ortæ ex coniugis absentis apprehensione, eo quod talis commotio tunc ordinari non possit ad actum coniugalem, sed potius ordinetur ad pollutionem; opposita tamen sententia probabilitate non caret; Cum enim matrimonium à mortali peccato excuset tactus impudicus inter coniuges, non copulandi, sed solius voluptatis gratia institutos; consequens est similiter etiam sensitiuam commotionem ex absentis mariti cognitione ortam, vel voluntariè acceptam à culpa mortali excusari. Ratio est, quia hæc omnia in coniugibus, per se loquendo, tendunt ad opus coniugale. Per accidens autem est, quod ob absentiam, vel simile impedimentum opus non exercentur. Suppono autem in his casibus abesse probabile pollutionis periculum. Ita Layman, & ego, licet nouissimè contrarium doceant Pontius de matrim. lib. 10. cap. 16. §. 2. num. 11. Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 2. cap. 2. §. 4. num. 6. & alij, sed nostra sententia est probabilissima.

RESOL. CXCVIII.

An sit licita inter coniuges delectatio de copula cogitata vt presenti, quando ipsa copula est illis interdicta ob aliquam causam? Et in rextu huius Resolutionis adducuntur diuersi casus pro praxi supra dictæ difficultatis? Et deducitur, quod si absit periculum pollutionis, non est peccatum mortale coniugibus delectari morosè de copula cogitata tanquam presenti, dum absentes sunt? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 223. aliàs 224.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 44. num. 11. sed aduersus illum infurgit Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 16. §. 2. num. 12. & Emanuel Rodriguez in summa nouissima to. 1. cap. 129. conclus. 3. vbi sic ait; [Quando la copula matrimonial es illicita, por razon de alguna circunstancia extrinseca, de su naturaleza no los priua de vfo legitimo del matrimonio, tambien es illicita la delectacion del apetito sensitivo desta copula pensada como de presente. Esta conclusion es contra Sanchez, el qual dize ser licita la dicha delectacion, y assi afirma, que entre los casados, aunque sea illicita la copula, por razon del notable peligro de la salud, ò de abortio, no sera illicita la delectacion desta copula, pues esta delectacion no es contra la dicha salud, y dizemas que illicita es la copula coniugal en lugar publico, por ser contraria à la honestidad natural, porque no es illicita moralmente la delectacion interna sensitiva de la copula coniugal en el mismo lugar, attento que esta delectacion no es contraria à la honestidad natural, por razon de laqual la copula es illicita. Laqual doctrina tengo per muy, agena de la Theologia moral, porque aunque la dicha delectacion de presente no sea notablemente contraria à la salud corporal, ni a la honestidad natural, ella anfi sin respecto à circunstancia extrinseca, es illicita, porque la delectacion coniugal de su naturaleza quando se tiene de presente absolutamente no es buena, sino solamente quando se tiene actualmente el acto, y no quando no se tiene.] Ita Rodriguez.

2. Sed non rectè quidem, nam si absit periculum pollutionis, non est peccatum mortale coniugibus delectari morosè de copula cogitata tanquam presenti, dum absentes sunt, quia cum illis non sit peccatum mortale consensus in actum, nec etiam erit in delectationem, & ita sentiunt plures DD. quos supra, & alibi citauimus, quibus nunc addo Maldenium in part. 2. D. Thom. quest. 74. art. 10. dub. 11. Tannerus etiam in part. 2. disp. 4. quest. 8. dub. 7. num. 140. Iacobum Granado vbi infra, & Filiucium tom. 1. tract. 10. c. 9. m. 33; qui citat D. Thomam, Paludanum, Caietanum, Gersonem, Armillam, & Tabienam.

3. Igitur respondendo ad quæstionem in hac resolutione propositam, assero probabiliter cum Sanchez vbi supra, quod quoties copula interdictur coniugibus ob circumstantiam extrinsecam, quæ per se neutrum coniugem arceat ab vfu matrimonij, licita est delectatio appetitus sensitivi de copula cogitata vt presenti, vt si illicita sit copula propter periculum abortus, & salutis. Et ratio est, quia matrimonium non tantùm excusat coitum à culpa, sed etiam morosam delectationem. Ergo cum impedimenta supra dicta opponantur soli copula, vfus solus ille redditur illicitus, & non delectatio. Secundò, in his casibus vfus matrimonij ex se est licitus, sed tantùm ab extrinseco prohibetur ratione charitatis, aut pietatis obligantium præcaueri damnum coniugis, vel prolis, sed his virtutibus non aduersatur delectatio, nam ex illa simile damnus non timetur; ergo non erit prohibita.

4. Et idem dicendum est, quoties est physicum impedimentum ad copulam, vt si impotentia coeundi superueniat matrimonio contracto, vel quando cõcubitus est interdictus ratione alicuius præcepti Ecclesie, vti coniux contrahit affinitatem, seu cognitionem cum altero coniuge, & ratione cuius arceatur à debiti petitione; vel si vterque similiter eam contraxit, quia tale impedimentum est extrinsecum, & arcens à copula in pœnam admissi delicti. Ergo cum res sit pœnalis, non est extendenda ad delectationem.

Sup. hoc supra in Ref. 196. §. vlt. in principio.

Supra, & alibi in Resolutionibus quæ hic sunt supra 195. & 196. & infra in Ref. seq. §. Verum.

tionem, & id quod diximus de delectatione, dicendum esse puto, etiam de tactibus. Et hæc omnia asserit Sanchez *vbi supra*, quem postea sequitur Granada in 1.2. d. *Thoma cont. 6. disp. 5. num. 10.* & Villalobos in *summa, tom. 2. tract. 40. diff. 17. num. 6.* vbi ita ait. [Duda es quando entre los casados no es licito el acto conjugal, porque tienen hecho voto de castidad, ò por falta de salud, ò por otro impedimento, si entonces es licita la delectacion. A lo qual respondo, que si es por voto, en tal caso como el acto es illicito, tambien lo sera la delectacion, como dize Sanchez, mas no quando fuesse el impedimento extrinseco tan solamente, como el mismo dize; y lo mismo sienta, quando por la afinidad que sobreniene al matrimonio, no pueden pedir el debito, porque este es impedimento extrinseco del precepto de la Iglesia, en pena del pecado.] Sic ille; unde apparet non bene Rodriguez dixisse, opinionem Sanchez à morali Theologia alienam esse; est enim probabilissima.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt.

RESOL. CXCIX.

*An delectatio coniugis cum femina aliena, habeat non solum malitiam contra Castitatem, sed etiam contra Iustitiam?*

*Et docetur licitum esse coniugibus delectari de copula maritali, ac si præsens esset, etiam si inde confurgat membri pudendi alteratio, & commotio absque pollutionis periculo?*

*Et aduertitur non esse licitum coniugibus ligatis voto castitatis delectari de copula legitime habita, vel habenda, & hoc etiam procedit, si coniux emisit votum Castitatis absque consensu alterius coniugis, ratione cuius non deobligatur à debiti redditione?*  
Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 1. Rel. 73.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Ref. 100. 101. & 102. §. vlt. pñt mediū. à vers. Sed hæc. & in Ref. 104. cursum in §. Nota vero.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent communiter, vide Bonacinam de *matri. quæst. 4. punct. 8. n. 19.* Et ratio est, quia coniux per matrimonium non solum corpus, sed etiam affectus alteri coniugi obligauit. Ergo si in alteram feminam à sua coniuge inclinatur, iniuriam illi irrogat.

2. Sed hæc ratio non caret difficultate, vt docet Castrus Palaus in *opere morali tom. 1. tract. 2. diff. 2. punct. 10. §. 45. num. 4.* supposita eius sententia affirmante delectationem non accipere malitiam omnè obiecti, sed quatenus ab intellectu voluntati representatur. Cum autem à circumstantia coniugis possit intellectus præscindere, & se ipsum quasi solum considerare, non videtur circumstantiam coniugij posse malitiam tali delectationi tribuere. Quòd autem per coniugium non se coniuges obligauerint ab his delectationibus abstinere, sicuti obligant vouentes castitatem, inde probatur, quia hæc delectationes sunt per se incognitæ alteri coniugi. Ergo non potest ratione illatum iniuriam pati, neque ob illas copula sibi debita. Ergo non sunt contra iustitiam, sed solum contra temperantiam; quod dubitando dictum sit. Hæc omnia Castrus, sed tu ne discedas à prima sententia affirmatiua.

3. Verum, vt alibi diximus, & nunc iterum doceo cum dicto Castrus Palaus *vbi supra, tr. 2. disp. 2. punct. 10. §. 2. num. 17.* licitum est coniugibus delectari de copula maritali habita, vel habenda, ac si præsens esset, modò absit periculum pollutionis, quia hæc delectatio coniugibus est licita, eo quòd principium, & dispositio sic copulæ coniugalis, quæ illis licita est, neque redditur mortalis, etiam si inde confurgat membri pudendi alteratio, & commotio absque pollutionis periculo, quia hæc omnia ad co-

Alibi sup. contento in hoc §. supra in Ref. 195. per totam, & in Ref. 196. §. 2. & in Ref. 198. §. Sed non & lege etiã doctrinam Ref. 197. pro

pulam maritalem de se ordinantur, si tamen proprie eorum delectationem appetantur, et culpa venialis, quia extrahitur à suo fine. Quod verò Silas affirmat in part. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. o. num. 207. mortale esse, si coniuges delectentur de copula maritali imaginaria, & fictam, non probatur, quia parum refert copulam esse fictam, vel veram, si delectatio absolute illis prohibita non est, & non fertur ad obiectum formaliter malum. Ita Castrus loco citato, cui addit quæ in part. 2. disp. 113. cap. 2. Layman, Sanchez, & dam Theologastrum citati.

4. Nota tamen non esse licitum coniugibus ligatis voto castitatis delectari de copula legitime habita, vel habenda, quia licet obiectum bonum sit, at delectatio bona non est, quia aduersatur voto castitatis, quod prohibet omnem delectationem sensibilem veneream. Ita Basilius Pontius de *mari. lib. 10. c. 16. §. 2. n. 12.* Sanchez, Valq. & alij, quæ opinio procedit aduersus aliquos penes Coninch de *Sacram. vbi supra, n. 109.* etiam si coniux emisit votum castitatis absque consensu alterius coniugis, ratione cuius non deobligatur à debiti redditione. Ita Lessius lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 106. Valq. disp. 113. cap. 2. & alij.

RESOL. CC.

*An coniuges vtentes copula causa voluptatis peccent venialiter?*

*Et notatur non esse peccatum veniale conseruare matrimonium ob pulchritudinem, vel diuitias?*  
part. 3. tr. 4. Ref. 13. alias 216.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Sanch. de *matri. tom. 3. lib. 9. disp. 11. n. 4.* Bonacina de *mari. quæst. 4. punct. 6. num. 7.* & alij penes ipsos.

2. Sed ego puto probabiliter non esse peccatum veniale cognoscere vxorem causa voluptatis, & hanc opinionem probabilem putat Veracrus in *speculo, part. 3. art. 16. concl. 2.* & docent Ioan. Sanctius in *selectis, disp. 23. n. 25.* & Basilius Pontius de *matri. lib. 1. cap. 21. num. 6. & 7.* & ex veteribus Maior in 4. sent. *dist. 31. quæst. unica, concl. 7.* & Almainus in 4. sent. *dist. 26. quæst. 1. in fine.*

3. Notandum est etiam contra Sanchez lib. 2. *disp. 29. quæst. 3. num. 11.* non esse neque peccatum veniale contrahere matrimonium ob pulchritudinem, vel diuitias. Et ita docet Pontius *vbi supra, num. 13.* cum Soto in 4. *dist. 20. quæst. 1. art. 1. concl. 3.* & Maiore in 4. *dist. 26. quæst. 3. concl. 1. & 2.*

RESOL. CCI.

*An copula coniugalis iniura propter dilectionem inducat peccatum veniale?*

*Et sequitur quod qui reddit debitum postulanti illud ex sola voluptate, an similiter peccet?*

*Ex quibus colligitur coniugatos peccare venialiter, quando cibis calidis, aut tinguentis, oleis, melle, & alijs medicamentis vniuntur ad excitandum, & magis accendendam voluptatem?*

*Et notatur copulam inter coniugatos esse sanctam tuendam, & vel conseruandam non includere culpam venialem, &c?*

*Et an actus coniugalis factus solum ad euadendam continentiam eius, qui petiti debentem, seu propriam fornicationem vitandam, sui culpa venialis?*

*Et quid in casu, quo petens debitum carnis mollescit non*

ANTON  
Opera  
Tom. 1. & 2.  
E III

vexetur, si satis sit probabiliter timere vexandum fore?

Et an si vir causa delectationis peccati debitum cum suis variatione: peccet seemina venialiter reddendo, aut an absolute possit negare? Ex part. II. tract. 2. & Misc. 2. Ref. 4. 1.

Sup. hoc in Ref. nos. seq.

§. 1. **C**ausa potest frequenter accidere, & ad illum, respondere quod talis copula potest dupliciter considerari, & secundum se, & ratione circumstantiarum; Ideo quæro an considerata ex sui natura inducat peccatum veniale? Et affirmatiue respondet Nicolaus Ysambert Professor Regius Sacre Theologie in inclita Academia Parisiensi tom. 3. in 2. part. D. Thom. de Sacram. matrim. disp. 11. art. 6. n. 7. vbi sic ait, Ad auctoritatem Sancti Augustini explicantis prædictam particulam, prout significat condonationem alicuius culpæ: Respondetur cum istis locis agere de actu coniugali, vt tantum exercetur ex solo motiuo voluptatis, & ad id accommodare prædictum locum Apostoli; nam talem esse peccatum veniale docet S. Augustinus expressè lib. de bono coniugali cap. 6. & Sanctus Gregorius respons. 10. ad interrogaciones Sancti Augustini, & refertur 33. causa quæst. 4. cap. Vir cum propria coniuge dormiens. Ratio est, vbi in exercendo actu ex se bono, & licito, ordo ei debitus subvertitur, & solum, vel saltem primò, intenditur quod ei est annexum, non autem bonum eius, & finis, tunc est aliquod peccatum, saltem veniale, vt potest facile intelligi facta inductione: at qui dum actus coniugalis exercetur ob solam delectationem, vel principaliter, tunc debitus ordo inuertitur, quia ille primò debet exerceri ob aliquem ex suis finibus, cuiusmodi non est voluptas, cum sit bonum tantum delectabile, & non honestum, quod tamen solum est finis actionis humanæ; & voluptas, seu delectatio est tantum aliquid annexum actui coniugali, non autem finis eius: igitur actus coniugalis ex tali intentione exercitus, est aliquod peccatum, scilicet veniale. Vnde quia Sanctus Augustinus huic doctrinæ accommodat citatum textum Sancti Pauli, ideò hanc eius particulam, secundum indulgentiam, vel secundum veniam, explicat prout importat condonationem, & remissionem culpæ venialis.

2. Quod autem ibi Sanctus Augustinus loquatur de actu coniugali ex sola voluptate exercito, patet eo, quod citato capite decimo libro de bono coniugali, dicat talem actum concedi tantum libidini, & citato capite 38. de peccato originali, dicat tunc esse peccatum veniale iuxta Apostolum 1. ad Corinthios 7. quando coniuges lasciuendi voluptate exsaturanda libidini inseruimus, & cap. 78. Enchiridij, dicit actum illum fieri carnalis voluptatis causa; quæ omnes loquendi formulæ satis indicant eum loqui tantum de actu coniugali, vt ex sola intentione voluptatis accipiendæ exercitio, & ad id citatum locum Sancti Pauli accommodare.

3. Neque (vt id obiter soluamus) hinc sequitur alterum coniugem qui reddit debitum postulanti illud ex sola voluptate, similiter peccare, quia sic tantum cooperatur actui ex sua natura licito coniugatis, & ad quem alteri reddendum tenetur non autem cooperatur malæ intentioni alterius, sed supposita petitione debiti cooperatur copulæ, quæ non tantum est licita, sed etiam postulanti debita, & ordinatio illa ad solam voluptatem est tantum ab vno coniuge & non ab altero; ideòque solus ille peccat venialiter. Hucusque Ysambert, cui adde præter Sanchez, & Bonacinà à me vbi infra citatos, Hermannum Busenbaum in Medulla Theologia moralis lib. 6.

tract. 6. cap. 2. dubitat. 2. §. 1. numero 4. Montesium in part. 2. D. Thoma tom. 1. disp. 12. §. 3. n. 3. Coninch, de Sacram. matrim. disp. 34. num. 12. Ochaguiam de Sacram. matrim. tract. 1. §. 2. n. 5. Mourin in Examin. Theolog. moral. part. 3. cap. 20. §. 1. n. 6. Fagundez in Decal. 10. 2. lib. 6. c. 3. n. 3. & alios penes ipsos.

4. Hæc sententia est satis probabilis, sed probabilem etiam existimo negatiuam, quam breuiter olim docui in 3. part. tract. 4. refut. 116. & præter Basilium Pontium, Sancium, & alios, quos ibi adduxi, nunc iterum illam doceo contra quosdam infucios calumniatores cum Ioanne Pontio in Cursu Theologia, disp. 49. quæst. 2. conclus. 3. num. 10. vbi sic asserit; Sed non video profus, cur coniuges non possint coire ob voluptatem solam, quando inde non sequeretur præiudicium generationis, aut alicuius alterius obligationis.

5. Dices cum Ysamberto, quando in exercendo actu ex se bono, & licito, ordo ei debitus subvertitur, & solum, vel saltem primò intenditur, quod est ei annexum; non autem bonum eius, & finis, tunc committitur peccatum aliquod, saltem veniale: atque id fit, quando actus coniugalis exercetur ob solam delectationem; quia delectatio est aliquid annexum ipsi, non verò finis eius.

6. Respondeo primò, negando voluptatem non esse finem aliquem copulæ maritalis.

7. Respondeo secundò negando maiorem quando non tenetur quis intendere finem principalem ipsius, nec prohibetur ipsi illud, quod est annexum; quando enim quis non tenetur ad intendendum finem alicuius actus, certè non tenetur allicere actum ad illum finem; nec vllus est actus, qui non possit haberi ob motiuum quodecumque non prohibitum absque peccato: non tenetur autem coniugatus hic, & nunc intendere generationem proles, nec prohibetur ipsi agere ob delectationem aliàs non prohibitam, qualis est delectatio orta ex copula maritali per se: ergo non inordinatè, nec peccaminosè agit habendo talem copulam.

8. Confirmatur hoc; quia vel procurare sibi bonum delectabile non prohibitum, est honestum vel non est. Si sit honestum, ergo honestum est habere copulam maritalem, quoties non prohibetur, etiam si nihil aliud præterea intendatur, nisi quando aliquis aliis finis debet ex præcepto intendi. Si non sit honestum, non erit inhonestum, quia nequit ostendi, ex quo capite esset inhonestum: ergo erit indifferens, & consequenter non erit peccaminosum.

9. Confirmatur secundò, quia aliàs peccarent coniuges quoties coirent, quando certi sunt, quod coitus non possit conducere ad generationem, vt sæpissimè cognoscunt, & sic male facerent qui matrimonium ineant in ea ætate, in qua non possunt ad generationem concurrere; cum tamen determinent coire: quod sine sufficienti causa dicendum non est.

10. Itaque, vel Augustinus debet intelligi de peccato, id est de defectu consistente in minoris boni electione, vel concedendum est, quod ita existimauerit; sed tamen non propterea, ita teneri debet; quia fundamenta oppositæ sententiæ præponderant ipsius auctoritati. Et eodem modo respondendum est ad auctoritatem Gregorij in responsione ad interrogaciones Sancti Augustini, vt refertur causa 33. q. 4. cap. Vir cum propria coniuge. Hucusque Pontius.

11. Et hanc sententiam latè probat doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez de Marr. disp. 18. sect. 7. num. 9. Ratio est, quia si in tali delectatione ex se esset culpa venialis, etiam minima, actus coniugij ex se habens illam delectationem sibi an-

DEXAM,

Quæ hic est Ref. antecedens, & in Ref. seq. §. Quarto secundo.

nexam, nullo pacto licitus esse posset. Unde similiter nec potuisset esse licitus contractus matrimonij ordinatus ad prædictum actum coniugalem propter generationem proles, cum nulla possit esse obligatio ad culpam venialem; ergo dicta delectatio, & voluptas carnalis ex se vere est licita, sicut & actus coniugij. Igitur per se licitum est contrahere gratia voluptatis ipsi actui coniugali annexæ. Firmo, quia sicut in natura rationali est appetitus honestus ad cibum quo vita conservatur, ita etiam est appetitus moderatus ad generationem, per quam ipsa natura multiplicatur, & sicut ut avidius appetatur cibus, natura addidit in cibo delectationem, ita ut avidius quoque appetatur generatio, addidit quoque eadem natura delectationem; est enim voluptas, & delectatio condimentum operationum, ut dixit Aristoteles 10. *Ethicor. cap. 4.* Ergo sicut licitum est ex se intendere delectationem illam, quæ est in cibo, ut avidius cibus appetatur, & eo sine cibum sumere; ita licitum est ex se contrahentes matrimonium intendere delectationem illam, quæ est annexa generationi, & propter illam capiendam inire matrimonium, & actum coniugalem exercere. Quæ enim disparitas assignari potest, servata moderata delectatione in utroque appetitu, & utraque operatione? Ita Perez; qui postea respondet ad argumenta contraria adducta à Sanchez, & aliis Aduersariis. Vide etiam Aggidium Trullench de *Sacram. l. 7. cap. 11. dub. 1.* & Gasparem Hurtadum de *matrim.*

12. Ita ex superius dictis apparet, copulam ininitam propter delectationem non inducere culpam venialem, quod intelligendum est secundum se, & considerata ex sui natura. Non nego tamen copulam ininitam ex voluntate, per accidens, & natura circumstantiarum (moraliter loquendo) posse sæpe culpam venialem continere; & ideo Martinus Perez, ubi supra, cum nostram sententiam docuerit, potest ea *disp. 49. sess. 2. num. 5.* sic asseruit; Dico tertio actum coniugalem exercitum solum ob capiendam delectationem carnalem ipsi actui annexam, ut avidius appetatur ob conseruationem speciei, esse immunem à culpa adhuc veniali, quia nimirum dicta delectatio, seu voluptas verè est licita, sicut & actus ipse.

13. Dico vltimò, nihilominus moraliter loquendo ferè semper esse excessum in tali actu, & venialem culpam. Unde rarò accidit sine peccato veniali exerceri actum coniugalem. Ita communiter Sancti Patres, & Doctores. Ratio est, vehementia voluptatis in exercitio talis actus, nimius voluptatis excessus, qui in eo actu procuratur à coniugibus; ergo moraliter loquendo ferè semper est excessus in tali actu, & venialis culpa. Unde colligo, coniugatos venialiter peccare, quando cibus calidis, aut vnguentis, oleis, musco, & aliis medicamentis vtuntur ad exercitandam, & accendendam magis voluntatem: quoniam hæc intemperantia voluptatis est, & veniale peccatum. Ita ille, & ego.

14. Et ita hanc sententiam docet etiam Martinus de Sancto Ioseph *Mon. Confessar. to. 1. lib. 11. tr. 49. de matri. n. 9.* & Leander de *Sacram. to. 2. tr. 9. disp. 25. q. 17.* asserentes, quod licet actus coniugalis, solù delectationis gratia habitus ex genere suo, siue per se, non sit peccatum aliquod; tamen per accidens, & ut plurimum, siue moraliter loquendo, peccatum, sit, sed veniale tantum.

15. Sed ego sententiam horum Doctorem admitto, quando copula inita fuerit cum nimia, & extraordinaria voluptate, secus autem si copula ob voluptatem inde capiendam si nimia non sit, ut bene aduertit Castrus Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 3. num. 3.* non enim rationi dissonum est velle delectationem

annexam copula coniugali, quæ ex se actus est iustitia, nec aliter puto docere Leandrum, & Perez, entiendo se quando se busca de maldado deleye, que obra, que on si es licita, y le ordeno de la natura por la necesidad del fin honesto. ]

16. Nota hic obiter primò contra Balmesem, ubi supra, n. 8. Silium in 3. part. 949. artic. 6. *conf. 5.* Sotum in 4. *disp. 3. quest. unica art. 4.* Ledesma de *matrim. q. 49. art. 5. dub. 4.* & alios, copulam ininitam ob sanitatem tuendam vel conseruandam, non includere culpam venialem, etiam si actualiter nec prole, nec vitatio fornicationis intendatur. Et ita docet Martinus Perez, ubi supra, n. 4. Dico igitur vitam coniugalem ob sanitatē corporealem, vel ob quævis alium finem extrinsecum honestum, esse etiam licitum. Ita Doctores præcedentis dicti: Et ratio eadem est, Quia finis non est malus, sed licitus, scilicet restitutio, aut conseruatio sanitatis; medium etiam est licitum, scilicet actus coniugalis; & etiam conueniens ad eum effectum, ut Medici docent. Non igitur est vnde malitia derinetur. Quòd enim alio etiam medio possit vti ad conseruandam sanitatē, illamque tuendam, vel restaurandam, non conuenit culpam venialem, quia satis est vti medio ex se licito, & aliis conuenientibus. Neque etiam vlla est, neque ostendi potest inordinatio in eo, quòd quis relinquit proprio fine operis, id assumat ad alium finem honestum, ad quem habet proportionem, & conuenientiam. Unde etiam est licitus vltus coniugalis, etiam si qui ob paupertatem, vel ob alium licitum finem vellet inefficaciter non sequi prolem ex honesto fine. Quia bonitas, vel malus effectus inefficacis voluntatis ex motu penlanda est. Unde hæc sententiam me citato tenet etiam Leander *to. 2. tr. 9. q. 16.* & alij penes ipsum.

17. Sed quid dicendam, an actus coniugalis factus solum ad vitandam incontinentiam eius qui petit debitum, seu ob propriam fornicationem vitandam, sit culpa venialis? Affirmat Syllus, ubi supra. Affirmant similiter alij, licet non absolute, sed sub distinctione hæc; Dicunt enim, tunc est culpam venialem accedere ad coniugem vitandæ fornicationis causa, quando potest alius medius ab incontinentia abstinere, aut fornicationem in se ipso vitare; minime verò esse, quando adhibitis aliis mediis nequit stimulos carnis sedare. Ita Petrus de Ledesma ubi supra, *dub. 3.* & alij.

18. Sed ego puto absolute, talem actum nullo modo esse peccaminosum, sed licitum, & honestum. Primò, quia sic colligitur ex illis verbis Apostoli 1. ad Corinth. 7. *propter fornicationem vniquisque viderem suam habeat.* Secundò, quia vltus coniugalis, supposito lapsu naturæ humane, ordinatur ex natura sua in remedium propriæ concupiscentiæ, quamuis minus principaliter quam proles generationem; ergo in dicto vsu coniugali, ob eum finem factum, nulla erit deordinatio. Quòd autem alius medius perfectionibus possit quis mederi concupiscentiæ, parum refert, ut me citato firmat Leander *tom. 2. tr. 9. disp. 25. & Castrus Palaus to. 5. d. 3. punct. 3. num. 3.*

19. Imò Ioannes Sancius in *Selict. disp. 23. num. 24.* addit, nostram sententiam esse veram, etiam casu quo petens debitum, carnis molestiis non vexetur, quia satis est probabiliter timere vexandam fore. Et quidem si licitum est, & rationi rectæ consonum coniugali copula vti in conseruationem speciei, cur non licebit ea vti ob conseruationem proprii indiuidui, cum ad huius conseruationem secundario saltem referatur?

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

Sup. hoc supra in Ref. 180. & in Ref. 185. Nota hic. & in to. 1. tr. 7. Ref. 99. à lin. 2. vique in finem.

20. Et tandem non deseram hic apponere casum, quem ponit doctissimus, & amantissimus pater Escobar in 2. edit. *Tholog. mor. lib. 7. Examin. 9. cap. 9. num. 201.* ubi sic ait; Postulat cum veniali culpa vit, quia iusta causa non adest, à coniuge debitum cum situs variatione, causa scilicet voluptatis; rogo, num reddendo, venialiter etiam peccet fornicat aut absolute possit abnegare? Henriquez docet abnegare sub veniali debere. Ego cum Sancio iudico teneri ad reddendum; debet enim præsumere aliam subesse causam. Quod si sciat nullam esse præter delectationem, adhuc existimo posse sine veniali reddere, imò debere; quia etsi immoderata illa voluptas maritum ad veniale afferat, debet femina præsumere illam maiorem voluptatem coniugij strictiorem dilectionem coniugij conciliare. Ita ille, & ego.

RESOL. CCII.

Aligua notabilia circa copulam coniugalem?

Primo, an incitantes amantes ad copulam peccent mortaliter?

Et quomodo teneantur hanc circumstantiam confiteri?

Et quid maxime de incitante amentem habentem votum castitatis?

Secundo, an copula inita inter coniuges causa voluptatis sit peccatum veniale?

Ex quo inferitur posse coniuges inchoare copulam delectationis causa, & postea eam non absolvere, dummodo non subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit?

Tertio, an quando aliquis accedit ad suam vxorem imaginatur in animam pulchram, quo ardentius actum coniugalem exerceat, peccet mortaliter?

Idem iudicium est de aspectu pueri in illum finem?

Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 35.

Sup. hoc infra in Ref. 210. §. penult. ad medium. ver. Quo argumento.

§ 1. Qværo primò, an incitantes amantes ad copulam, peccent; & quomodo teneantur hanc circumstantiam confiteri? Sanchez *lib. 1. disp. 8. num. 6.* ait peccare mortaliter eos, qui duos amantes non coniugatos ad copulam incitant, vt cum multis docet n. 6. & infert eum Ledesma, eos quibus amentium cura demandata est, curare debere ne congregentur; perinde atque tenentur ne alia mala inferant. Et addit; eos, qui ita copularent prædictos amantes, aperire debere in confessione easdem circumstantias, quæ fatendæ essent ea copula habita inter personas mentis compostes, quia talis circumstantia volita est à copulantibus illos amantes.

2. Sed hoc vltimum vt rectè obseruat Dicastillus, de *Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 4. num. 40.* quamuis probabilissimum, & fortalsè verum, & in praxi ita seruandum, suam habet difficultatem pro omnibus casibus absque vlla distinctione loquendo, quamuis enim in plerisque verissimum sit, vt si aliquis amentium coniugatus sit, in quo casu sic incitans est causa iniustitiæ commissa contra coniugem alterum; in aliis tamen casibus, v. g. voti emissi ab illo amante seruandi castitatem, quando erat sui compos; non video qua ratione tam certum sit sic incitantem amentem habentem votum, peccare peccato sacrilegij contra votum castitatis, quod amens olim prudens emiserat: Nam licet demus doctrinam generalem, scilicet eum, qui mouet, aut incitat alium ad aliquod peccati genus, peccare eodem genere peccati cum eo, qui sic incitatus, peccat, saltem malitia secundaria: quatenus præceptum obligans aliquem ad aliquid faciendum, vel

Tom. 11.

omittendum ex natura rei obligat ceteros, vt non horrentur, aut incitent illum ad contraueniendum tali præcepto; quamuis hoc ita esse generaliter fateamur; tamen in nostro casu, ille qui incitat amentem habentem votum castitatis ad copulam non est causa, vt amens frangat votum, neque vt amens peccet contra illud, sitque infidelis Deo, & sacrilegus, quia nihil tale committit in illo actu, ergo non peccat eo genere peccati, quo peccaret; si amens ille fuisset sui compos. Imò si rectè expendamus, nec malitia secundaria fornicationis intra genus intemperantiæ peccat, quicumque incitat amantes ad copulam, quia non est causa vt illi sint intemperantes, & venerei, tales enim non sunt in eo actu. Solum ergo peccat sic incitans, quia incitat ad actum, quem nature leges non permittunt in natura rationali, nisi inter coniuges & sui compos, id est non amantes, quorum saltem alter possit seruire ad rectam prolis educationem. Et hæc omnia docet Dicastillus *ubi supra*, cui etiam ego adhareo.

3. Qværo secundo, An copula inita solum inter coniuges causa voluptatis sit peccatum veniale? Negatiuam sententiam tanquam probabilem olim docui, quod omnino negauit quidam Theologus, sed pro probabilitate dictæ opinionis ego postea plures adduxi, & idè ipsimet Doctores, qui contra me in dicta copula culpam venialem agnoscunt, fatentur tamen & admittunt nostram opinionem esse probabilem, & idè Martinus de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 50. de Matrim. num. 9.* sic ait: [Muy probable es la opinion de los que afirman, que no es peccado alguno tener el acto conjugal por la delectacion que se siente en el, como no se excluyan los demas fides principales; porque el tal deleyte se consigue del acto, que de su genero es licito. Sic Diana 3. part. tract. 4. resol. 216. qui citat alios. Peto à la verdad me parece mas probable, que buscando este fin con demasido deleyte, serà peccado venial, porque se peruierte el orden deuido: y porque el bien deleytable, que pide la naturaleza sensitua, no puede ser buen fin de las obras humanas, sino solamente el bien honesto, que es conforme à la naturaleza rational, & finis actus semper attendi debet & expectari, *lib. diximus ff. de excusat. tutor.*] Ita Martinus.

4. Et nouissimè idem docet Dicastillus de *Sacrament. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 2. num. 14.* Sic asserens: Addunt vltèrius, & satis probabiliter Basilius, Perez, Almanus *suprà*, & Maior *conclus. 7. actum* coniugij exercitum solum ob delectationem carnalem capiendam ipsi actui annexam, vt ea rationè auidius appetatur ad conseruandam speciem nullo modo esse illicitum, adhuc veniale; quod etiam probabile putat Veracrux 3. part. *speculi*, quia delectatio, seu voluptas illa verè illicita perinde atque actus ipse. Ita Diana cum aliis 3. part. *tract. 4. ref. 216.*

5. Nihilominus probabilis est non carere culpa, maxime si fiat ob nimiam illam delectationem, & solum ex desiderio illius. Vnde Augustinus de *bono coniugali cap. 6.* dixit: Coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentiæ verò satiandæ venialem habet culpam, si quis tamen intendat quidem delectationem, non vt in illa sistat; sed vt ea ratione actus cum maiori delectatione exercitus, magis apte fiat, & plene in ordine ad generationem, non video esse culpam; sicut, quamuis in cibo intendere merè delectationem veniale peccatum sit, eam tamen inven-

Q q deis

Sup. hoc latèssimè in duabus Ref. præcedentibus.

Que hic est supra Ref. 200.

dere, ut ea ratione magis profit, meliusque nutriatur natura, iuxta illud delitiosorum hominum axioma; quod sapit, nutrit: nullum est peccatum. Et in hoc sensu in nostro casu admittenda est doctrina prædictorum Auctorum. Hucusque Dicastillas.

6. Dicendum est igitur, nostram opinionem contra dictum Theologum, esse etiam secundum mentem aduersariorum satis probabilem, licet contrariam, probabiliorem, & communiorem simul cum ipsis ego existimem.

Sup. hoc inf. in Ref. 205, 206, 209, & 215. §. vi. & in Ref. 187. §. Nota etiã.

7. Et ex his inferitur contra Ludouicum de Sanluan in sum. art. 6. q. 25. de matrim. diffic. 3. fol. 995. & alios, quos adducit, & impugnat Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 25. quest. 42. posse coniuges inchoare copulam delectationis causa, & postea eam non abfoluere, dummodo nec subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit. Quia copula absque seminatione reputatur instar tactuum partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo, liciti, & permitti sunt: sicut ergo tactus, etiam si ex natura sua ordinentur ad actum, liciti sunt, quamuis non sit ultra progressus; sic & erit inchoata copula.

Quoad hoc in tom. 1. tr. 7. lege doctrinam ref. 102. & si placet alia, eius vlt. not.

8. Quæro tertio, quid sentiendum de illa doctrina Ioannis Præpositi in 3. part. D. Thom. 2. quest. 6. de bono matrim. dub. 23. num. 173. vbi sic ait: Ex his patet quid dicendum, quando aliquis accedens ad suam, imaginatur fœminam pulchram, quod ardentius actum conjugalem exerceat. Si enim ita imaginetur aliam pulchram, ut animum pascat, perinde ac si rem cum illa haberet, & mortaliter peccat voluntarie sese delectando cum aliena, immo ita se gerens, ac si rem cum illa haberet: si vero hæc imaginatio solum subserviat, ut ardentius feratur in vxorem, ibi sistendo, id solum est peccatum veniale.

Sup. hoc in ref. not præterita, §. 2.

9. Idem iudicium est de aspectu picture in illum finem, licet propter periculum mentalis adulterij id planè sit dissuadendum, & in hominibus carnalibus fortè rarè abfit peccatum mortale: cum hi actum exercentes ex tali imaginatione facillè ferantur cæco impetu in aliquam, cupientes eidem adherere, quamuis non esset sua, cupiantque rem habere cum ea, quam imaginatione sibi repræsentant. Ita Præpositus. Sed ego hæc omnia puto satis periculosa, & in praxi omnino fugienda, neque vilo prætextu admittenda.

### RESOL. CCIII.

An coniuges peccent etiam venialiter, si actum matrimonialem exercent causa vitanda fornicationis? Ex quo cursum inferitur, quod qui matrimonium inuenit causa vitanda fornicationis, siue sint senes, siue iuvenes, non peccare venialiter. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 218. alias 219.

Sup. hoc supra in Ref. 201. §. Sed quid.

§. 1. **A**firmatiuè respondet D. Thomas in 4. diff. 31. q. 62. art. 2. ad 2. Bonauentura ibid. q. 2. art. 2. D. Augustinus lib. 1. de nupt. cap. 14. Gregorius lib. 3. moral. c. 20. & ex Neoterico Franciscus Syluius in addit. ad 3. part. q. 49. art. 6. concl. 4. Ratio est, quia talis coniux aliquo modo obsequitur libidini, quamuis eam coerceat intra limites matrimonij: & cum exigit debitum non causa prolis, desunt ea bona quibus actus matrimonialis honestetur, scilicet fides ex parte, & proles. Ergo, &c.

2. Sed negatiuam sententiam, & meritò sustinent Durandus in 4. diff. 31. q. 4. Paludanus q. 2. art. 3.

Maior q. vnic. concl. 4. Nauarrus cap. 16. n. 32. Philargus de offic. sacer. tom. 3. part. 2. lib. 4. cap. 19. Coniugium, num. 5. & alij, quia matrimonium post lapsum hominis in peccatum ordinatum est etiam in remedium concupiscentiæ, quæ omnia ita vera existimant, ut mihi non placeat limitatio, quam adhibet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disput. 9. num. 4. Paludanus in 4. diff. 31. quest. 2. art. 2. D. Antonius 3. part. in 1. cap. 20. §. 11. Veraciter in speculo 3. part. art. 16. concl. 1. uterque opinionem supradictam esse amplectendam, quod alia remedia carnis coercendæ coniugij non sufficere videntur. Nam vt optimè docent Coniugium num. 9. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 2. cur necesse erit noua remedia præferre, quando ad hoc medium conjugalis vius bonum est ad eum etiam finem à Deo ordinatum, & ab Apollolo 1. Cor. 7. commendatum? Profecò valde anxi reddentur coniuges, præsertim qui sine spe proles copulantur, si examine debeant non aliis modis, v. g. ieiuniis, aliisque carnis afflictionibus continentie suæ mederi possint. Ita Layman.

3. Ex his infero contra Syluium obis sup. in fin. quod qui matrimonium inuenit causa vitandæ fornicationis, siue sint senes, siue iuvenes, non peccare venialiter, licet ipse contrarium non bene aliat.

### RESOL. CCIV.

An coniuges peccent venialiter, si exercent actum conjugalem causa valetudinis conservandæ? Et quid, si occurrit aliud medium accommodatum pro conservanda valetudine? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 217. alias 218.

§. 1. **A**firmatiuè responder D. Thomas in 4. diff. 31. art. 2. ad 4. & in supplement. 3. q. 49. art. 5. ad 4. & Paludanus in 4. diff. 31. quest. 2. art. 3. D. Antonius 3. part. tit. 1. cap. 20. §. 11. Ledema q. 49. art. 5. dub. 4. & nouissimè Franciscus Syluius in 3. p. q. 49. art. 6. concl. 5. vbi sic asserit. Qui exercent actum conjugalem causa valetudinis, venialiter peccant, quia licet finis intentus sit bonus, & medium quod eligunt sit licitum, non est tamen proportio mediij ad finem: actus enim conjugalis non est delectationis ad sanitatem corporalem, sed ad generationem.

2. His tamen non obstantibus contrarium sententiam probabilem etiam esse puto, quam tenent Major in 4. diff. 32. q. vnic. §. bis præmissis, concl. 5. Coniugium de Sacram. diff. 34. dub. 1. num. 10. Emanuel Sa. ver. debitum, num. 5. Layman in Theol. mor. lib. 5. part. 2. cap. 4. num. 3. & alij, quia cum matrimonium præcipue institutum sit ad propagationem speciei, videtur etiam secundario institutum esse ad conseruationem individui, species enim nisi saluis individuis propagari non potest. Ergo, &c.

3. Vnde non mihi placet limitatio Fillicij tom. 2. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 31. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 9. disput. 10. num. 3. Henriquez lib. 11. r. 13. num. 5. nempe nostram sententiam tunc esse veram, quando non occurrit aliud medium accommodatum pro conseruanda valetudine. Dicendum est etiam absolutè, vsum matrimonij esse licitum, etiam si pro tuenda valetudine alia media proportionata occurrerent: nam in tali casu nulla potest ostendi inordinatio cum coniux utatur re in se non mala ad effectum honestum, ad quem naturaliter est proportionata.

RESOL.



incipere copulam cum uxore in vase legitimo, & non effundere? Ex part. 3, tr. 6. & Misc. 2. Refol. 94.

RESOL. CCV.

An coniuges etiam sine peccato veniali, ne seminatō nocent saluti, vel ob aliam instam causam possint copulam copulam abrumperē?

Et an hoc non sit peccatum mortale, si coniuges etiam consentiant?

Et an cessante in utroque coniuge pollutionis periculo, non peccet maritus mortaliter, si ceptam copulam ante seminationem abrumpat, ne proles generetur, modo id faciat uxore consentiente, aut non rationaliter inuita, dummodo mulier etiam non seminet, alioquin maritus seminare debet, ne alterius semen frustra effundatur.

Et notatur, cum, qui versatur in ipso actu fornicario, teneri se retrahere ante spermatismum, etiam si complex iam seminet: imo etiam si ex vi prioris commotionis post retractionem esset futura seminatō extra vas. Ex p. 3, tr. 4. Ref. 226. aliis 227.

§. 1. Hoc non esse peccatum mortale contra Syluestrum verb. debitum. q. 7. & alios, si coniuges consentiant, alibi notauimus, & docent etiam Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 2. de sa. r. ma. tr. 9. 3. dub. 6. concl. 3. Paludanus in 4. dist. 3. 1. q. 3. art. 2. cas. 5. D. Antonius p. 3. tit. 1. c. 2. §. 6. Caiet. in 2. 2. q. 154. art. 1. §. ad 2. verò casum Sa verb. debitum, n. 17. Armillanum. 9. & alij.

2. Difficultas est in casu proposito, an ad sit culpa venialis, & negatiuam sententiam docet Layman in Theol. mor. lib. 3. sent. 4. n. 19. vbi sic asserit Communiter notant Doctores, cessante in utroque coniuge pollutionis periculo, non peccare maritū mortaliter si ceptā copulam ante seminationem abrumpat, ne proles generetur, modo id faciat uxore consentiente, aut non rationaliter inuita. Imo si iusta causa ad sit impediendi seminationem, v. g. ob paupertatem, ac multitudinem proles, & nihilominus concubandi ad sedandam concupiscentiam, omnem culpam abesse, si mutuis consensus accedat, dummodo etiam mulier non seminet, alioquin etiam maritus ordinariē seminare debet, ne alterius semen frustra effundatur. Ita Layman, & ante illum Sanchez tom. 3. lib. 9. disp. 19. n. 3. ita asserens. Vbi causa iusta esset, v. g. ne seminatō nocent saluti, vel coniuges sunt pauperes, & prole abundant, quam non sunt alendo, & habeant similem copulam sine seminatōnis periculo, quo concupiscentiam sedent, nullam inuenio culpam. Ita ille: vnde non erunt damnandi etiam de culpa veniali coniuges infirmi, qui ad sedandam concupiscentiam inciperent copulam, & voluntarie illam minime perficerent, & hic casus frequenter potest accidere.

3. Notandum est tamen hic obiter eum qui versatur in ipso actu fornicario, teneri se retrahere ante spermatismum, etiam si complex iam seminat, imo etiam si ex vi prioris commotionis post retractionem esset futura seminatō extra vas. Et ratio est, quia omni momento teneretur opus partū abrumperē. Nec refert, quod inde sequatur aliud incommodum quod sit contra naturam generationis, quia illud per accidens, & prater intentionem obuenit. Et ita docet Lessius lib. 2. c. 3. dub. 6. n. 5. & Sanchez lib. 9. disp. 19. n. 7. licet ipsi contrariam sententiam probabilem esse existimant, sed mihi non placet.

RESOL. CCVI.

An vir debilis, vel infirmus possit sine peccato mortali Tom. 11.

Sup. hoc in Ref. praterita, & in aliis eius not. p. 11. m. z.

§. 1. Negatiuam sententiam puto probabiliorem esse per ea quæ adducit Ludouicus de Sancto Iuan in summ. tom. 1. q. 3. art. 3. diffic. 5. dub. 1. vbi tamen notat sententiam affirmatiuam esse probabilem. [Porque la copula carnal, y el matrimonio no solamente se ordena à la generacion, mas tambien para remedio de la concupiscentia humana propria, y de la muger: luego la tal copula no sera illicita tenida para este fin, ò a lo menos no sera mortal. Secundo entre los casados no son pecado mortal los tocamientos por feos que sean, siqwen la sententia de muchos, luego la tal copula no sera mortal entre los casados, porque entonces tan solamente tendrà razon de tocamiento feo. Por estas y otras razones no tengo por improbable esta sententia.] Ita ille, qui licet postea ad supradicta argumenta respondeat, tamen vt visum est, affirmatiuam sententiam probabilem esse putat. Sed de hac questione à nobis alibi fufius actum est.

RESOL. CCVII.

Quidam inchoabat copulam cum uxore, & postea ob morbi periculum ex eius consensu se retraherat, verum ex hoc aliquando sequebatur pollutio, quæstio: an me fuit an talis actus esset licitus?

Et an non peccet de nouo qui inchoata fornicatione cum aliqua se retrahat antequam seminet, quamuis propter naturæ impetū semen sit emittendum extra vas naturale; & in eo casu teneatur se retrahere, quia omni tempore ante completam fornicationem tenetur desistere, & eam non consummare: vnde in eo casu pollutio non censetur voluta, sed permissa.

Et quid in isto vltimo casu, si femina iam seminauerit, an hoc non obstante non tollat obligationem seminandi; & consummandi actum malum, quantum est ex parte alterius?

Et an peccent coniuges, qui in signum matrimony coniugalis se amplectuntur, si prouideatur sequutura pollutio?

Et ex supradictis pendet decisio multorum casuum circa pollutionem euenientem etiam in vigilia, &c.

Et tandem queritur, an liceat præbere medicinam ad corrumpendum semen, vt postea possit eiici? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 37.

§. 1. Respondi affirmatiuè; quia non est peccatum dare operam rei licitæ, & actioni honestæ, quamuis prouideatur sequutura pollutio; dummodo absit periculum consensus, vt erat in casu de quo interrogatus fui: quia tunc pollutio non est in se voluta, vt supponitur, neque dici potest voluta in causa, quia non tencor illam actionem omittere, ne sequatur pollutio, stante iusta causa. Ergo, &c.

2. Notandum est tamen causam non debere esse necessariam, aut valde vrgentem ad excusandas prædictas pollutiones etiam à veniali: nam si requireretur causa valde vrgens, vel necessaria, cum sint innumere actiones alioquin licitæ, ex quibus solent provenire pollutiones, daretur locus perpetuis scrupulis, & nimis anxietatibus, quod grauissimum foret. Ergo, &c.

3. Hinc Ioannes Præpositus in part. 2. D. Thom. q. 74. art. 10. dub. 1. sic respondet ad casum nostrum: Deducitur neque peccare coniuges, qui propter morbi periculum se retrahunt ab actu coniugalis, quam

quamvis propter naturæ incitationem putetur sequutura pollutio. Ita ille.

4. Unde ex eodem principio dicendum est, non peccare eum de nouo, qui inchoata fornicatione cum aliqua, se trahit antequam seminet, quamvis propter naturæ impetum semen sit emittendum extra vas naturale. Et eo casu tenetur se retractare, quia omni tempore ante completam fornicationem tenetur desistere, & non consummare: unde eo casu pollutio non censetur voluta, sed permessa. Nec assentior Præposito *vbi supra*, Thomæ Sanchez in *editione Veneta*, lib. 9. *disp. 19. num. 7.* assentibus contrariis esse probabile, & posse in eo casu sine nouo peccato actum consummari: nec posse fornicationem se retractare, si femina v.g. seminauerit: nam quod vna pars seminauerit, non tollit obligationem non seminandi, & consummandi actum malum, quantum est ex parte alterius. Vide Lessium *lib. 4. c. 3. dub. 7. n. 55.*

5. Dicendum est igitur ex supradictis ad decisionem multorum casuum, in omnibus euentibus pollutionem euenientem etiam in vigilia ex aliqua actione, ad quam exercendam subest rationabilis causa, non est peccatum, modò absit periculum consensus. Unde ego his diebus consuli non peccare coniuges, qui in signum matrimonij coniugalis se amplectuntur, quamvis prævideatur sequutura pollutio, quia effectus coniugalis est sufficiens causa talem actum exercendi. Vide Azorium *tom. 3. lib. 3. cap. 23. q. 6.* Sicut etiam neque peccarent coniuges in actu coniugali, quamvis ex debilitate vel imbecillitate naturæ, vel alia de causa præter intentionem effluat aliquid seminis extra vas naturale; vel si aduertant reddentes debitum in se vel in alio periculum pollutionis, cum vacent rei illicitæ, ad quam ex iure alterius obligantur.

6. Sed hæc obiter queri potest; an liceat præbere medicinam ad cortumpendum semen, vt postea possit eici. Tomas Sanchez in *editione Veneta*, lib. 9. *disp. 17. n. 15. vel 16.* dicit neminem negaturum fas esse accipere sycupum resolucentem semen in sanguinem aliâque humorem aliis viis expurgandum, ne æger omni modo ad salutem corporis procurandam restituatur. Et hanc opinionem non esse improbabilem tenet Præpositus *supra in part. 2. Dini Thomæ. q. 74. art. 10. dub. 1.* Sed ego puto non licere; quia etiam id repugnat institutioni seminis.

### RESOL. CCVIII.

An propter notabile damnum salutis corporis possit coniux negare debitum petenti, etiam si in illo adsit periculum incontinentiæ?

Et an propter ordinarios dolores, quos femina in partu solem pati, possit debitum maritis negare?

Et an possit negari debitum coniugi ebrio?

Idem est de coniuge amente, & furioso, dum tales sunt.

Et quid tamen, si periculum sit, quod ebrius extra ebrietatem, aut furiosus extra furorem effundat semen, vel in aliud incontinentiæ peccatum elabatur; an teneatur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere debitum? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 64.

§. 1. Negatiuam sententiam docet supplementum Gabriælis in 4. *distinct. 32. quest. 2. nic. art. 2.* Ledesma de *Matrimonio*, *quest. 64. art. 1. dub. 2. conclus. 3.* Vega in *summa tom. 1. c. 78. cas. 3.* & alij. Probat, quia ordo charitatis petit, vt salus corporis postponatur salutis animæ.

2. Sed mihi magis placet opinio Ioannis Maioris in 4. *dist. 31. quest. 1. argum. 1. contra 3. concl. 2.* & San-

chez de *Matrimon. tom. 3. lib. 1. disput. 2. non. 11. disput. 24. num. 12.* Et ad argumentum contrarium vel si est gratis, is qui subuenire debet, est Præficus: nam potest aliis medijs periculo illi incontinentiæ subuenire.

3. Et ita hanc nostram sententiam præter Doctores allatos tenet etiam Ioannes Propositus in 3. *part. D. Thomæ quest. 6. de Sacram. Matrim. dub. 4. num. 14.* vbi postquam adduxit multos casus, in quibus coniux non tenetur reddere debitum, & præcipue propter graue periculum morbi, aliter. Petetur in similibus euentibus, pars teneatur debitum reddere, quando saltem in compare est periculum pollutionis. Respondeo negatiue, ita variè quemadmodum enim variis aliis euentibus coniugatus tenetur aliter occurrere periculo incontinentiæ, quam per actum conjugalem, ita & in hoc euentu, cum in illo pars non censetur liberata ab onere reddendi ex alterius condonatione, sed ex ipsa re natura, quæ ius ei tribuit sibi suæque corporali salutem consulendi non obstante traditione corporis in alterius dominium, quo casu respectu mali alterius permissiue censetur se habere; prædenter tamen considerandum; an subit malum aliquod extraordinarium; nam propter ordinarios dolores, quos femina in partu solem pati, non possunt debitum maritis negare, vt communiter Doctores docent. Hoc vsque Præpositus.

4. Sed hic obiter querendum est, an negari possit debitum coniugi ebrio. Ad hoc dubium ita respondet Fagundez Decalogi *tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 50.* Idem quod diximus de coniuge amente, dicendum est de ebrio & furioso, dum tales sunt; si tamen periculum sit, quod ebrius extra ebrietatem, aut furiosus extra furorem effundat semen, vel in aliud incontinentiæ peccatum elabatur, tenetur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere debitum. Ita docet Sanchez *lib. 9. de Matrim. disput. 23. num. 12.* Vega 1. *part. sum. capit. 18. cas. 12.* quamvis id mihi durum videatur propter ingentem molestantiam; & ea obligatio in eo casu solum videtur esse de charitate ad vitandum peccatum alterius coniugis, quod non tenetur vitare cum tanto suo detrimento. Ita Fagundez.

### RESOL. CCIX.

An licitum sit coniugibus non absolvere copulam, sed illam incipere del. et stionis causa, dummodo non subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit?

Et an si periculum sit, quod ebrius extra ebrietatem, aut furiosus extra furorem effundat semen, vel in aliud incontinentiæ peccatum elabatur, teneatur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere debitum?

Et an licitum sit femina aliquando ex infa causa semen emittere, ne concipiatur?

Et an vxor, vel quacumque alia femina statim post copulam se inuertens, vt semen emittat, ne concipiatur, generet, peccatum mortiferum committit ex natura sua, nisi aliqua causa rationabilis excuset? Et.

§. 1. Negatiue respondet Ludouicus de San Juan in *Summa*, *quest. 6. art. 13. de Sacrament. Matrim. dist. ult. 3.* vbi sic ait: [No es licito tener la copula conyugal, sic quæter derramar simiente. Esta es la conclusion es casi comun, y virtualmente la tienen los que tuuieron la resolution de la duda preceden]

Sup. hoc supra in Ref. 191. & in aliis eius not.

Sup. hoc supra in Ref. 119. §. vlt. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 14. §. His in fine, & in Ref. 15.

ANTON  
Opera  
Tom. 1 & 2  
E III

precedente, potque la copula carnal sin derramamiento; no es Matrimonio ordenada à la generacion, à quien se ordena el Matrimonio, y assi serà pecado mortal tenerla entre casados. Contra esta conclusion. Esta copula no consumada se ordena à evitar la fornicacion, que es el secundario fin del Matrimonio, y a que no se ordena al fin principal, que es la generacion: luego licita serà? A este argumento digo, que la copula ordenada à evitar la fornicacion, no es la copula comenzada, sino la consumada con derramamiento de simiente pudiendo seminar. ] Ita ille, & alij.

2. Sed ego affirmatiue sententiæ adhæreo contra quendam Patrem Dominicanum, qui dixit his diebus illam me non rectè docuisse. Sed nostram sententiam tenet nouissimè me citato Pater Leandrus de Sacramento, tom. 2. tract. 6. disp. 25. quest. 42. qui citat etiam Caietanum, Paludanum, Tabienam, & alios Doctores Dominicanos. Dicendum est itaque talem copulam esse licitam, dummodo nec subfit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit: quia copula absque seminatione, reputatur instar tactuum partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo liciti, & permitti sunt. Sicut ergo tactus, etiam si ex natura sua ordinatur ad actum, liciti sunt, quamuis non sit ultra progressus; sic etiam erit inchoata copula.

3. Sed hic obiter quæro, an licitum sit feminæ aliquando iusta causa post copulam semen emittere, ne concipiat. Et affirmatiue respondet Fagundez in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 50. ubi sic ait: Idem quod diximus de coniuge amente, dicendum est de ebrio, & furioso, dum tales sunt; si tamen periculum sit, quod ebrius extra ebrietatem, aut furiosus extra furorem effundant semen, vel in aliud incontinentiæ peccatum elabuntur, tenetur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere. Quamuis id mihi durum videatur propter ingentem molestiam, & grauem odorem, & ea obligatio in eo casu solum videtur esse de charitate ad vitandum peccatum alterius coniugis, quod non tenetur vitare cum tanto detrimento suo. Vxor denique, vel quæcumque alia femina, statim post copulam se inuertens, vt semen emittat, ne concipiat, & generet, peccatum lethiferum admittit ex natura sua, nisi aliqua causa rationabilis excuset, v.g. periculum mortis in partu, aut labor magnus, & magnum detrimentum in illo detinendo. Ita ille. Sed rectè hanc sententiam ex multis reprobatur Leandrus ubi supra quest. 45. quia impedire generationem de se est intrinsecè malum. Ergo nunquam efficere id licebit.

RESOL. CCX.

- An coniux sanus teneatur reddere debitum coniugi amenti, si iste ad aliam accessurus sit, vel se polluturus sit?
- Et notatur vxorem rationis compotem posse à viro insano debitum petere.
- Et quid, si adsit periculum, quod insanus extra vas seminet?
- Et aduertitur, quod quando ambo coniuges sunt amentes esse separandos, ne carnaliter coniungantur.
- Et an peccet mortaliter, qui eos ad copulam incitaret?
- Et an coniugi ebrio, dum vsu rationis priuatus est, tenetur eius coniux reddere debitum?
- Et quid, si esset periculum incontinentiæ in coniuge ebrio?
- Et aduertitur, si uterque coniux ebrius est, licere con-

Tom. II.

cubium inter illos, cuius contrarium dictum est de amentibus. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 4.

§. 1. **A**D hoc dubium respondet Texeda tom. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 12. n. 134. ubi sic ait: Si roges, an in casu adducto coniux sanus teneatur reddere debitum coniugi amenti, si petat. In qua difficultate affirmat Sanchez lib. 9. de matr. disp. 25. n. 11. teneri debitum reddere, præcipuè si credat, ex negatione debiti coniugem amentem ad aliam accessurum. Cæterum omnino dicendum est cum Soto in 4. disp. 32. q. 20. art. 4. non teneri debitum reddere coniugem sanum amenti petenti, quia actus ille petendi non est humanus, neque deliberatus, neque amenti debet aliquid imputari ad culpam. ] Ita Texeda.

2. Sed ego opinioni Sanchez adhæreo, quam tueretur etiam Hurtadus de matr. disp. 10. diff. 12. n. 55. Coninch de Sacram. disp. 34. dub. 9. n. 79. Caltrus Palau tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 4. n. 18. Dico itaque, nunquam coniugem sanæ mentis, per se loquendo, teneri coniugi rationis vsu ob amicitiam destituto, debitum reddere, etiam in illis casibus in quibus id facere posset. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia vsus dominij non potest esse in subiecto, quod hic & nunc est incapax vsus rationis, sicut nec ipsum dominium potest esse in subiecto incapaci rationis: ergo talis amens inualidè exigit debitum, quia hoc est vsus dominij, & consequenter alter nõ tenetur reddere. Firmatur, quia quamuis amens retineat dominium, attamen dominio, & iuri naturali matrimonij tantum correspondet obligatio reddendi ei qui exigit, vt homo est, seu actu humano; quia exigenti dormienti non est reddendum, amens autem nõ exigit vt homo. Quare sicut amens amittit ius ad suorum bonorum administrationem, ita ad vsum matrimonij, ita vt exigens nõ obliget per se, & ex natura rei. Per accidens autè erit obligatio, si ex defectu redditionis accessurus sit ad aliam, aut se polluturus sit: quia tunc recta ratio exigit, vt valde egeni debitum reddatur, quamuis non petat vt homo, quia non potest. Vnde ad euitanda grauiora mala, quandoque sanus tenetur amenti petenti reddere. Et hæc omnia præter Doctores citatos tenet Martinus Perez de matr. disp. 49. scilicet. 6. n. 7.

3. Quod si redditio debiti amenti nocua sit, pensanda est qualitas damni, vt inde colligatur, an sub graui, vel sub veniali culpa debeat coniux sanæ mentis à redditione abstinere, vt inouit Basilius Ponce lib. 10. cap. 14. in fine.

4. Notandum est etiam hic, vxorem rationis compotem posse à viro insano debitum petere: quia petit copulam sibi debitam, qua ob defectum iudicij in altero coniuge priuari non debet. Quod aded verum est, vt etiam si adsit periculum, quod insanus extra vas seminet, non tenetur coniux sanæ mentis à debiti petitione abstinere: quia illa effusio est præter eius intentionem, neque illi vt pote suo iure vtenti, tribuenda est, sicuti docuit Sotus in 4. d. 34. q. 20. art. 4. ad fin. corp. Petr. de Ledesma q. 58. art. 3. dub. 2. in resol. ad 3. Henriq. lib. 11. cap. 15. n. 4. & 10. Sanchez disp. 23. n. 7. Coninch dub. 9. concl. 6. n. 79. Et de hoc casu in facti contingentia Panormi consultus fui.

5. Non nego tamen, quando ambo coniuges sunt amentes, esse separandos, ne carnaliter coniungantur; & peccare mortaliter, qui eos ad copulam incitaret. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia tametsi eiusmodi amentes non peccent, defectu libertatis; at qui eos copularet, concurreret ad euidens periculum malæ educationis prolis, & ad illius damnum, cum careret parentibus, qui eam educare possent, ac instruere: ergo grauius peccaret. Quo argumento manifestè vincitur, peccare mortaliter eos, qui duos amentes non coniuga-

Sup. hoc in Refol. sequ. §. vlt. post mediu, vers. At verò.

Sup. hoc in Refol. sequ. §. vlt. post mediu, vers. At verò.

Sup. hoc in Refol. sequ. §. vlt. post mediu, vers. At verò.

Sup. hoc in Refol. sequ. §. vlt. post mediu, vers. At verò.

Sup. hoc in Refol. sequ. §. vlt. post mediu, vers. Primò.

Sup. hoc supra in §. 2. Ref. 202.

tos ad copulam incitarent: quia grauius esset pro-  
lis damnum quam si mentis compotes essent. Qua-  
re illi, quibus amentium custodia demandata est, te-  
nentur niti, ne congreuantur; sicut tenentur cura-  
re, vt abstineant ab aliis malis, & damnis inferendis.  
6. Ex his sequitur quid dicendum sit de coniu-  
ge ebrío, dum vsu rationis priuatus est: dico enim  
non teneri per se, & ex natura rei coniugem sui  
compotem reddere ei debitum. Patet ob dictam rati-  
onem, quia non petit actu libero, & humano,  
sicut nec amens. Per accidens autem tenetur redde-  
re ratione periculi incontinentiæ in ebrío, si forte  
esset. Adde si vterque coniux ebríus esset, licere  
conubium inter illos: cuius contrarium diximus  
de amentibus. Ratio enim disparitatis est manifesta:  
nam in amentibus id non licet propter damnum  
prolis educandæ, quod damnum cessat in ebríis,  
hi enim breui ad se redeunt, & ided proles non desti-  
tuitur parentibus, qui de eius carent educatione.

## RESOL. CCXI.

*An si vir sit sana mentis, si licitus vsus coniugij cum  
vixore amente, etiam cum periculo abortus?*

*Et quid e contra, si vxor sit sana mentis, vel si vxor  
amens sit sterilis?*

*Et deducitur, quod quando femina experientia didicit  
se nequire prolem viuam edere, tunc licere his coniu-  
gatis petere, & reddere debitum, quia melior est  
puero se esse cum culpa originali, & carentia visio-  
nis Dei, quam omnino non esse, &c.*

*Et docetur, quod si ambo coniuges sint amentes, omnino  
nemo potest eos excitare ad copulam, absque graui  
culpa.*

*Item, quod si vnus coniux sit amens, & alter sana men-  
tis, non tenetur sanus reddere debitum amenti peten-  
ti quantum est de se, quamuis si vult, licite possit.*

*Sed quid est dicendum, si amenti coniugi adesset pericu-  
lum accedendi ad aliam, vel polluendi se, an tunc  
alter coniux teneatur reddere debitum? Ex part. 10.  
tr. 13. Misc. 3. Ref. 41.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam contra Sanchez,  
docet nouissimè Carolus de Baucio, de  
Miscell. casuum Conscientia, tom. 2. opusc. 1. quæst. 50.  
vbi sic ait: Arbitror satis probabile esse licitum vsuum  
coniugij viro sanæ mentis, etiam cum periculo proba-  
bili abortus. Et ratio mihi est, quia copula per  
se est ordinata ad productionem esse extra causas,  
& per accidens est, quod sequatur abortus. Ne-  
que dicas, quod copula cum tali periculo abortus,  
sit actio intrinsecè mala; nam ratio malitiæ est ex-  
trinsecæ actioni, cum potius tribuenda sit morbo,  
seu insanæ vxoris, quam copulæ, quæ per se pri-  
mò tendit non ad necem pueri, sed eius existen-  
tiam extra causas, quod non est: sic actio famuli,  
qui iussu heri vendit vinum lymphatum pro puero,  
nam illa est intrinsecè mala; nam licet ponere aquam  
vino sit quid indifferens, tamen ipse vidit, & facit  
actionem iniustam, & non potest præscindere illa  
actio à vendente, à ratione iniustitiæ, nec alij iniu-  
stitiæ potest tribui, nisi immediato cooperatori ini-  
iustitiæ, qui est qui actu vendit.

2. Confirmatur; docet Sanchez cum Doctri-  
bus à se citatis lib. 8. de matrimo, disput. 102. num. 8.  
quod quando femina experientia didicit se nequire  
prolem viuam edere, tunc licere his coniugibus pe-  
tere, & reddere debitum. Et reddit rationem idem  
Sanchez, nimirum, quia præter intentionem, &  
per accidens mors illa fortis accidat, coniugibus

suo iure vrentibus; nec tenentur id proli damnantem  
vitare cum tanto detrimento, ac est; coniugales  
perpetuè ab vsu coniugij abstinere cum maximo  
incontinentiæ vtriusque periculo. Deinde addit  
Sanchez loco citato, aliam rationem, & aliter  
quod melius est puero sic esse cum originali cul-  
pâ, & carentia visionis Dei, quam omnino non  
esse, vt notat Dnaus Thomas 1. 2. quæst. 87. artic. 1.  
ad 5. & colligitur ex Diuo Augustino lib. 5. con-  
tra Iulianum. Concludit denique Sanchez loco ci-  
tato, quod eligibilis est existere in reum notata  
cum peccato habituali originali, quam omnino  
non existere: nam licet si homini detur opus, po-  
tius debet eligere mortem, ac annihilationem,  
quam peccatum actuale, etiam leuissimum con-  
mittere. Si tamen iam sit peccatum originale, &  
reuelaret Deus se nolle id remittere, quamuis le-  
uissimum existeret, adhuc melius faceret eligendo in-  
finitiam, quam annihilationem, quia supposita Dei  
voluntate ille homo non tenetur, nec potest con-  
tere id peccatum habituale, ac proinde nihil exolum  
facit Deo.

3. Confirmatur: Deus creat, & infundit ani-  
mam rationalem intra corpus, cum adfuit disposi-  
tiones pro tali forma, & præuidet quod in anima  
transfundetur peccatum originale, & non ob id  
cessat creare illam, ac infundere intra corpus, quia  
infectio peccati originalis tribuitur carni, non animi;  
nam, tanquam causa instrumentali ducens originem  
ab Adam, ac proinde dici non potest, quod anima  
ex sua creatione inquinetur, quia infusio importat  
respectum, & ad Deum infundentem, & ad eam  
cui infunditur anima; & ided habito respectu ad  
Deum infundentem, non potest dici, quod anima  
per infusionem maculetur, sed solum habito respec-  
tu ad corpus, cui infunditur. Ita D. Thomas 1. 2.  
q. 8; ar. 1. ad 4. Ita ille, qui alias etiã rationes adducit.

4. Sed ego puo non esse recedendum à senten-  
tia Sanchez, quam post illum docet Pontius de ma-  
trimonio, lib. 10. cap. 14. num. 10. Hurtadas disp. 10.  
difficultat. 3. num. 24. Leandrus de Sacramen-  
to, tom. 2. tract. 9. disput. 25. §. 3. quæst. 28. & Ochaga-  
uia de Sacramen. matrimo, tractat. 5. quæst. 3. num. 5.  
vbi sic ait: Quinta ea causa assignari potest excu-  
sans à debito coniugali, furor alterius, vel vtrius-  
que coniugis, sed quantum ad hanc causam respon-  
detur. Primò, si ambo coniuges essent amentes  
omnino, neminem posse eos excitare ad copulam  
absque graui peccato. Tum quia illa copula esset  
more beluarum, tum etiam quia earatione magnam  
damnium immineret educationi proli. Secundo re-  
spondetur, vno coniuge existente amente, & altero  
sanæ mentis dono prædito, non teneri sanum redde-  
re debitum amenti præfenti, quantum est de se, quan-  
tuis possit licite; quia ille actus non humanus est,  
tum etiam quia amentis licet retineat ius remotum  
ad corpus alterius coniugis, & radicatum in ipsa  
natura contractus matrimonialis, ac non retinet  
ius proximum, quod ratione regulatur, & funda-  
tur. At verò, si amenti coniugi adesset periculum  
accedendi ad alienam, vel polluendi se, tenetur  
alter coniux ei reddere debitum, quod est quantum  
ipsum matrimonij, quod intellige, dum alter non  
potest vitari illud malum. Tertio pro maiori prædi-  
ctorum intelligentia respondetur, vxore existente  
amente, & marito sano, non posse vxori petenti  
reddi debitum, quia est periculum magnam abor-  
tus, ac verò e contra se habente, rectè posse reddi  
quia in eo non est periculum aliquod abortus. Ita  
Ochaguaia. Quibus omnibus adde etiam Matrimonium

de San Ioseph in monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 50. de Matrim. num. 5. Bonacinam, de Matrim. quæst. 4. punct. 1. n. 10. Itaque dicendum est contra Baucium, non esse licitum in tali casu vsum Matrimonij, nisi vxor amens esset sterilis.

RESOL. CCXII.

An vxor, & qualibet alia mulier peccet mortaliter mingendo statim post coitum, ad emittendum semen? Idem est, si se erigat, vt semen emittat, ne concipiat? Et an supradictæ mulieres id facientes peccent contra conscientiam erroneam, si crederent ita mingendo peccare? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 15.

Sup. contento in hac ref. lege supra doctrina Ref. 209. prope finem vers. vxor. denique. & in tom. 5. tr. 6. Ref. 32. ad medium. vers. dicendum.

§. 1. **A**firmatiuè respondet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 20. num. 3. & Bonacina de matrim. quæst. 4. punct. 9. & 10. n. 10. vbi sic ait. Vtrum verò vxor grauitèr peccet emittendo semen è vase statim post copulam, ne filios concipiat; patet ex supradictis, hoc enim est contra naturæ, & generationis ordinem, cum prodigatur semen à natura institutum ad prolem suscipiendam. Sic Bonacina, & hoc solent facere sæpius meretricis.

2. Atramen contrarium docet Petrus Bellochius in praxi de cas. refer. part. 2. quæst. 4. num. 365. vbi ita asserit. Quia sæpè solet mulier mingere post coitum, vel se erigere vt semen emittat, ne concipiat, saluo meliori iudicio, credo quòd non peccat saltem mortaliter, nam ex hoc, vt liquidò patet, non impeditur prolis generatio, quandoquidem aiunt Syluest. verb. debitum, num. 6. & Conradus part. 2. quæst. 115. matris mulieris habet vim attractiuam, & retentiuam seminis, vnde frustra post coitum mulier mingit vt illud foras emittat. Ita Bellochius. His tamen non obstantibus, puto dictas mulieres sic facientes peccare contra conscientiam erroneam, si crederent ita mingendo peccare.

Sup. hoc si quantet in Ref. 2. nor. præteritæ, in eodem vers.

RESOL. CCXIII.

Quidam vir coniugatus, semine intra vas emisso, membrum virile extrahit, manente femina valde irritata libidine, qua postea tactibus se excitando seminat, queritur, an ita faciens peccet mortaliter? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 38.

Sup. hoc in ref. seq. & in Ref. post sequentem, §. Confessari. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Queritur. tertio.

§. 1. **L**ethaliter peccare opinatus est nouissimè Emanuel Rodriguez in sum. part. 3. cap. 88. num. 4. & quia codex rarus est, ponam eius verba. [Auicendo el marido consumado la copula extrahendo membrum extra vas, no es licito a la muger pro-uocarle con tocamientos, para que tambien effundat semen intra vas, atento que estos tocamientos, pasada la copula son intrinsecamente malos, ni se puede dezir, que la pro-uocacion con ellos es vna perfecta consumacion del acto coniugal precedente, pues la copula coniugal ya tuuo su perfecta consumacion, auicendo cumplido el marido, cuyo semen basta para que se siega la generacion.] Putat igitur Rodriguez hoc esse illicitum, quia actus ille omnino consummatus est ex parte finis, qui est generatio, cum ad illam femineum semen minimè necesse sit.

2. At opinio contraria placuit Sanchez to. 3. de matrim. lib. 9. disp. 17. num. 12. Bonac. de matrim. q. 4. punct. 6. n. 15. & probabilis vocatur à Fillucio in suis 99 moral. tom. 1. tract. 10. part. 1. c. 9. n. 230 & illam nouissimè amplexus est Lessius lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 94. in editione facta Parisiis apud Rolinum Theodori-

cum an. 1618. Homobonum de ex. am. Eccles. part. 1. tr. 7. c. 28. q. 126. Zanard. in direct. theol. part. 1. de Sacram. matrim. c. 41. §. 11. dico. Ratio est, quia aliàs euidentiſſimo periculo peccati mortalis exponerentur femine, cum frequenter viri prius seminent. Et cum illico recedant, manet in illis valde irritata libido. Nec tunc illa prouocatio est illicita, quia est actus coniugalis perfectio, ac consummatio. Nam licet semen mulieris non sit ad generationem necessarium, valde tamen confert, vt probat ipsemet Sanch. ibid. n. 8. His tamen non obstantibus ego puto non esse recedendum à prima sententia Rodriguez.

RESOL. CCXIV.

De emissione seminis tactibus prouocata inter coniugatos, & solutos? Et inter alia deducitur circumstantiam patientis in peccato sodomia non debere in confessione explicari, sed sufficit, quod patiens dicat, exercui bis, vel ter sodomiam? Ex part. 11. tr. 1. & Misc. 1. Ref. 11.

§. 1. **C**irca præsentem quæſtionem sic philosophatur acutiſſimus Caramuel fundam. 56. §. 4. num. 1172. Quidam vir coniugatus inter vas seminauit, & illico membrum virile extraxit, manente femina valde irritata libidine; At hæc postea tactibus se excitando seminauit, & inquit, an hoc faciens morale peccatum incurrerit. Negat Sanchez, & Bonacina, & hæc eadem negatiua sententia probabilis vocatur à Lessio, Fillucio, Homobono, & Zanardo apud Dianam part. 2. tract. 17. resol. 38. & ratio horum Authorum est, quoniam per illos tactus actus coniugalis qui consistit in vtriusque seminatione, completur.

Quæ hic est Ref. anteceden. & in alius eius annot.

2. Corollarium 1. Ergo quando Amasius semine intra immisso membrum virile extrahit, manente pellice valde irritata libidine, si hæc postea tactibus se excitando seminet, non committit nouum peccatum mollitici, sed peccatum fornicationis complet, quæ consistit in seminatione vtriusque Amasij.

3. Corollarium 2. Ergo quando duo iuuenes se mutuis tactibus excitant, & vnus semine effuso discedit, manente altero libidine valde irritato, si iste tactibus propriis prosequatur, & semen emittat, non committit nouum peccatum, Ita vt debeat in confessione dicere, mutuis semel tactibus apud alterum hæsi, quousque ipse in pollutionem incidit, & semel in mollitiem incidit propriis tactibus. Sed prius complet, & satisfaciatur in confessione dicens, ego & alter nos mutuo contactu polluiimus. An & de Sodomia, &c. poteris philosophari, &c. singula Corollaria considera. Ita Caramuel.

4. Sed ego neque admitto Corollaria, nec etiam principalè conclusionem; Vnde vel iussu sacre Congregationis indicis, vel iussu Superiorum Societatis illa opinio fuit deleta in operibus Sanchez, nec amplius impressa inuenitur nisi in prima editione Veneta.

5. Probatur nostra sententia primò, quia cum vir se retrahit, consummata est iam copula coniugalis: Ergo mulierem solam tunc seminare esset peccatum mollitici: Secundò, quia quando vir prius seminat, sequens muliebris seminatio frustratoria est, vt tradit Auicenna Fen. 21. lib. 3. tract. cap. 8. vers. error autem accidens. Tertio, quia femineum semen necessarium non est ad generationem. Quarto, quia coniugibus ea copula tantum licita est, per quam sunt vna caro; sed per illam muliebris seminis effusionem non sunt vna caro: ergo. Quintò quia recepto virili semine, adeò clauditur vterus, vt nec

acus cuspidem admittat : ergo semen , quod postea mulier fundit , nec intrat utrum , nec prodest ad generationem , Vide me ipsum alibi .

Alibi in Resolutionibus not. præteritæ.

6. Sed stando in opinione quam adducit Caramuel , eius Corollaria non carent difficultate , quia aliquis posset dicere ; mulier vxorata , quæ remanet valde irritata , & tactibus se prouocat ad seminandum , complet copulam sibi licitam , ac si actu cum marito feminaret , quia abuteretur semine ad generationem ordinato : Sed tunc non esse seminis abusus , ergo nullum est peccatum ; etenim ea seminatio cum sequatur paulò post copulam est copulæ complementum , eamque perficit . Ratio est , quia impertinens est ad generationem quomodo femininum semen in utrum recipiatur , aut à feminariis vas in utrum fluat , siue copula siue manu conficitur ; sufficit enim recipi in utrum paulò post seminationem viri , vt sequatur generatio : Sicuti quomodocumque vitile semen intret utrum , semper sequetur generatio , vt patet cum generatio sit opera dæmonis incubi : Ergo , &c.

7. Sed meretrix , si postquam Amasius feminauit , libidine irritata remansit , non potest tactibus se prouocare ad seminandum , quia non complet copulam sibi licitam , immò prohibitam ; Ergo tactibus se prouocando aliam speciem libidinis incipit , & perficit , nempe mollitiei ; Ergo tenetur illam in confessione explicare .

Sup. hoc in tom. I. tr. 7. Ref. 128. in fine. & in Ref. 133. 134. 135. 136. & 163. §. Quarto secundo.

8. Nota verò hic obiter , quod ego olim docui circumstantiam patientis in peccato sodomitæ non debere in confessione explicari ; sed sufficere , quòd penitens dicat , exercui bis , vel ter sodomiam . Sed Caramuel *vbi supr. à num. 1189.* asserit , quòd hæc sententia vt probabilis , supponit primò virum , aut feminam patiendi delectari , & se delectando initium pollutionis habere . Secundo pollutionem completam , & inceptam , esse eiusdem speciei , nec debere penitentem exprimere . An tantum ceperit , an compleuerit ; tertio pollutionem tactibus alienis procuratam , sodomiamque non differre specie , sed tantum materialiter , & modaliter , sicut pollutio habita tactu manuum , aut tactu femorum , Porro ista tria debet supponere qui nolit actionem à passione in sodomia distinguere : Vnde Diana qui de primo , & secundo nihil dicit , & tertium negat , asserere , siue consequentia non potest circumstantias agentis , & patientis non debere in confessione explicari . Ita Caramuel .

9. Sed nostram sententiam præter Leonem sequuti sunt me citato Lupus , Bordonus , Machadus , Zambellus , Ghilinus , Iuniparus , Gesualdus , Pontius , Mazzuchellus , Serius , Roccaful , Tongus , Possentius , Remigius , Verticelli , & Thomas Hurtadus .

10. Septemdecim itaque Doctores nostræ sententiæ adhærent , & pauci contrariam tenent . Et probatur hæc opinio , quia agens , & patiens in peccato sodomitæ concurrunt ad idem scelus & ad eandem pollutionem & copulam per modum vnius causæ : Ergo eadem speciem malitiæ ab utroque contrahitur : sic eandem speciem adulterij contrahit solutus ac coniugata , vel coniugatus ac soluta , quia ambo per modum vnius concurrunt ad frangendum matrimonij legem ; sicut agens , & patiens sodomita ambo per modum vnius causæ concurrunt ad frangendum legem copulæ naturalis , sic eadem speciem homicidij est in tenente occisum ne fugiat , ac in vulnerante .

11. Probatur secundo , quia pollutio non addit nouam speciem malitiæ supra copulam sodomiticam aut fornicariam , sed est pars copulæ : ergo sicuti agens non tenetur explicare se pollutum vel non

pollutum ; plerumque enim sodomita , aut fornicator non feminat , quod vtrique explicandum esset , si pollutio adderet malitiam specie diuersam supra copulam : Ita neque patiens tenetur explicare se fuisse patientem ; Consequentia patet , etenim enim ex Lugo tenetur explicare se patientem , quia explicandum sibi est , se non pollutum : sed agens non tenetur explicare se patientem , quia explicandum sibi est , se non pollutum , sed agens non tenetur explicare se non pollutum , quando non feminat , ergo neque patiens ( dicendo se patientem ) debet explicare se non pollutum .

12. Confirmatur ; Nam pollutio in agente est pars copulæ , neque enim est quid diuersum à copula , sed ab illa distinguitur , vt pars à toto ; Ergo in copula fuisse , vel non fuisse pollutionem sequantur est circumstantia aggrauans , vel minuens intra eandem speciem : Sed circumstantiæ minuens , vel aggrauans intra eandem speciem non sunt explicandæ : Ergo neque explicandum est se passum , vel non passum pollutionem in ea copula , & sic se fuisse patientem , vel agentem .

13. Quod autem pollutio sit pars copulæ patet , quia copula non dicitur consummata nisi sequatur seminationem seu pollutionem intravas , ergo est pars completæ , & perficiens copulam .

14. Dicendum est itaque eandem malitiam specificam habere peccatum agentis , & patientis : licet fornicatio cum soluta eandem specie malitiam habeat tam ex parte viri agentis , quam ex parte femine patientis .

Alias etiam rationes adducunt citati Doctores , quas ego alibi adduxi .

## RESOL. CCXV.

An sit licitum viro postquam feminauit , & reuertit membrum à vulua , tangere pudenda vxoris , vt ipsa seminet ?

Et an hoc etiã facere possit vxor suis manibus propriis . Idem dici debetur de tactu membri genitalis ante ea vulua sua vxoris ad hoc , vt vxor seminet .

Et notatur non peccare mortaliter maritum , si in ipso actu seminationis non expectat seminationem vxoris , licet possit , effuso semine , copulam continere , vt femina seminet .

Item , quod femina satisfacit sua obligationi , si viro exigenti debitum præstet vsum sui corporis , reuertens tamen animum ad alia , ne natura exciteur .

Item , quod incepta copula per solam delectationem , si vxorati illam ex iusta causa non consummari , non peccant mortaliter , nec venialiter , si nisi periculum pollutionis , v. g. ne salua noceatur , vel si coniugati , quod coniugati sint pauperes , & multos filios habeant , &c. Ex part. 10. tract. 13. & Misc. 3. Resol. 42.

§. 1. CAsus potest accedere ; & ad illum affirmatiuè responderet Carolus de Baucio , de Miscell. casuum conscientie , tom. 2. opus. 1. 988. quia potest sine peccato id facere vxor suis manibus , quia non est pollutio , sed perfectio copulæ coniugalis , & licet seminatio mulieris non sit necessaria ad generationem , tamen satis iuuat : ergo si licet vxori huiusmodi tactus ad hoc , vt seminet , licet etiam viro , vt id præstare possit suis manibus in potendis suæ vxoris . Et ratio à priori est , quia etenim hoc non est prohibitum vxori , vt id faciat suis manibus , quatenus est licite consummatio copulæ iam inchoata à viro intrâ vas naturale ; ergo patrum refert , quod ista consummatio copulæ iam inchoatæ à viro intrâ vas naturale

naturale cum suo membro naturali, perficiatur ex parte vxoris manibus propriæ mulieris, vel manibus proprij viri, eo magis cum tactus inter coniuges etiam in partibus pudendis non sit culpa mortalis, etiam si non fiat in ordine ad culpam, secluso periculo pollutionis: sed in hoc casu est licita pollutio, cum non sit aliud nisi perfectio copulæ inchoatæ à viro: ergo non est maior ratio cur fit licitus vxori, & non viro huiusmodi tactus ad finem vt perficiatur copula coniugalis: idem dici debet de tactu membri genitalis ante os vulvæ suæ vxoris ad hoc vt vxor seminet, nempe non esse peccatum mortale secluso periculo pollutionis viri extra vas naturale feminae, quia iste tactus inter coniugatos non est copula lethalis: potest etiam vir postquam seminauit continuare copulam donec vxor seminat. Hucvique Baucius.

tactibus irritantem vxorem ad veneremscientiam ob id præmariturius feminam seminare? Et an mulier satisfaciat suæ obligationi si viro exigenti præstet quidem vsum corporis sui, animum tamen ad alia conuertat, ita vt natura non excitetur? Et deducitur, quod sterilis, quæ certo nouit se non seminaturam; potest actum coniugalem exercere tam petendo, quam reddendo? Ex quibus etiam inferatur decisio illius dubij, scilicet, quando matrimonium dicatur consummatum? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 37.

Sup. hoc in duabus Ref. precedentibus, & in rom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Quarto tertio.

In Ref. quæ hic est in to. 3. tr. 6. Ref. 20. §. Quarto tertio.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ an. not.

Sup. hoc in Ref. not. præterita, §. Sed licet.

Sup. contento in hoc §. vlt. supra in Ref. 187. §. Nota etiã, & in Refol. 202. §. Et ex his & in Refol. 205. & 206. & 209.

2. Confirmari potest hæc opinio auctoritate Leandri de Sacram. tom. 2. tract. 9. d. sp. 33. quæst. 4. 1. & Martini de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 51. de Matrim. num. 8. vbi me citato, sic ait. Si el marido acobò primero con el acto de la generacion, por ser mas robustos los varones, es sententia muy probable la que dize, que puede la muger tambien tener su acto consumado, prouocandose con tactos: porque esta no es polucion, sino acabar la copula, y moralmente es vn mismo: y sino fuera verdadera esta opinion quedaran las mugeres casi siempre en euidentiſſimo peligro de pecar mortalmente, condenandolas à detener el curso de la naturaleza, irrita ya con el mismo acto. Y lo que mas fauorece esta opinion, siendo mas probable, que es necesario ei semen de las mugeres para la generacion, esta casi sucediera. Ita ille; qui plures alios citat. Sed ego recessi ab opinione, in part. 9. ex rationibus adductis à Magistro Texeda, & nunc contra Baucium recedo: vnde in Editionibus Antuerpianis meritò opinio Baucij fuit abrafata ab Operibus Sanchez, & Hurtadi; & scio hæc sententiam malè olere penes Sacram Congregationem Indicis, sicut & alia opinio, quam ex Sanchez tanquam probabilem adducit Baucius, quæst. 108. quæ etiam inuenitur deleta in impressione Antuerpiana.

3. Nota tamen, hic obiter contra Hurtadum, & Ochagauiam, non peccare mortaliter maritum si in ipso actu feminisationis nõ expectat feminisationem vxoris, itaque non tenetur expectare licet possit etiam effuso semine copulam continuare vt femina seminet. Itame citato docet Leandrus, vbi supra, quæst. 40. qui etiam, quæst. 48. me citato docet quod mulier satisfaciat suæ obligationi, si viro exigenti debitum, præstet vsum sui corporis, concitens tamen animum ad alia, ne natura excitetur?

4. Nota etiam, quod rectè me citato obseruat Martinus vbi supra n. 10. sic asserens: Despues de comenzada la copula por sola delectacion, si la dexan los casados sin consumarla, no peccaran mortalmente, como no aya peligro de polucion: porque el començarla fue, como tenet, actos, quæ los casados no les son illicitos. Y auno no ferà lo dicho pecado venial, como el dexar la copula, sea por justa causa de no dañar, la salud, ò per ser pobres los casados, y tener muchos hijos: que en estos casos, y otros iustos, començando la copula, vt sedent concupiscentiam, la pueden dexar sin algun pecado.

§. 1. Affirmatiuè responder Petrus Ochagauia de Sac. tr. 5. de matr. q. 2. n. 13. vbi sic ait. Respondetur esse peccatum mortale in eo, quòd vir prius seminet, & non expectet feminisationem feminae, & sic contra faciet femina, grauitèr delinquet. Patet prima pars responsi, & secunda etiam, quia vtriusque semen actiue requiritur ad generationem. Ergo ne generatio impediatur, & ne vnus semen profus amittatur, aliud necessariò continuata copula expectandum est, & hoc etiam in sterilibus, ne violentur ordo naturæ. Ita ille, probabiliter quidem.

2. Verùm contrariam sententiam non minùs probabiliter defendit Sanchez de matr. tom. 3. lib. 9. d. sp. 17. n. 9. vbi firmat non esse necessarium vtrumque coniugem seminare simul, quare dum vir semen effundit, minimè tenetur feminae estusione expectare, quia femineum semen nec esse necessarium, nec actiue ad generationem concurrere, docent aliqui. Ex quibus deducitur non esse reum culpæ lethalis virum tactibus irritantem Venerem, scientem se ob id præmariturius femina seminare.

3. Sed licet hæc opinio, vt dixi, sit probabilis, oritur tamen ex illa pulchra difficultate, videlicet an mulier satisfaciat suæ obligationi, si viro exigenti præstet quidem vsum corporis sui animum tamen ad alia conuertat, ita vt natura non excitetur. Videri enim possit non satisfacere, primò quia si vxor debitum coniugale exigat, maritus tenetur se se excitare, illud vt reddat, ergo, &c. Secundo vir habet potestatem in corpus mulieris in ordine ad generationem, ergo petente vsum corporis vxoris, ea debet subseruire aptè ad generationem, quod non potest præstare absque aliqua naturæ concitatione. Tertio aliàs semen virile suo fine frustrabitur. Attamen Ioannes Præpositus, vir quidem doctus, ex Societate Iesv, in 3. part. D. Thom. quæst. 6. de bono matr. disp. 4. num. 35. docet non esse improbabile satisfacere, & sufficere, si vsum valis naturalis tribuat, nam eo ipso congressus est aptus ad generationem, quantum ex parte actus & modi. Confirmatur. Sterilis, quæ certo nouit se non seminaturam, potest actum coniugalem exercere, tam petendo, quam reddendo, quod tamen minimè liceret, si viro seminante requireretur vt mulier sese ad feminisationem excitaret, atque aded in illum finem teneretur cum naturæ excitatione marito subseruire. Vnde verisimile est mulierem coniugatam, cui non placent actus venerei, posse in reddendo debito animum ad alia conuertere; & sic remanere frigidam, quod potest ex his colligi; quæ tradunt varij, scil. semen femineum non omnino requiri ad generationem, nam concitatio naturæ solum videtur requiri ad feminisationem; non potest tamen mulier ita se gerere ex intentione impediendi generationem. Ita Præpositus, qui respondit ad argumenta. Et ad primum allatum dicit disparatè esse rationem viri & feminae, quòd vir non possit sine aliqua corporis concitatione actum coniugalem exercere. Vnde mitum non est, quòd ad reddendum debitum teneatur naturam excitare, mulier

Sup. hoc in Ref. præterita §. Nota tamen. & supra in Refol. 187. §. 3. in fine, & in tom. 8. tr. 6. Ref. 20. §. Quarto tertio, paulo post initium.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita, & in eodem §. ad medium.

Sup. hoc supra ex Ref. 163. lege doctrinam eius §. vlt.

RESOL. CCXVI.

An vnus ex coniugibus, si potest non expectat alterius feminisationem, committat peccatum mortale? Ex quo deducitur non esse reum culpæ mortalis virum

mulier verò potest sui corporis, & vas naturalis sine tali concitatione vsum præbere. Ad secundum argumentum respondet aliquos probabiliter sentire, sequi posse generationem, quamvis femina non seminet, & proinde non obstante eo quod animum ad alia conuertat, posse marito subseruire in ordine ad generationem. Ad tertium patet responsio ex dictis, quòd scilicet semen virile non frustretur suo fine, propter defectum feminis femine, secundum sententiam, quæ censet absque hoc sequi posse generationem. Et hæc omnia, vt dixi, dicta sunt ex mente Ioannis Præpositi. Ex quibus infertur decisio illius dubij, scilicet quando matrimonium dicitur consummatum. Ad quod Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 13. diff. 13. num. 1.* respondet hoc cœnire *segun mas probable opinion.* quamvis femina non seminasset, *auque no es cierta por que no es cierto en Filosofia, quòd femina non conuertat actiue ad generationem, que es el fundamento desta sentença.* Ita Villalobos.

Sup. hoc supra in Ref. 114. & in alijs §§. eius primæ not.

RESOL. CCXVII.

*An vir possit irritare omnia vota vxoris? Et an possit maritus irritare votum, quod facit vxor de opere faciendo tempore soluti matrimonij, si maritus moriatur, & ideo possit irritare votum vxoris de ingredienda Religione post mortem mariti? Item, an possit irritare vota, quæ fecit vxor ante matrimonium? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 219. alijs 220.*

Sup. contentis in hac Ref. lege doctrinam §. 1. Ref. seq. & in tom. 8. tr. 4. Ref. 44. & 45.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Basilius Pontius de *matrim. lib. 1. cap. 17. num. 3.* Syluius in 2. 2. *D. Thome, quest. 88. art. 8. concl. 7.* Valentia tom. 3. *disp. 6. quest. 6. punct. 6.* Azorius tom. 1. *lib. 11. cap. 17. quest. 12.* Suarez de *Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 4.* Philarchus de *effic. sacer. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18.* Filliucius tom. 2. *tract. 26. cap. 8. num. 236.* & alij, asserentes maritum non posse omnia vota vxoris irritare, sed ea tantum, quæ, & quatenus iuri suo, quod habet ad coniugij vsum, & familiæ gubernationem præiudicium aliquod afferre possunt. Et ita hoc pacto non possunt, v. g. irritare vota de præceptis, vt de seruanda castitate coniugali, de non mentiendo, de oratione aliqua recitanda in die, & similia.

Sup. hoc in tribus Ref. annot. præterita.

1. Sed in gratiam virorum, & ad subleuandum onus quod sustinent Confessarij in commutatione votorum, assero omnia vota vxoris, saltem constante matrimonio edita, à marito irritari posse, non minus quàm vota Religiosi à Prælato, & vota impuberis à patre. Et ita docet Villalobos in *sum. tom. 2. tract. 34. dub. 21. per totam.* Maldernus in 2. 2. *D. Thome, tract. 10. dub. 7. quest. 5.* Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 4. cap. 34. num. 2.* Ioan. de la Cruz in *direct. part. 1. pr. 2. art. 2. dub. 10. concl. 3.* Raphael de la Torre in 2. 2. *D. Thome, tom. 2. quest. 88. art. 9. disp. 7.* Aragon. in 2. 2. *quest. 88. art. 8. post. 5. concl. Emanuel Sa verb. irritatio, num. 1.* Paludanus in 4. *disp. 38. quest. 3. art. 1. concl. 6.* Soto de *inst. lib. 7. qu. 3. art. 1. & alij.*

Sup. hoc in Ref. 1. & 3. not. primæ Iulius Ref.

3. Et hanc sententiam probabilè vocat Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 85.* Rationes inuenies apud citatos Doctores. Quæ omnia supradicta ita vera existimo, vt firmiter teneam contra Malderum, Ledesnam, & alios, virum posse irritare votum vxoris non petendi, nec exigendi debitum. Sic Sanchez *vbi supra, num. 10. & 11.* Sic etiam poterit maritus irritare votum, quod facit vxor de opere faciendo tempore soluti matrimonij, si maritus moriatur, & ideo potest irritare votum vxoris de ingredienda Religione post mortem mariti. Item potest irritare vota vxoris emissa ante matrimonium. Quæ omnia militent etiam in marito secundi matrimonij, qui

potest irritare vota, quæ fecit vxor tempore matrimonij. Et hæc omnia Sanchez *vbi supra, quodquid in contrarium asserat Pontius de matrim. lib. 10. cap. 17. num. 5. & seq.*

RESOL. CCXVIII.

*An vir possit irritare votum castitatis de viro licentia emissum ab vxore, ita vt non solum possit petere debitum, sed defuncto marito aliud matrimonium inire? Ex quo sequitur mulierem venientem non iniri aliud matrimonium, si marito superstiti, esse omnino liberam, si maritus tale votum irritet? Item virum posse irritare votum vxoris ingrediendi Religionem relatum ad tempus soluti matrimonij? Sed quaritur, an vir possit irritare votum ingrediendi Religionem ante consummatum matrimonium consummatum? Et notatur virum non posse absolute irritare vota vxoris ante matrimonium emissa, sed solum suspendere executionem? Et negatur virum posse irritare, si maritus consensu cum vxore castitatemauerint, ita vt simul venienterint iniri petendi? Ex part. 4. tract. 4. & Miles. Ref. 110.*

§. 1. **D**e hoc casu interrogatus opinione emissa. Sicut in matuatum probabilem esse dixi, et sic in principio quòd omnia vota, etiam castitatis emissa ab vxore constante matrimonio, possunt irritari à marito, quamvis sint emissa tanquam implenda tempore soluti matrimonij, quia voluntas vxoris non solum quoad materiam, sed etiam quoad hunc subiectum, sique viri eam gubernare & dirigere, vt quo sequitur quòd ea vota irritata nunquam reuocantur, & proinde mulier cuius votum castitatis à viro est irritatum, possit absque peccato debitum petere, quia per hanc irritationem ius voti omnino est extinctum. Secundo sequitur quòd talis defuncto marito possit licite aliud matrimonium inire. Tertio sequitur mulierem venientem non iniri aliud matrimonium si marito superstiti, esse omnino liberam si maritus tale votum irritet, & hæc omnia præter Sanchez & alios, quos alibi adduxi, tenet etiam Ioannes Præpositus in 3. *part. D. Thome, quest. 6. de boni matrimonij, dub. 20. num. 153.* qui num. 54. etiam tenet cum Sanchez virum posse irritare votum vxoris ingrediendi Religionem relatum ad tempus soluti matrimonij, quia etiam quoad tale votum potest à marito dirigi, atque adeò si irritetur, mulier mortuo marito potest aliud matrimonium inire, & licet neget Sanchez posse virum irritare votum ingrediendi Religionem ante consummatum matrimonium emissum, tamen hoc secundum Præpositum, videtur minus conformiter dictum, si potestas irritandi vota vxoris oritur ex leuitate, imprudentia & facilitate muliebri in votis emittendis, nam inde sequitur, quòd non minus possit hoc votum irritare quam alia, cum eadem subit causa. Quod confirmatur, quia propter hanc causam pater potest irritare votum filij impubertis de ingressu Religionis, nec valet dicere quòd Prælatum non possit irritare votum subditi de ingressu strictioris Religionis, quia id non potest, quòd ei inire prohibetur; in presenti autem nihil simile habemus, ergo &c.

2. Notat etiam idem Præpositus quòd Sanchez censet virum non posse absolute irritare vota vxoris ante matrimonium emissa: sed solum suspendere executionem, quòd etiam secundum mentem Præpositi non videtur conformiter dictum, nam si vir

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III



pet matrimonium ita fiat superior vxoris, vt propter muliebrem leuitatem possit eius voluntatem gubernare & dirigere, potest non solum suspendere vota ante emissa, sed etiam irritare; quemadmodum superior potest irritare vota sui Religiosi emissa ante professionem, & ideo procedendo iuxta principia asserendum omnia vota vxoris facta sine licentia viri ab eodem posse irritari, & irritata non reuiuiscere.

3. Nota etiam hic primò quòd supradicti Doctores censent non solum vota emissa sine licentia viri, sed etiam emissa ex licentia eiusdem de viro irritari posse, quòd extendunt ad votum continentiar, quia concedendo vxori facultatem vouendi, non ademit sibi potestatem irritandi, aliqui tamen censent eo casu irritantem sine causa mortaliter peccare: sed probabile est quòd peccet solum venialiter, inconstanter retrahens quòd concesserat.

4. Nota secundò quòd Sanchez negat virum posse irritare si mutuo consensu cum vxore castitatem vouerint, ita vt simul renuntiauerint iuri petendi, quòd si ita intelligatur vt nulla sit irritatio secundum mentem Præpositi, videtur minus probabile; si verò solum velit, quòd non possit licite, vera videtur eius sententia, & hæc omnia transcribere volui à Ioanne Præposito, quia eius codex rarus est, in gratiam Confessoriorum, & responsoꝝ casuum conscientiar, qui ex supradictis à multis angustiis circa vxorum vota immunes erunt, cum facile ab eorum viris licite irritari possint modo quo supra dictum est.

RESOL. CCXXIX.

An quando uterque coniux ex communi consensu castitatem vouit, possit propter periculum incontinentiar, Episcopus dispensare, vt petans, & reddat debitum? Et notatur commutationem huius voti in tali casu non posse fieri virtute Bullæ Cruciatæ, quòd idem est dicendum de priuilegiis Regularium? Etiamque queritur, an Episcopus possit dispensare in voto castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 125.

§. 1. CASus est multum practicabilis, & affirmatiuam sententiam olim docui, & nunc iterum doceo cum Basilio Pontio de matrimon. lib. 8. cap. 9. num. 2. vbi sic ait. Ex hac doctrina colligitur quid sentiendum sit in illa quæstione, an possit Episcopus dispensare in voto castitatis absolute emisso post contractum matrimonium & consummatum; cuius quæstionis varias species recenset Sanchez lib. 8. disp. 1. sed sine fructu; quare ego ita vniuersè statuo, siue hoc votum sit emissum ab vno tantum coniuge de consensu, aut sine consensu alterius, siue ab vtroque coniunctim, aut seorsim, vel per modum contractus, si adest periculum incontinentiar, dispensare potest Episcopus ad petendum & reddendum debitum. Ducor in hanc sententiam ista consideratione, quia si tantum vnus emisit, & alter non vult ad Religionem transire, semper habet ius petendi, & ille qui vult obligationem reddendi, & eiusmodi votum non fuit absolute castitatis, sed non petendi, neque enim potuit contra ius tertij se ad omnimodam & perpetuam castitatem obligare. Similiter si vterque quomodocumque vouerit, si voluerit in sæculo remanere & cohabitare, cum sit mortaliter certum periculum incontinentiar, & non possit ita breuiter adiri Pontifex, est legitima & iusta causa dispensandi; Nam ex eo quòd vterque vouerit, neuter amittit ius iustitiæ ad corpus alterius, licet sit impeditum vinculo Religionis. Ita Pontius. Vide etiã Agidiũ de Trullench in Bull. Cruc. l. 1. §. 7. c. 3. dnb. 15.

n. 16. vbi notat n. 19. commutationem huius voti in tali casu nõ posse fieri virtute dictæ Bullæ, quia facultas hæc in hoc casu nõ competit Episcopo modo ordinario & communi, sed ex quodam tacito consensu Papæ, & benignacius voluntate interpretatiua: at quæ in iis casibus conceduntur Episcopis, non censentur per Bullam concessa. Ergo, &c. quòd idem dicendum est de priuilegiis Regularium, nam per ea non possunt dispensare in eo casu de quo loquimur, vt probat Pontius lib. 8. c. 10. n. 11. Suarez de voto lib. 6. c. 26. n. 17. Sanch. in summ. to. 1. lib. 4. c. 43. n. 7. & alij.

2. Sed hic obiter querere non desinam, an Episcopus possit dispensare in voto castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem? Negatiuam sententiam docet Sanchez de matrimon. tom. 3. lib. 8. disp. 11. num. 4. sed aduersus illum insurgit nouissimè Basilius Pontius vbi supra, lib. 8. cap. 9. num. 3. quia talis etiam si sit intra bimestre, non tenetur Religionem ingredi, etiam si habuerit animum ingrediendi cum vouit, sed potest ab eo animo desistere, in quo vides iam esse notum periculum incontinentiar; ergo potest Episcopus dispensare. Cæteras rationes aduersus Sanchez adducit Pontius quas penes ipsum videbis.

RESOL. CCXX.

An coniuges, qui communi consensu votum Religionis emiserunt post contractum matrimonium, peccent mortaliter prima vice consummando?

Et quid, si vnusquisque voueat Religionem dependenter ab alterius in Religionem ingressu?

Et quid est sentiendum, si vnusquisque voueat Religionem non quidem dependenter ab alterius in Religionem ingressu, sed dependenter ab eius voto, eo quòd promiserit Religionem ingredi, si alius similem præstiterit promissionem, promissione ab vtroque facta, an quilibet teneatur Religionem ingredi, esto alius non ingrediatur?

Et an qui castitatem vouit, diuortio legitimo facto, possit coniugi adultera reconciliari? Ex pat. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 2.

§. 1. NEGatiuè respondet Texeda tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 12. num. 109. Quia, quando ambo coniuges communi consensu votum post matrimonium initum emiserunt Religionis, quamuis illud prima vice post votum factum consumment, possunt tandem matrimonio consummato, votum implere ex communi placito ad Religionem transfendo, sicut antea: nam per consummationem non facti fuerunt inhabiles ad Religionis ingressum.

2. Nec obstat dicere, quòd si vnus solus coniux post matrimonium ante eius consummationem votum fecit Religionis, si prima vice consummet, peccat mortaliter, quia per illam consummationem factus est impotens ad implendum votum: ergo, si ambo coniuges, etiam ex communi placito, post matrimonium contractum ante eius consummationem, prima vice consumment, peccant mortaliter; quia efficiuntur impotentes ad implendum votum. Respondedo, negando consequentiam. Ratio est: quia coniux, qui post matrimonium initum Religionem vouit, tenetur implere votum, vt notum est. Si autem prima vice consummet, manet impotens ad implendum votum, siue petendo, siue reddendo, & contra votum consummando fecit, idèd peccauit mortaliter: quando coniuges autem ex communi placito, post matrimonium initum, votum fecerunt Religionis, per illam primam consummationem non facti sunt impotentes ad implendum suum votum, cum ex vtriusque consensu possint Religionem ingredi, & idèd non est eadem ratio vtriusque.

3. Verum

Sup. hoc lege doctrinam Ref. annot. primæ huius Ref. in fin. & si placet §. annot. seq. & alterius §. eius not. Sup. hoc vide doctrinam Ref. not. seq. & alterius Ref. eius not. pro isto casu. Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. ex lata doctrina Ref. 76. signanter §. vlt. Sup. hoc supra ex doctrina Ref. 158. §. Et idèd, sed lege eam à principio.

Quid est faciendum sup. hoc inuenies in Ref. seq. & in alia eius primæ annot.

Sup. prima & secunda, diff. huius tituli. in to. 4. tr. 3. Ref. 110. §. Et hæc à lin. 4. Vique in finem Ref. & in alia Ref. & vers. eius not.

Docuit in Ref. §. & vers. not. præterit.

Sup. hac qu. in tom. 4. tr. 3. Ref. 109. §. in fin. & si placet lege etiã doctrinam §. eius annot. primæ.

si sed qu. not. p. 137.

3. Verum mihi magis placet sententia Coninch de Sac. disp. 34. dub. 7. n. 87. adhibita distinctione: si enim vnusquisque voueat Religionem dependenter ab alterius in Religionem ingressu, non peccat matrimonium consummando: quia nemo obligatus fuit Religionem ingredi, nisi altero ingrediente. Quod si vterque nolit ingredi, vterque liber est ab obligatione: siquidem deficit conditio ad voti obligationem necessaria. At, si vnusquisque voueat Religionem, non quidem dependenter ab alterius in Religionem ingressu, sed dependenter ab eius voto, eod quod promiserit Religionem ingredi, si alius similem praestiterit promissionem, promissione ab vtroque facta, quilibet tenetur Religionem ingredi, esto, alius non ingrediatur: quia apposta fuit conditio ad obligationem voti requisita. Quo casu manifestum est, vtrumque mortaliter peccare, matrimonium consummando, cum exponantur euidenti periculo votum non exequendi; vel quia alter nolens Religionem intrare, compartem cogit ad secum cohabitandum; vel, quia ex copula habita redduntur impotentes ad ingressum, si forte filius concipiatur.

4. Verum, si post consummatum matrimonium, Religionem ex mutuo consensu voueant, nemo tenetur Religionem ingredi alio non ingrediente, nisi forte vxor senex sit, & de incontinentiae periculo minime suspecta. Quo casu solum peccat ille, per quem stat, quominus votum impletur, alius nempe impotentia excusatur. At si nolens ingredi moriatur, vel occasione diuortij dederit, alter obligatur ingredi, si Religioni aptus sit. Quandiu vero non ingrediuntur, copula vacare possunt, nisi periculum sit concipiendi, ob quam causam impediuntur à Religionis ingressu, sicuti haec omnia notauit Coninch disp. 34. dub. 7. n. 93. & consentit Basilius lib. 10. c. 5. n. 20.

5. Sed, si aliquis hic quaerat, an qui castitatem vouit, diuortio legitime facto, possit coniugi adulterae reconciliari? Sanchez lib. 9. disp. 35. num. 28. asserit, praedictum votum castitatis non impedire, quin vouens coniugi adulterae reconcilietur, illique debitum reddat; eod quod nunquam fuerit factum de debito non reddendo, sed non petendo: quippe censendum est factum iuxta praesentem statum, in quo nequaquam obligari poterat ad non reddendum. Haec, inquam, sententia mihi nullo modo probatur; aliàs sic vouens absolute castitatem, posset mortua coniuge aliud matrimonium inire, quod Sanchez non concedit. Signum ergo est sub voto comprehendisse eam castitatem, quam sine prauidicio coniugis praestare posset; atque adeo obligari, tum ad non petendum debitum, tum ad non reddendum, quando licite abstinere à redditione potest, tum ad non contrahendum matrimonium coniuge mortua, vt recte tradit Coninch dicta disp. 34. dub. 6. n. 50. Basilius Pontice supra, n. 19. quibus adde Castrum Palaum tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 7. n. 9.

RESOL. CCXXI.

An vir consentiens, vt vxor Religionem ingrediatur, ipse enim etiam ingredi debeat, & an sufficiat, vt sumat habitum Equitum D. Ioannis?

Et in praedicto casu an liceat etiam feminis Monasterium S. Iacobi ingredi, & in eodem Ordine proficere, & ita satisfaciens sua obligationi? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 242. aliàs 243.

Sup. hac doctrina in §. 1. Ref. seq.

§. 1. **P**lura, & curiosa quaestio, ad quam assero certum esse, vt sit licitus ingressus alterius coniugis post matrimonium consummatum in Religionem, minime sufficere licentiam alterius manentis in saeculo, sed si manens in saeculo sit senex, & absque

incontinentiae suspitione, desiderari vt votum castitatis emittat, si autem iuuenis, id non sufficere, sed opus esse, vt pariter Religionem ingrediatur, vt habetur in c. cum sis, de conuer. coniug. & cap. vxor auarus. hoc supposito tanquam certo, difficultas est, an in tali casu sufficiat, si vir assumat habitum Religionis Equitum Melitenium. Negatiue respondit Sanchez de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 32. n. 4. in fin. vbi dicitur ait. Nec fat est si profiteatur vel assumpserit habitum Equitum D. Ioannis, quia ea sit perfectio solennis, ac ij contrarium petitur in c. vxor auarus, de conuer. coniug.

2. Sed his non obstantibus, affirmatiua sententiam docet Basilius Pontius de matr. lib. 9. c. 12. n. 3. vbi sic asserit. Cum ergo vno coniuge ingredere Religionem, alter si iuuenis est, ingredi etiam Religionem compellitur, non quidem ingrediatur, vt ibi tantum degat tanquam in aliquo honesto loco recedens, vt seruet continentiam, sed vt verè profiteatur. Sufficiet autem ingredi Religionem sancti Ioannis, quod immerito negat Sanchez, confutetur ex praes. & ego vidi sic seruati. Femines etiam licebit monasterium sancti Iacobi ingredi, & in eo ordine proficere, & satisfaciens suae obligationi. Ita Pontius satis quidem probabiliter, na vt alibi ex auctoritate multorum Doctorum probauimus, votum ingrediendi Religionem impletur, ingrediendo dictam Religionem D. Ioannis.

RESOL. CCXXII.

An mulier quinquagenaria dicatur senex, vt oir possit proficere Religionem, remanente illa in saeculo cum voto castitatis?

Et notatur quod ad Episcopum spectat despicere parum vxor in his casibus extra incontinentiam periculum existat?

Et an dicta licentia adhibenda sit ex praescripti naturae, vel ex consuetudine?

Etiamque aduertitur, quod si coniux ingredi Religionem, vt proficatur, sufficere, si ingrediatur Religionem S. Ioannis?

Et an ingrediente vxore in Religionem, possit vir senex remanere in saeculo cum voto castitatis perpetuae?

Et docetur virum, vt manens in saeculo dicatur praesens aetatis, sexagenarium esse debere, vel eam aetatem, quae ex praes. valetudine ibi aetati respondeat? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 73.

§. 1. **D**e hoc casu his diebus interrogatus fuissimus cuius decisione suppono, non licere solum consensum coniugis, vt alteri licitum sit Religionem ingredi, sed requiritur vt quod ambo ingrediantur, vel qui in saeculo mansurus est, & votum perpetuae continentiae editurus, ea sit aetate, vt extra periculum incontinentiae esse videatur. Ita determinatur in cap. cum sis, & cap. Apostolica, de conuer. coniug. & docet Villalob. in sum. 20. 3. r. 13. d. ff. c. 4. n. 2. Hurtado de matr. disp. 11. diff. 9. n. 28. Reginald. 10. 2. lib. 31. c. 4. n. 40. Henricus lib. 11. c. 8. n. 9. in glossa lin. l. Gratianus in discept. forens. c. 102. n. 1. & 27. cum aliis communiter.

2. Difficultas est, quoniam aetas senectutis sufficiat vt coniux non egeat Religionis ingressu, sed possit in saeculo manere castitatis voto altitudo, vt alter coniux legitime ad Religionem transeat?

3. Prima opinio est Basilij Pontij de matr. l. 9. c. 12. n. 3. qui putat hoc arbitrarium esse, & et ceteris stantiis personae, valetudinis, roboris, & anteaetate vitae considerandū & definiendum esse, nam quomodo in aliis legibus, quae communitati imponuntur, vt in priuilegio lactancia comedendi, non reuertuntur, & Diaconissarum

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

Diaconisatum aetate determinetur senilis aetas ad sexaginta annos, quia leges illae fundantur in praesumptione ut plurimum, attamen in hoc casu cum sit specialis dispositio huc tantum respiciens, unumquodque iudicandum est ex propriis circumstantiis, & ideo non potest certa regula definiti. Hec Pontius.

4. Secunda opinio est Aloylij Bariole in aphorismis. *M. ver. maritus sexagenarius Riccius part. 2. decis. 131. & 135.* Bartholomaei à S. Fausto in *thesaur. Relig. lib. 5. q. 55.* Dominici Soto in *4. sem. dist. 27. q. 1. art. 4. §. praeterea contra eandem primam concl. & dist. 38. q. 1. art. 2. concl. 2. & 3.* Cordub. q. 178. Azorij *tom. 1. lib. 18. cap. 14. q. 11.* & aliorum, asserentium foeminam dici senem quoad hunc effectum, quando est sexagenaria, quia, ut satis apud DD. firmatum est, sexagenarios neque ad ieiunium obligari, neque teneri cum Bulla abstinere à lacticiis, quia in tali aetate dicuntur senes.

5. Tertia opinio, quam ego probabilem & tutam in praxi esse existimo, ut superiores, asserit, foeminam quinquagenariam esse senem quoad hunc effectum, & ita docet Sanchez *de mari. 10. 2. lib. 7. disp. 32. n. 15.* quem citant & sequuntur nouissimè Io. Gutierrez, & August. Barbosa, ille in *tr. de mari. c. 91. n. 2.* hic in *collect. to. 1. lib. 3. tit. 12. cap. 4. n. 4.* vbi sic asserit. Credite merito Sanchez foeminas quinquagenarias esse senes quoad hunc effectum, qui attento breviori cursu vitae illarum, ac celeriori senectutis aduentu, tam senex est mulier quinquagenaria, quam vir sexagenarius, quod communis aetiam testatur, & libidinis ardor ita repescit in illa, ac in hoc etiam in ea aetate est sterilis, & communiter verè senex tunc appellatur, & de suspitione incontinentiae libera creditur. Ita Barb. Vide etiam Bonac. *de matrim. in nouiss. editione q. 3. punct. 4. n. 12.* hanc etiam sententiam docentem, & Fillucium *tom. 1. tr. 10. part. 2. c. 4. num. 133.*

6. Notandum est tamen hic quod ad Episcopum pertinet dispicere virum vxor in his casibus extra incontinentiam periculum existat, quare conuenit ab eo licentiam petere, ut colligitur ex *c. si vir & vxor. 27. q. 2.* & notauit Glossa. in *cap. 1. de conuer. coniug. verb. reuocari*, sed an dicta licentia adhibenda sit ex praeepti necessitate, negat Sanchez *lib. 7. disp. 32. n. 2.* sed affirmat Richardus in *4. dist. 32. art. 2. q. 3. gloss. cit. verb. reuocari*, & ita in praxi obseruatur, teste Laym. *loc. cit.* Verum Pontius *vbi infra n. 2.* putat circa licentiam petendam ab Episcopo iam vlti abolitum esse praeeptum si quod extitit, neque etiam consuetudine receptum est, ut petatur Episcopi licentia. Sic ille; & post illum Gutierrez *vbi supra n. 4.* Sed ego non recederem ab affirmatiua sententia quam praeter Sanchez ex notericis docet Rebellius *lib. 3. q. 4. n. 11.* & Bonacina *vbi supra*.

7. Non desinam tamen hic adnotare quod si conflux ingreditur Religionem vt profiteatur, sufficere si ingreditur Religionem S. Ioannis, vnde ego in facti contingentia consului foemina ingrediente ad profutendum in monasterio Monialium, potuisse virum se militem S. Ioannis efficere, & ita hanc opinionem docet in terminis Basilius Pontius *de mari. lib. 9. cap. 12. n. 3.* vbi sic ait. Cum ergo vno coniuge ingrediente Religionem, alter sit iuuenis, ingredi etiam Religionem compellitur, sufficit autem ingredi Religionem S. Ioannis, constatque ex praxi, & ego vidi sic seruari. Ita Pontius, contra Sanch. *lib. 7. disp. 32. n. 4.* negatiuam sententiam docentem, qua nouissimè sequitur Faustus in *thesaur. Relig. lib. 5. q. 58.* sed, ut dixi, opinio Pontij est probabilis, & vt talem illa tenent multi viri docti de hac re à me consulti.

8. Et tandem pro coronide huius resolutionis quero, an ingrediente vxore in Religionem, possit vir senex remanere in saeculo cum voto castitatis perpetuae, sicuti de vxore dictum est *supra*. Affir-

Tom. 11.

matium sententiam docet Basilius Pontius *loc. cit. num. 1.* vbi sic ait. Si consentiat vir vt vxor Religionem ingrediatur, ipse etiam ingredi debet, neque potest in saeculo remanere, nisi fortasse vir sit adèd prouecta aetatis, vt in saeculo sine periculo permanere possit, vel nisi vir creetur Episcopus. Ita ille.

9. Sed aduersus illum insurgit nouissimè Galpar Hurtado *tract. de matrim. disp. 11. difficul. 9. n. 8.* vbi sic ait. Conueniunt Doctores neutrum coniugum posse Religionem ingredi, nisi uterque ingrediatur, vt exprimitur in *cap. vxoratus*, vbi excipitur posse maritum ingredi, non ingrediente vxore, quando vxor est senex, & non suspecta de incontinentia, si castitatem voueat; nullibi tamen excipitur posse vxorem ingredi, non ingrediente marito, quamuis prouecta aetatis, & potentis manere in saeculo absque periculo, & ideo Basilius absque fundamento excipit, quod id possit vxor in casu dicto. Sic Hurtado. Sed immerito quidem asserit Pontium loquutum fuisse sine fundamento, nam opinio Pontij determinatur in *cap. ad Apostolicum, de conuers. coniug. vbi* de alterutrius coniugis ingressu sic deciditur. Non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat, sed & vitam debet mutare, nisi forte sit eius aetatis, vt sine suspitione incontinentiae valeat in saeculo remanere; sic textus ibi ex quibus verbis clarè apparet contra Hurtadum, quod non solam vxor, sed etiam vir potest in saeculo remanere, si sit senex, & sine incontinentiae periculo, vt optime docuit Pontius. Vide etiam Layman *lib. 5. tr. 10. part. 5. cap. 7. num. 2.* Sanchez *lib. 7. disp. 32. num. 2.* & Bonaciam *de matrim. in nouiss. edit. quasi. 3. punct. 4. num. 12.* qui etiam docet virum, vt manens in saeculo dicatur prouecta aetatis, sexagenarium esse debere, vel eam aetatem quae ex prava valetudine illi aetati respondeat, ita vt à periculo incontinentiae credatur ratione aetatis abesse, quod vltimum est valde notandum. Vide etiam Fillucium *tom. 1. tr. 10. part. 2. cap. 4. num. 133.*

RESOL. CCXXIII.

An possit maritus iura conscientiae interficere vxorem in adulterio deprehensam? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 2. 22. aliàs 223.

§. 1. **A**liqui affirmatiuè respondent, vt Castillo in l. 82. *Tauri, n. 6. in fin.* & ibi Antonius Gom. *n. 52. in fin. & l. 76. in fin.* Menchaca *de success. creat. §. 7. n. 22. & vsufreq. c. 8. & illustr. c. 94. num. 4.* Azevedus *li. 8. tit. 20. leg. 1. in fin. & lib. 4. tit. 10. leg. 1. num. 21.* Et ratio est, quia tunc maritus id non efficit tanquam priuata persona, sed tanquam minister iustitiae, ex *l. merito, ff. de adulteris*, & ex *leg. Gracchus eotis, nec valet dicere has leges esse iniustas*; nam, vt ait Lessius, mirum est tot praecleara ingenia Graecorum, & Romanorum hanc iniustitiam tot saeculis non vidisse, eamque legibus, & moribus à tempore Solonis probasse. Deinde eadem leges redactae sunt in Codicem Iustiniani Principis Christiani, & à reliquis Principibus, & Iuriconsultis Christianis acceptatae. Igitur in tali casu publicum ius istarum legum maritos ministros mortis efficit, illisque facultatè tribuit, vt in flagranti possint vxores occidere, non secus ac si post causae cognitionem, & sententiam latam, illos exequenda mortis ministros destinaret, deputat enim maritum tanquam ministrum publicae auctoritatis iustae executioni. Atqui id quidem rectè fieri posse lege lata, etiam inaudita adultera, quia notorius ex-

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. ex lara doctrina Ref. 225. signanter post medium, à verè. Quamuis verum sit. & in fine §. 2. & legq. di. atz Ref.

R c cellus

cessus examinatione non indiget, *cap. bona, de elect.* quando enim crimen notorium per deprehensionem, ac nullatenus excusari potest, nec est necessaria citatio, nec sententia ad pernam irroganda.

2. Unde ex his rationibus motus hanc sententiam Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 5. num. 16.* iudicat probabilem, ut aduertit Basilius Pontius *de matr. lib. 9. cap. 15. num. 20.* qui in *num. 4.* testatur huic opinioni subscripsisse suo tempore multos Theologos Salmanticenses, quorum alij veram, alij probabilem, & omni censura liberam asseruerunt. Adde etiam, quod licet Magister sacri Palatii correxerit Emanuellem Saz. asserentem hanc sententiam esse probabilem, tamen Index Hispanus librorum prohibitorum à supremo Inquisitionis Consilio editus illam minime reprobatur.

3. Sed his non obstantibus, hanc sententiam ipse Pontius improbabilem, & falsam esse existimat, & illam etiam reprobant. 48. Doctores, quos citat, & sequitur Batbola in *collecl. tom. 4. part. 2. caus. 33. quest. 2. cap. inter hac*, ubi Nicolaus scribens à Berio Archiepiscopo dicit, non licere secundum Ecclesiasticas leges uxorem adulteram interficere. Cæteras verò rationes videbis apud Pontium, qui respondet ad argumenta contraria, sicut etiam facit Lessius *ubi supra*. Unde non est amplius de hoc dubitandum, nam ex contraria sententia daretur occasio occidendi impunè quemlibet, fingendo quod cum uxore voluerit commercium habere, & exponeretur manifesto periculo animæ, sic interfectorum salus, qui capi possunt, accusari, & per iudicis sententiam puniri. Igitur prima opinio proforsus non est tenenda.

#### RESOL. CCXXIV.

*An propter adulterium occultum valeat quis, secluso scandalo uxorem in foro conscientie dimittere?*

*Et an si uterque coniux sit reus adulterij, nemer possit ab altero diuertere?*

*Et quid si vnus crimen sit publicum, & alterius occultum?*

*Et an si innocens post factum diuortij commisit adulterium, teneatur alterum coniugem emendatum iterum ad thorum admittere, & ad instantiam alterius?*

*Et notatur, quod si præcise sententia Iudicis Ecclesiastici de diuortio, hoc non obstante innocens quamdiu non renuat statum, habet ius liberum ad reuocandū ad se nocentem, si velit, unde non potest dicitur nocens, inuito, aut inconsulto innocenti ad Religionem transire, vel sacris Ordinibus initiari, nec votum simplex castitatis emittere, & etiam si professus sit, vel sacris Ordinibus initiatus, vel votum emisisset, potest reuocari ab innocente, & votum irritare.*

*Et offeritur, quod si dictus nocens se omnino emendasset, sapiusque, ac instanter petisset reconciliationem, & innocens absolute eam negasset, posset Religionem, aut Ordines suscipere, quia innocens in tali casu est irrationabiliter iniurius? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 256. alias 257.*

§. 1. **N**egatinè respondet Basil. Pontius *de matr. lib. 9. c. 18. n. 6* qui citat Qvum Thomam, Richardum, Bonauenturam, Turrecrematam, & alios; & ratio præcipua est, quia lex quæ prohibet separationem coniugum etiam fornicationis causa, ante prohibitionem, & Ecclesiæ iudicium, data est iure optimo, ut occurratur hominum malitiæ, & fraudi, cumque eiusmodi leges in præsumptione fundentur, & præsumptiones vltimum non deficiant, non cessat eorum obligatio, etiam si in aliquo particulari casu deficiat præsumptio, & ratio legis. Et ita hanc sententiam docet etiam Ioannes de

la Cruz in *direct. par. 2. de matr. q. 5. dub. 4. concl. 2.*

2. At hic non obstantibus, contraria sententia mihi magis placet. Dico igitur, quod quando adulterium est occultum, ut probari ab innocente non possit, posse illum non expectato Ecclesiæ iudicio in partes longinquas, seculo tamen aliorum secundo. Et ita docet Rebilius *part. 2. lib. 2. quest. 77. n. 2. Coninch ubi infra. Villalobos in sum. tom. 1. lib. 10. difficult. 3. num. 4. Sanchez de matr. tom. 1. tract. 3. disput. 11. num. 12. Sotus in 4. distinct. 3. quest. 10. art. 3. & ex veteribus Paludanus in 4. distinct. quest. 1. art. 3. concl. 3.* Et ratio est, quia vir in foro conscientie, sublato scandalo, sibi ius dicere potest, cum defectus probationis non sit ex culpa sua. Cæteras rationes videbis apud Paludanum, & apud Pontianum in *cap. fori, de adulterij*. Ad argumentum verò Pontij respondeo, quod quando lex fundatur in præsumptione, si deficiat in casu particulari lex illa non obligat: vide ea quæ adduximus in *part. 1. ar. 10. de legib. resol. 27. & 28.*

3. Sed hæc omnia intelligenda sunt in foro conscientie, vt diximus; nam quod forum exterius talis separatio non permittitur, nisi adulterium sit notorium, iuxta *cap. significasti, & cap. peris, de diuortijs.*

4. Notanda sunt tamen aliqua hic obiter. Primum si uterque coniux sit reus adulterij, neuter potest ab altero diuertere, vt patet ex *d. c. significasti, de diuortijs*, quia compensatur mutua iniuria. Nec refert veterius commiserit crimen, aut quod vnus carpius altero, aut quod vnus crimen sit publicum, & alterius omnino occultum, & coniugem lateat, quia uterque verè fidem matrimonij fregit, soli autem innocenti conceditur diuortium. Ita Coninch *de sac. disp. 3. dub. 2. concl. 3. n. 32* Rebilius *ubi supra. n. 6.* & alij. Unde vt plurimum ex hoc capite multi illicitè diuortium petunt, quod est valde notandum à confessoribus. Licet etiam illud quod aduertit Coninch *loc. cit. num. 3.* Scilicet nempe si innocens post factum diuortium commiserit adulterium; teneatur alterum coniugem emendatum iterum ad thorum admittere, & ad instantiam alterius, vt notat etiam Rebilius *num. 9.* compelli poterit ad id à Iudice.

5. Secundò notat, quod si præcise sententia iudicis Ecclesiastici de diuortio, hoc non obstante innocens quamdiu non mutat statum, habet ius liberum ad reuocandū ad se nocentem si velit; unde non potest dicitur nocens, inuito, aut inconsulto innocenti ad Religionem transire, vel sacris Ordinibus initiari, nec votum simplex castitatis emittere, & etiam si professus sit, vel sacris initiatus, vel votum emisisset, potest reuocari ab innocente, & votum irritare. Et hæc omnia docet Basilius Pontius *de matr. lib. 9. cap. 19. n. 1. & 4. cum aliis.*

6. Verum Coninch *de sacram. disp. 35. dub. 5. concl. 4. num. 26.* asserit, quod si dictus nocens se omnino emendasset, sæpiusque ac instanter petisset reconciliationem, & innocens eam absolute negasset, posset Religionem, aut Ordines suscipere, quia innocens in tali casu irrationabiliter est iniurius, non enim habet ius, vt alter cogatur perpetuò de suo statu incertus manere, nec possit animæ suæ aliquem statum suscipiendo consulere.

#### RESOL. CCXXV.

*An vir teneatur dimittere uxorem adulterantem, & perseverantem in adulterando?*

*Et quid dicendum est de uxore quondam virum adulterantem, & perseverantem in adulterando?*

Et

Et an peccet maritus mortaliter, si uxorem in adulterando perniciter perseverantem non dimittit. si ad-  
 fu periculum incertitudinis prolis sustinendique fal-  
 sum heredem? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 40.

Sup. hoc inf.  
 in Ref. 232.  
 §. Nota ter-  
 tid.

§. 1. **A**ffirmative respondet Texeda tom. 1. lib. 4.  
 tract. 11. controu. 13. n. 71. & seq. Quia ex  
 natura rei tenetur vniquisque auferre scandalum,  
 quo scit, & cognoscit ex sua actione, aut cessatione  
 actionis, quam exercere non tenebatur, fore origi-  
 nandum: sed ex eo quod maritus non recedebat ab  
 vxore in adulterio perseverante, sequitur scanda-  
 lum, cum non illam a se repellendo præbeat occa-  
 sionem suspicandi ipsum esse adulterij participem, &  
 ex consensu eius vxorem in adulterio perseverante:  
 ergo tenetur maritus conscius adulterij sub mortali  
 culpa recedere ab vxore adultera. Probatur, quia  
 vniquisque lege correctionis fraternæ peccata proxi-  
 mi vitare non tenetur per media conuenientia, &  
 salubriora, quibus meliori modo possibili lucreret  
 fratrem in peccato mortali existentem: ergo mari-  
 tus, cum sit vxoris caput, cuius est eam dirigere, &  
 gubernare strictius tenetur ex vi præcepti correctio-  
 nis fraternæ eius fornicationem impedire, eam a do-  
 mo pellendo, si ex tali repulsa fuerit spes, vt vxor  
 illa emendet vitam. Confirmatur, quia præceptum  
 correctionis fraternæ omnes obligat: ergo etiam  
 obligat maritum in ordine ad vxorem in adulterio  
 perseverantem, vt utatur medijs possibilibus, & ne-  
 cessarijs ad lucranda illam: sed medium possibile,  
 & necessarium ad lucranda vxorem in sua fornicatione  
 perseverantem, est expellere eam à confortio suo,  
 si subit spes quod repulsa, & relicta à viro  
 emendabitur: ergo ad id tenetur ex meritis præ-  
 cepti correctionis fraternæ.

2. Verum negatiuæ sententiæ adhareo. Dico igitur  
 non teneri virum vxorem perseverantem in adul-  
 terio sub peccato mortali dimittere, nisi in rarissimo  
 casu. Probatur, quia in tali casu non tenetur ratione  
 adulterij quia id potest ei remittere, vt dicitur in cap.  
 quemadmodum 25. de iur. iur. Neque ratione corre-  
 ctionis fraternæ, quia huic obligationi satisfaciet, cā  
 adiuuando, & moderatè prout potest puniendo,  
 quia vxorem dimittere, est medium viro nimis in-  
 commodum, ad quod ratio correctionis nõ tenetur,  
 quia sic tenebitur, cælebs viuere, & solus domũ  
 regere, & eius infamia manifestior fiet: imò id  
 vxori est periculosius, quia vxor quæ sæpe reprehensa,  
 & punita non emendatur, liberius viuet, si di-  
 mittatur: neque tenetur ratione vitandi scandali,  
 quod erit suspicandi ipsum coniuere, & patrocinari  
 adulterio vxoris, si cum ipsa inhonestè viuente co-  
 habitet: quia ad id vitandum non tenetur cum dicto  
 incommodo, cum ad id sufficiat, quod ita reprehendat,  
 puniat, & custodiat, vt id intelligant vicini: vnde  
 quod dicitur in cap. si vir, & Pron. 18. tantum intelli-  
 gitur, quando vir pacificè, & quietè cohabitatur cum  
 dicta vxore. Addimus non teneri, nisi forsan rarissi-  
 mè, quia quando dimissio sit apta ad emendationem  
 abque inconueniente, aut ad vitandam dictam  
 suspicionem, & marito nõ sit valde incommoda, &  
 non sit aliud medium sufficiens ad emendationem,  
 & ad suspicionem vitandam (quæ rarissimè coniu-  
 gentur) tenetur eam dimittere. Et hæc omnia præ-  
 ter Sanchez docet Caltrus Palus 10. 5. disp. 3. punct. 6.  
 §. 3. num. 3. Hurtadus de matrim. disp. 11. difficult. 4.  
 num. 15. Layman lib. 5. tract. 10. par. 3. cap. 7. num. 15.  
 Coninch de sac. disp. 35. dub. 3. Adversa de sac. matr.  
 q. 22. sect. 5. Perez de matrim. disp. 56. sect. 4. n. 4. & 5.

3. Sed videndum est, an saltem peccet maritus  
 mortaliter, si vxor è in adulterio preinaciter perse-  
 verantem non dimittit, si ad id periculum incertitudi-  
 nis prolis, sustinendique falsum heredem? In  
 Tom. 11.

qua difficultate affirmat Sanchez lib. 10. de matrim.  
 disp. 13. n. 12. non peccare mortaliter maritum non  
 dimittendo vxorem ob prædictam causam, neque ad  
 id teneri, etiam omni scandalo de medio sublato. At  
 contrarium docet Texeda vbi supra, num. 80. Nam  
 qui causam magni damni, & irreparabilis ruinæ dat,  
 damnum ipsum magnum inferre videtur, & ob id  
 mortaliter peccat: sed maritus retinens vxorem adul-  
 teram, & in adulterio perseverantem est causa magni  
 damni, & irreparabilis, quale est, vt adultera ex alio  
 viro suscipiat prolem, quæ cum nascatur in domo  
 mariti, tanquam filius proprius haberi debet, & quæ  
 iure hæreditario hæreditatem patris tanquam hæres  
 suus, & necessarius vindicabit, ac proinde si mari-  
 tus habuerit maioratum pinguem, in illo succedet  
 filius adulterinus: ergo, &c. Verum opinioni San-  
 chez adhaeret Palaus vbi supra iuncto num. 1. ibi: Si-  
 quidem ea retentione suis hæredibus, &c. Itaque in  
 tali casu non videtur obligari vir ad æerbo reme-  
 dio vt ad hoc periculum vitandum: nec eius culpæ  
 adscribi debeat ea incertitudo prolis, eo tenente,  
 & media sua adhibente, resultans: neque antiqui  
 Doctores ex hac ratione, sed tantum ex debito cor-  
 rectionis, & vitandi scandali eam obligationem im-  
 ponebant. Non videtur tamen negandum, vt optime  
 obseruat Aucta vbi supra, accedere posse, vt ex vna  
 parte non sit ad æerbum viro ab adultera vxore  
 recedere, & ex alia parte nimis graue damnum legiti-  
 mis successibus obueniat, si magnam hæredita-  
 tem adulterina proles arripiat: & ideo ex hoc capite  
 aliqua obligatio consurgat, licet etiam rarissimè hæ  
 omnes condiciones coniungi possint.

4. Sed quid dicendum de vxore quoad virum  
 adulterantem, & perseverantem in adulterando? Re-  
 spondeo à fortiori, vxorem multò minus teneri ad  
 dimittendum maritum adulterum in adulterio perse-  
 verantem. Patet quia neque ratione adulterij vt liquet,  
 neque ratione correctionis fraternæ, quia per hoc nõ  
 emendaretur: neque enim ea demissio, præterquam  
 quod esset maxime incommoda vxori, esset apta ad  
 emendationem viri, & mulieri non est virum corri-  
 gere, nisi precibus, & suauibus admonitionibus. Nec  
 denique ratione scandali, & vitandi suspitione con-  
 sensus vxoris, quia rarè præsumitur vxorem con-  
 sentire, & quando id præsumatur, facile poterit huic  
 præsumptioni alijs medijs occurrere. Quod si vxor  
 omnino crederet virũ esse emendandum, si ad tem-  
 pus illum diuerteret, & posset id facere sine vilo no-  
 tabili incommodo, ad id teneretur ex charitate: sen-  
 tio tamen vix vnquã esse talem spem; imò moraliter  
 semper esse timorem peioris exitus, si vir ab vxore  
 dimittatur. Ita Doctores citari pro nostra sententiã,  
 Palaus, Perez, Hurtadus, Coninch, quibus à fortiori  
 Adde Villalobos in sum. tom. 1. tr. 15. diff. 2. n. 7.

Sup. hoc inf.  
 in Ref. 232.  
 §. Quæ di-  
 sta.

RESOL. CCXXVI.

An ex adulterio publico oriatur dimortium, & ita vt possit  
 adultera Religionem ingredi?  
 Et an in hoc casu sit necessaria innocenti licentia, vel  
 an sufficiat, si id sciat innocens, nec contradicat cum  
 possit?  
 Et an si vxor, sententiã data à Iudice seculari de eius  
 adulterio, detrudatur in monasterium. si intra bien-  
 nium illius reclusionis vir illam non repetat, poterit  
 Religionem profiteri.  
 Et asseritur, vt supradicta adultera profiteatur in Re-  
 ligione, non esse necessarium, vt innocens etiam ad  
 Religionem transeat, vel votum castitatis emitat,  
 sed posse manere in sæculo a bique vilo voto,  
 Idem est dicendum, si innocens Religionem ingrediatur.  
 Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 61. alias 60.

Re 2 §. 1. Cura

Sup hoc inf  
in Ref. 132.  
§. 2. & lege  
etiam alium  
§ eius an-  
not.

§. 1. **C**um ex adulterio publico oriatur diuortium, *ex cap. significasti, de diuort. & Doctores* citandis, respondeo, & assero prius, adulteram in nostro casu posse ingredi Religionem & in illa profiteri, si prius precedat coniugis innocentis licentia, imò puro sufficere, si id sciat innocens, nec contradicatur eum possit. Ratio est, quia hoc pacto satis videtur data licentia, & scienti ac volenti nulla fit iniuria. Vnde obseruat Doctores indiuidualiter pro casu nostro, quod si vxor sententia lata à Iudice seculari de eius adulterio, vel illo notorio existente, detradatur in monasterium poenitentiam actura; si intra biennium illius reclusionis non illam repetat vir, poterit Religionem profiteri: ea enim repetitionis omissione censetur, Iure sic disponente, consentire ingressui: habetur *Auth. scilicet hodie, Cod. ad leg. Iul. de adulter.* cuius decisio Iure Canonico reuocata non est, vt rectè aduertit Abbas *cap. gaudemus, de diuort. n. 7.* Hostiensis *lib. 1. n. 3.* Ioan. Andreas *n. 3.* Ancharanus *n. 2.* Basil. Ponce *lib. 9. c. 19. n. 3.* Sanch. *li. 10. disp. 10. n. 8.*

Sup. conten-  
to in hoc §.  
in Ref. nor.  
præterit, §.  
De iplo.

2. Assero secundò, vt supradicta adultera profiteatur in Religione, non esse necessarium, vt innocens etiam ad Religionem transeat, vel votum castitatis emitat; sed posse manere in seculo absque vlloto voto. Probat, quia id aperte constat *ex cap. Agathusa 27. q. 2.* vbi deciditur coniugem ingressum in Religionem, vxore manente in seculo absque voto restituendum esse vxori, nisi mulier fornicata sit. Vnde textus prohibentes mutationem status alterius coniugis, altero in seculo manente, saltem absque castitatis voto, vt *cap. sane, cap. cum sis, cap. significasti, de conuers. coniugat.* loquuntur vbi matrimonium integrum, & illæsum perseverat, secus vbi est diuortium. Et ratio est aperta, quia cum innocens liber sit iugo debiti coniugalis, potest independenter ab vlla mutatione status adulteri ad Religionem, vel ad Ordines transire. At si id non posset ita liberè adulter, certè proveniret ob fauorem innocentis, ne videlicet iuri reconciliandi, quod habet derogetur: ergo renunciante innocente huic fauori, poterit nocens ita liberè transire ad ordines, vel ad Religionem vt ipse innocens. Quinimò neque ingrediente innocente in Religionem: astringitur nocens ad illius ingressum, vt bene aduertit Sotus *in 4. dist. 36. q. vnic. art. 5. ad 3.* Layman *lib. 5. sum. tr. 103. part. cap. 7. n. 12.* Coninch *disp. 35. dub. 5. init. concl. 1.* Quia textus *in cap. sane, cap. cum sis, cap. significasti, de conuers. coniug.* exigentes mutuum coniugum ingressum, intelliguntur, cum matrimonij iura integra, & illæsa sunt; secus verò quando ob diuortium sunt diminuta. Et hæc omnia præter Doctores citatos tenet Castrus Palauus *tom. 5. disp. 3. punct. 6. §. 7. n. 2. & 4.* Martinus Perez *de matrim. disput. 56. sect. 7. num. 3. & seq.* Hurtadus *disp. 1. r. diff. 8. & alij penes ipsos.*

## RESOL. CCXXVII.

*An vir qui post sententiam latam diuortij adulterium commisit, teneatur conciliari cum vxore nocens dimissa?*

*Et notatur, quod quando res est integra ex parte innocentis, eo quod iam statum mutauit factus professus, vel Sacris initiatus, manifestum est nullum superesse ius innocenti ad reconciliandum adulteram.*

*Et quid si coniux sit Nouitius tantum, vel solum in minoribus constitutus?*

*Idem est, si tantum impediatur voto simplici extra Religionem tamen, quod potest redire ad suam coniugem nocentem, licet peccet, cum se exponat periculo violandi votum, tenebiturque reddere debitum, sed non exigere.*

*Et quando uterque coniux est adulter, & vnus ex eis*

*vitam emendauit, alter vero minime, licentia coniugi emendato petere diuortium? Ex part. guald.*  
& Milc. 3. Ref. 39.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Rebellus *lib. 5. num. 30. & seq.* & alij penes ipsum patrem adferuntur. Probatur hæc opinio, quia sententia diuortij iuste celebrata, tranfit in rem iudicatam in fauorem innocentis, & in odium adulteri, æque in poenam, & supplicium eius: ergo ab illo tunc sententiæ diuortij declaratae manet innocens coniugio liber ab obligatione reddendi debitum adulteræ petenti, & cohabitandi cum illa; & ideo rectè dicitur Durandus *in 4. dist. 39. quest. 2.* *Letissima de matr. quest. 62. art. 6.* post latam diuortij sententiam coniugem innocentem ad Religionem tranfit, in eaque adultero inconsulto imò iniurio proficere: nec go semel diuortio legitime celebrato, nullum diuortium manet ius apud adulterum repetendi innocentem, etiam si innocens post sententiam diuortij fornicetur. Confirmatur: post sententiam diuortij coniux innocens non est coniux adulteri, quantum ad thorum, & cohabitationem: nam diuortium dissoluit matrimonium, et si non quoad vinculum, quoad thorum tamen, & cohabitationem, & uertit ab adultero ius quod habebat in corpus innocentis: ergo coniux innocens admittens fornicationem, post sententiam diuortij, nullam in se fert iniuriam coniugi adultero, quia ob fidem factam ius omne quod habebat erga personam innocentis, amisit. Et ita licet sententiam probat, & sequitur Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 13. num. 41.* contra Molinam.

2. Sed ego existimo sententiam Molinæ estimatiuam esse probabilior, quam sequitur nouissime Pater Martinus Perez *de matrim. disp. 56. sect. 1. n. 1.* Præpositus *in 3. part. quest. 5. de indiff. matrim. dub. 11. num. 101.* Hurtadus *disp. 11. diff. 5. num. 11.* Pontius *de matrim. lib. 9. cap. 20.* Coninch *disp. 35. dub. 2. n. 13.* & alij relati à Sanchez *n. 27.* Dico igitur in casu de quo loquimur, non solum ex iudicis officio, sed ad petitionem partis cogendum esse innocentem postmodum nocentem nocenti dimisso reconciliari, obligatosque esse in conscientia hanc prætere reconciliacionem quolibet volente. Et ratio est manifestissima, quia sententia diuortij ob adulterium ab altero coniuge commissum, non concedit innocenti ius ab eo diuertendi, sed ius quod ex adulterio acquisiuit, declarat, vt eo publicè uti possit. At ius quod ex adulterio innocenti acquisiuit, est dum innocens est: ergo facto nocente cessat prædictum ius, ac proinde obligatus est reconciliari, sicut obligaretur si adulterium commississet ante sententiam latam. Et hinc sententiam præter Doctores citatos docet etiam Castrus Palauus *tom. 5. disp. 3. punct. 6. §. 6. num. 11.* qui responder ad omnia argumenta quæ pro negatiua sententia adducit Sanchez, cuius tamen opinionem latitis probabilem esse existimo.

3. Notandum est hic, quod quando res non est integra ex parte innocentis, eo quod iam statum mutauit, factus professus, vt sacris initiatus, manifestum est, nullum superesse ius innocenti ad reconciliandum adulterum. Patet, quia assumptis statum immutabilem, seseque tradidit Religioni per professionem, vel Ecclesie per Ordines ad sacra ministeria; vnde non potest ad coniugem redire, neque ab statu proficenti resiliere; & ideo cum statum assumens, omne à se ius matrimonij abdicauit. Quod si coniux innocens sit nouitius tantum, vel solum in minoribus constitutus, potest adhuc reconciliari; habet enim ius institutæ ad coniugem nocentem, & illud ius nondum impeditum est ab alio iustitiæ iure, quale habet Reli-

gio in professum, vel Ecclesia in sacris initiatum. Idem est, si tantum impediatur voto simpli, extra Religionem tamen, potest quidem redire ad suam coniugem nocentem, licet peccet, cum se exponat periculo violandi, tenebiturque redire, sed non exigere. Ita Perez *sect. 6. n. 3.* & alij. Quod tamen, & rectè limitat Palau *num. 13.* si factos Ordines, vel Religionem suscepisset, antequam sententia transferret in rem iudicatam; quia eo casu illegitimè Ordo, & Religio suscipitur, ideoque coniugi non planè dimisso præiudicare nequit.

4. Notandum est etiam hic obiter, difficultatem adesse inter Doctores, an quando uterque coniux est adulter, & vnus ex eis vità emendauit, alter verò minimè, liceatne coniugi emendato petere diuortium? In qua difficultate affirmat Sanchez *lib. 10. de matr. disp. 7. n. 4.* coniugem emendatum rectè, & iuste posse ab adultero in fornicatione sua perseverante recedere, atque cum illo diuortium celebrare, etiam si nulla inter eos præcesserit reconciliatio, dummodo eò iux perseverans in sua fornicatione; per coniugem emendatum fuerit admonitus. Sed Texeda *vbi supra n. 65.* contrarium docet: censet enim admonitum ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblata, sed non acceptata, nõ cessisse iuri diuertendi, quod ex alterius adulterio acquisiuerat; quia esto æquè nocens sit, ac petens reconciliationem, id solum probat non posse alteri accusare de delicto sibi non remisso, non tamen probat cessisse iuri diuertendi. His tamen non obstantibus sententiam Sanchez, pro sitis probabilem, quam etiam sequitur Laym. *lib. 5. tr. 10. p. 3. cap. 7. n. 14* & Coninch *disp. 35. dub. 2. n. 17.* licet cum Texeda sentiat Pontius *de matr. lib. 10. c. 17. in fin.* & Hurtadus *disp. 11. diffic. 3. n. 10.*

RESOL. CCXXVIII.

An copula sodomitica imperfecta, quia semen non fuit emissum, pariat instam causam diuortij?

Et quid est dicendum de acta bestialitatis, & brutalitatis?

Et asseritur dari veram diuortij causam marito, cum cuius vxore alius pollutionem habuit inter crura, ipsa volente & consentiente.

Et an oscula, amplexus, & tactus habita ab vxore cum viro alieno sint causa diuortij? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 37.

§. 1. PRO negatiua sententia Texada *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 13. n. 14.* adducit Sanchez, Layman, & Filluciù, contra quos tamen acriter inuehitur opinioni affirmatiuæ adherendo; quia per illum concubitus, si sit habitus ex parte femine cum alieno viro, nimis malè tractatur matrimoniu, fidesque in illo promissa frangitur, maritus etiã manet maximè dedecoratus, & per hoc ignominia affectus; ergo ex eo quod per illam adulteriam copulam sodomiticã, siue non naturalem non decidatur vas intra semen, coniux innocens non amittit ius petendi diuortium ob maximum dedecus, & iniuriam ex ea copula illi illatam. Secundò, quia vbi reperitur verum adulterium, reperitur vera causa diuortij; sed tunc per illam copulam omittitur verum adulterium, cum thalamus sit violatus, & viro innocenti iniuria data: ergo est vera causa diuortij. Probat maior, quia verum adulterium ex quo matrimoniu efficitur iniuriatum, reperitur in accessu carnali vnus coniugis cum alieno; sed ibi reperitur accessus carnalis vnus coniugis cum alieno; ergo, &c. Confirmatur, quia ibi reperitur violatio alieni thori, quæ tribuit causam adulterij. Tertio, quia teste Sanchez *tom. 3. de matr. lib. 10. disp. 4. n. 13.* oscula, amplexus, & tactus habita ab vxore cum alieno viro sunt causa diuortij, si ea contingant cum talibus cit-

circumstantiis loci, & tēporis, ex quibus probetur adulterium; sed adulterium congressus, siue sodomiticus, siue naturalis habitus à femina coniugata cum alieno viro cum vasis penetratione, siue naturalis, siue innaturalis, etiam si fiat sine seminis effusione, infert maiorē iniuriã marito, quàm oscula, amplexus, & tactus habita cū vxore; ergo si per oscula, amplexus, & tactus datur causã diuortij, potiori iure debet dari per copulam sodomiticã. Explicatur hoc; magis læditur matrimoniu, & maior infamia afficitur maritus ex eo quod vxor eius habeat accessum sodomiticum cū alio viro, quàm quod osculetur ab illo, & amplectatur; sed oscula habita ab vxore cum alio viro inferunt veram diuortij causam, vt fatetur Sanchez: ergo, &c. Adde quod per quid magis denegari mariti fama potest, & honor eius vilipendi, quam quod vxor eius cum alio habeat copulam sodomiticam, etiam non consummatam, si fiat cum vasis penetratione?

2. His tamen non obstantibus, sententiam Sanchez, & aliorum tenet nouissimè Castrus Pal. *tom. 5. disp. 3. punct. 6. §. 1. n. 2.* vbi sic ait: nomine adulterij, ratione cuius diuortium celebrari ab innocente possit, etsi aliqui censuerint solam copulam naturalem cum alieno viro, vel femina esse intelligendam, cõmunis sententia defendit sodomiciã, & bestialitatem intelligi; quia his criminibus caro coniugis in alienam diuiditur, contra matrimonij fidem. Debet autè sodomia, & bestialitas completa esse, id est cum seminis effusione, aliàs non perficte in alienam carnem esset diuisio, neque consummata iniuria, neque sufficiens diuertendi causa. Quod à fortiori procedit in tactibus turpibus, pollutione, siue secum tantum, siue cum alio, vt aduertunt omnes Doctores. Ita ille, cui etiã adde Martinum Perez *de matr. disp. 6. cõl. 2. n. 8.* Præposit. *in 3. p. 9. §. de insol. matr. dub. 12. n. 94.* Hurtadum *disp. 11. diffic. 2. n. 8.* Quod confirmatur ex communi sententia omnium Doctorum dicentium, non esse bigamum, vel irregularem, si prior vxor, aut femina quam ducit, sit cognita sola copula extra vas, aut sodomiticè. Quia tunc non est diuisio carnis suæ in plures intra naturale vas aptum ad generationem; ergo idem dicendum est respectu diuortij, tamen si sodomia, & brutalitas sint horrenda crimina; ided non dare causam perpetui diuortij, quia verè per illa non diuiditur caro iuxta naturalem vsum aptum, & idoneum generationi.

3. Non est igitur recedendum à sententia negatiua, quidquid asserat Texeda, qui etiam animaduertere debebat opinionem Basilij Pontij *de matr. lib. 9. cap. 16. n. 5.* qui iudicat sibi verius, nec peccatum nefandum, nec brutalitatem esse causam perpetui diuortij. Probat, quia cum diuisio carnis in plures dicitur in iure esse causa diuortij, de ea intelligendum est, quæ iuxta vsum naturalem est. Idque probat, quia ea diuisione inducitur in iure Bigamia, & irregularitas. At nulla turpis coniunctio extra naturale vas bigamiam, & irregularitatem inducit ex bigamia ortam, vel vera, vel similitudinaria, vt manifestum est. Igitur tantum diuisio carnis, quæ iuxta naturalem vsum est, adulterij nomine intelligenda est. Et Molina *de Inst. tom. 4. tr. 3. disp. 95. n. 8.* asserit copulam sodomiticam habitam cum quodam tertio, etiam si consummata sit, non carere probabilitate maxima, non inducere causam diuortij, maximè si vxor passiuè se habeat in illo actu cum alio à marito suo. Sed sententia Sanchez est tenenda.

4. Hinc ex dictis colligitur non esse audiendum Texedam *loco cit. n. 19.* asserentem dari veram diuortij causam marito, cum cuius vxore alius pollutionem habuit inter crura, ipsa volente & consentiente; & ided si maritus probet factum, potest iure optimo intentare diuortium, & inde illam à se repellere. Ratio

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, §. Quod sit

Sup hoc inf. in Ref. 230.

Tom. 1. I.

Rt 3 tio

rio ipfius est, quia per illam pollutionem inter crura cum alio viro ab vxore habitam, frangitur fides promiffa, & maritus illius maxime inhonoratur, & matrimonium ipfum manet læfum. Sed contrarium est, tenendum cum Perez, Palao, & alijs vbi fuprà, quibus adde Villalobos, in Summa tom. 1. r. 15. difficult. 1. n. 15.

## RESOL. CCXXIX.

An si vir expellat uxorem à domo negans neceffaria alimenta, & ex hoc illa fornicetur, fit viro concedendum diuortium?

Et quid, si vir ea intentione uxorem repulferit, alimentisque priuafferit, vt neceffitate compulfa adultetium committeret?

Et an si vxor metu graui cadenti in virum constantem fornicetur, talis fornicatio fit caufa diuortij, & per illam à marito feparari debeat? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 38.

§. 1. **N**egatiuam fententiam probat Sanch. lib. 10. diff. 5. n. 6. fed more fuo contrarium infurgit Texeda in Theol. mor. 10. 2. lib. 4. r. 11. contr. 13. n. 23. & probat fuam fententiam fic afferens. Primò quia maritus iniufte repellens vxorem à domo fua, priuans eam alimentis, & neceffarijs ad vitam tranfigendam, maiorem caufam confert adulterandi, quam fi folum adulterij confectus illud non prohiberet: fed quando maritus fecit adulterij vxoris, & non prohibet, nõ debet ei petenti diuortium concedi: ergo neque quando ipfa adulterium comiffit repulfa iniufte à marito, priuata neceffarijs ad victum, & veftitum. Secundò, quia atenta feminarum fragilitate, & inconfantia, vxor à viro iniufte repulfa, deftitutaque remedio inueniendi victum, & veftitum, eft in euidenti periculo fornicandi, cuius tamen eft caufa maritus; ergo amittit ius petendi diuortium. Tertio, quia maritus expellens vxorem iniufte à domo fua, negans ei neceffaria ad vitam agendam, peccat mortaliter, vt tenentur concedere moderni: ergo non eft innocens, fed nocens, & iniufus. Tunc fic argumentor: fed diuortium nõ conceditur nifi in fauore innocens, in pœnam tamen nocens: ergo, &c. Accedit etiam, quod maritus efficiens vxorem è domo iniufte, fi ipfa ob id fornicata fuerit, cenfetur fornicationi vxoris confentire, atque ita pœna lenonis debet puniri, & non vxor. Accedit etiam ad confirmandam noftram doctriam contra præfatos modernos, quod illa habetur expreffa in c. discretionè, de eo qui cogn. confangu. cuius verba funt. Vir prius cogatur redire ad ipfam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non poffit obicere, qui eam adulterandam tradidit, præfertim inuitam. Ex quibus verbis fic potefte argumentum formari contra præfatos moderatos: Maritus iniufte repellens vxorem à domo fua eam adulterandam tradit, cum fic fit remedio deftituta, & alias non fpernenda: ergo fi fuerit cum alio fornicata, talis fornicationis caufa per fe fuit maritus.

2. Verùm ab opinione Sanchez puto non effe recedendum: dicendum eft igitur ex eo, quod maritus caufam remotam vxori dederit adulterium committendi, negando inquam debitum, non fuppeditando alimenta, atque eam è domo, & ex fua cohabitatione expellendo; nõ cenfetur adulterio confentire, neque à diuortio faciendi impeditur, vt colligitur ex c. fignificasti de diuortio. Et ibi Gloff. verbo materiã. Neque enim mulier ad fornicandum vlla ratione adduci debebat: cap. Iane 32. q. 5. Neque ignofcendũ eft (vt inquit Vlpianus leg. palam. n. 34. ff. de ritu nuptiar. Et Gloff. ex litteris, de diuortio) ei, qui obtentu paupertatis turpiffimam vitam agit. Et ita fententiam Sanchez contra Texedam tenet Palao, r. 5. diff. 3. punct.

6. §. 1. n. 2. Hurtadus de Matr. diff. 21. difficult. 3. n. 11. Gutierrez de Matr. c. 129. n. 8. Coninch de Sacram. diff. 35. dub. 1. in fine, Bañius Poncius de Matr. lib. 3. c. 17. n. 7. & alij. Quod tamen intelligendum putant, nifi vir ea intentione vxorem repulferit, alimentisque priuafferit, vt neceffitate compulfa adultetium committeret; quia eo cafu adultetium vxoris marito eft voluntarium; perindeque eft, ac fi adultetio conuerteret.

3. Sed fi quætas hic, an fi vxor metu graui cadenti in constantem virum fornicetur, talis fornicatio fit caufa diuortij, & per illam à marito feparari debeat? Et negatiue refpondet Abbas conf. 3. n. 3. volum. 1. Rosella verb. adulterium n. 5. Syluæ, lib. 5. tit. 1. Artilla, num. 5. Tabiena 9. 1. n. 3. Graffis, 2. part. diff. lib. 1. cap. 12. n. 72. cafu 2. & inclinat Gregor. Lopez leg. 7. verb. Por fuerat tit. 9. part. 4. Et probabiliter cenfet Sanch. lib. 10. diff. 5. n. 13. quia non ex malitia, & dolo, quod videtur requifitum iuxta l. penultim. ff. ad leg. Iul. de adul. commiffum eft: & fauet Auguft. in c. propofito 32. q. 1. §. 5. excufans Lucretiam ab adulterij crimine, non quoad culpam, fed quoad pœnam, eo quod metu coacta fit. Sed huic opinioni non affentior. Dico igitur, illam vxoris fornicationem effe fufficientiffimam diuortij caufam, poffeque maritum illam feminam iure optimo à fe repellere tanquam adulteram, quia metus ille, quantumvis grauis, non excufat feminam illam à culpa mortali, (cum tentatur potius pati mortem, quam fornicationem libere) ergo nec à penis adulterij debitis. Et ita tenet, Coninch diff. 35. dub. 2. n. 10. Sanch. vbi fuprà, n. 1. & Henriquez lib. 1. cap. 17. n. 3.

## RESOL. CCXXX.

An ex parte femina tactus impudici, & paluio indicant inftam caufam diuortij?

Et inferetur, an concubitus cum femina mortua probeat caufam ad celebrandam diuortium? Ex part. 11. r. 5. & Misc. 5. Ref. 46.

§. 1. **A**ffirmatiuam fententiam tenet Dicitillus de Sacram. tom. 3. r. 10. diff. 10. dub. 2. n. 11. p. 2. sic afferens. In primis diftinguendum inter virum, & vxorem fpectata communi hominum affirmatione, quia licet concederemus nõ poffe vxorem feparari à viro talibus impudicis tactibus indulgente cum alia perfona, non videtur æqua conditio vice versa, neque enim tam turpe, & indecorum eft vxori, quod vir ipfius talia commiferit cum alia perfona, quam eft turpe marito, & ignominiofum, quod tales tactus impudicos admiferit vxor cum alio viro, nec cenfetur æquiualens compensatio in fola negatione fimilium tactuum, maxime cum vix tales tactus negari poffint, fi negari non potefte folutio debiti, ad quam folutio nem 1) tactus excufari non poffunt; imò debiti effe poffunt cafu, quo putentur neceffarij ad coniugalem copulam debita. Præterea, quãto coniuges funt altioris, & nobilioris dignitatis, tantò plus crefcit iniuria in fimilibus tactibus admiffis, ex parte vxoris cũ alio; nec tamen in cõmuni exiftimatione tanto plus crefcit ex parte viri, cum videamus Principes non Illuftriffimos tantum, & Excellentiiffimos, fed Sereniffimos viros indulgere eiuſmodi leuitatibus, & impudicis iocis, & tactibus. Imò aliquando id ipfum audere fpectante vxore, nec cenfetur tunc nimis ignominiofũ vxori hoc videnti, & parenti; cum tamen è contra fi faceret id vxor, iniuria eſset grauiſſima comparatione viri, idque adhuc amplius crefceret, fi cum viri aliquo famulo, aut mancipio. Quis ergo dicat maritum in eo cafu tantum poffe in dolo, & iniuriæ compensatione fimiles aliquos tactus vxori



vixori petenti negare: Ego sanè saluo meliori iudicio, non nimis asperum, aut rigidum putarem esse talem virum, qui non solum à cæteris aliis actibus cum ea abstineret, sed à coniugis impudicæ consortio se subduceret. Vt interim omittam, non nimis temerarij suspicaturum virum, talem foeminam in huiusmodi tactibus deprehensam, vterius non modò fore progressuram, si occasio detur, sed iam prius fuisse progressam. Verùm hæc omnia relinquo in medio aliorum iudicio, maximè iudicium Ecclesiasticorum, ad quos pertinet, si res ad forum externum deferatur de simili diuortio faciendo, aut nõ faciendo pronũciare.

2. Quod si pollutionis tam in viro, quàm in foemina coniugatis cum complice probentur, aut nota sint fuisse, non video ita facillè quomodo possint ij Auctores asserere non licere ob eam causam diuortium facere. Quamuis autem Christus solum assignauerit fornicationem pro causa dimittendi, non idè affirmandum est solum eam causam sufficere, cum omnes, aut perique concedamus (vt videbimus) etiam propter sodomiam, aut bestialitatem posse fieri diuortium, & talia nomine fornicationis comprehendendi censetur, ergo etiam pollutio cum alia persona poterit comprehendi. Hucyque Dicastillus.

3. Sed aduersus illum stant communiter Doctores, Bufenbaum in *medulla Theol. moral.* l. 6. tr. 6. cap. 2. dub. 3. Sanchez *lib. 10. disp. 4.* Pontius *lib. 9. cap. 16.* Coninch *disp. 34. dub. 1.* Perez *disp. 56. sect. 1.* quibus adde Doctores quos citat, & sequitur Leander *de Sacram. to 2. sr. 9. disp. 6 q. 8. 9.* & 10. cum Ioanne de Soria in *epilogo summæ part. 2. tr. 1. sect. 3. disp. 10.* §. circa diuortium, Martino de San Ioseph in *mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 57. de matrim. v. 4.* & alijs qui negant contra Dicastillum ius diuortij consistere in iniuria facta coniugi, sed solum in diuisione carnis, quæ non accidit in supradictis casibus.

4. Ex his inferitur decisio casus curiosi; An concubitus consummatus cum foemina mortua præbeat causam ad celebrandum diuortium? Affirmabunt, qui affirmant peccatum mollitiei tam viri, quàm vxoris esse causam iustam diuortij, vt Dicastillus *vbi supra.* & alij. At ego respondeo non præbere causam ad diuortium celebrandum. Quia præfatus concubitus non est propriè fornicatio, sed concubitus cum statua mulieris: vnde huiusmodi accedens, nec vnitur alteri, nec diuidit carnem suam cum tertia persona. Ita Leander *supra quæst. 522.* qui citat Sanchez, Bonacinam, & Filiucium.

RESOL. CCXXXI.

An quando mulier prudenter putauit maritum mortuum esse, si fornicata sit, & vir superueniat, possit ex hoc ipso petere diuortium?

Et quid, quando existimans eum, cum quo rem habuit, esse proprium maritum, aut si per vim absolutam cogitur, & opprimitur ab alio?

Et an quemadmodum maritus carnaliter cognoscendo eius uxorem post adulterium ab ea commissum, censetur remisisse adulterium quoad effectum petendi separationem matrimony, ita & contra vxor patiendose carnaliter cognosci à marito adultero, &c.?

Et in textu huius Resolutionis cursum apponuntur septem casus, in quibus notatur licere diuortium ob alias causas præter adulterium, sed hæc separatio non debet in perpetuum fieri: Ex part. 1.1. tt. 5. & Misc. 5. Ref. 47.

Sup. primo, §. 1. A. Affirmatiuè respondet Dicastillus *de Sacram. tom. 3. tr. 10. disp. 10. dub. 3. n. 39.* vbi sic ait: Quando vxor tantum materiale adulteriũ commisit, non existimans eum, cum quo rem habuit esse proprium maritum, aut credens esse mortuum, non est sufficiens causa faciendi diuortium. Item quando per

vim absolutam cogitur & opprimitur ab alio. Ratio est, quia in his casibus nulla formalis culpa, vel iniuria contra fidem matrimony committitur. Vnde par non est, quòd aliquid detrimenti patiatur absque vlla sui culpa. Hanc doctrinã pro illo casu, quo vxor accessit ad alium, cum quo matrimonium cõtraxit inualidum quidem, sed bona fide, verissimam puto non minus, quàm pro casu, quo per vim absolutam præcisè cogitur, & pro casu, quo prudenter putauit illum, quem admittet, esse proprium virum. Tamen pro casu, quo illa, licet formaliter adulterium non commiserit, tamen formaliter fornicata est, nempe quando prudenter putans maritum longè absentem obiisse, cum alio fornicata est, sciens illam esse fornicationem, putans tamen non esse adulterium: non videtur tunc ita certum non posse maritum ab illa diuertere, si postea superueniens id sciat, maximè, si illa etiam prolem suscepisset, vel prægnans esset ab amasio. Durissimum namque videtur hominem (maximè honestum, ac nobilem) si non adulteram formaliter, saltem formaliter & propriè fornicariam, aut etiam illegitimè prægnantem admittere. Vnde saluo meliori iudicio, mihi non videtur improbabile, saltem si res sit nota, vel publica, non teneri cum tali vxore cohabitare: neque enim videtur cum tanto suo deditore obligari ad eam cohabitationem, maximè in iis Regionibus, in quibus turpe est talem vxorem admittere, aut habere. Nam cum lex cohabitationis, aut tori non ita strictè obliget, quin vel propter magnum damnum euadendum, vel propter aliquam aliam vrgentem causam, censetur quis ab ea obligatum quandoque liber: non video cur talis hæc causa non sit, scilicet, vt euitet illam ignominiam, quam in sua patria, & vbi notus est, subiret, maximè si non facillè in aliam simul cum vxore migrare posset, sed solus ipse. Neque ad illam secum adducendum magnis sumptibus, vel laboribus videtur in tali casu obligandus; satis enim est, quod quantum fieri potest, non omnino vxoris curam relinquat: sed de necessarijs ad vitam transigendam prouideat absens, quin cogatur secum præsentem habere mulierem non castam, & iusti doloris perpetuam causam. Verùm hæc aliorum iudicio relinquo, solumque meam sententiam sincerè volui explicare, quam liberius affirmarem. Ita Dicastillus.

2. Sed puto non esse recedendum à negatiua sententia, quam præter alios tuetur Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thom. quæst. 5. de insolubilitate Matrim. dub. 12. n. 92. vbi sic asserit: Dicta intelligitur quando pars peccauit: si enim sit immunis à culpa, non potest dimitti, vt si fuerit vi oppressa, si cognita ab aliquo fingente se esse eius maritum, cuius dolum non potuerit deprehendere, si adhibita diligentia bona fide existimari maritum obiisse, ideoque alteri matrimonio iuncta est, & ab eo cognita: immò idem dicendum videtur etiam cum alio fornicetur, quia talis actus non continet formaliter violationem fidei coniugalis. Ita ille; cui adde Layman *lib. 5. tr. 10. cap. 7. n. 13.*

3. Sed hic obiter quero, an quemadmodum maritus carnaliter cognoscendo eius uxorem post adulterium ab ea commissum, censetur remisisse adulterium quoad effectum petendi separationem matrimony, ita è contra vxor patiendose carnaliter cognosci à marito adultero. Et videtur affirmatiuè respondendum, nam quoad diuortium pares sunt vir, & vxor, & probatur ex natura correlatiuorum, quorum est, vt dispositum in vno censetur in alio dispositum, iuxta terminos *rex. in l. fin. C. de in dict. viduit.* & latè per Franch. in *decis. 180.* vbi refert fuisse decisum in dispositum vno, & correlatiuis, ceteri pariter in reliquis dispositum. Nec obstat dicere, quod Matt. 19. Christus Dominus solius viri mentionem faciat, non tamen illi soli competit ius discedendi ab vxore, sed in hac

secundo, sed ibi additis alijs DD. & hic infra in §. Tertius Quartus, & Quintus.

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, §. vlt.

Sup. hoc late in tom. 8. tr. 6. Ref. 6.

Sup. primo, §. 1. A. tertio contentis in hoc §. ad literã supra in Ref. 263. §. Nota

parte paria sunt iura viri, & mulieris. Solius verò viri, mentionem facit, quod congressus cum Pharisæis id solum postulare: nam, vt patet ex Matth. 19. iij. de solo marito agebant, inquirentes num liceret vxorem qualibet ex causa dimittere.

4. His tamen non obstantibus Aloysius Riccius in *decisionib. Curia Archiepisc. Neapolit. tom. 4. decis. 224. n. 3.* testatur contrarium fuisse decisum in illa Curia, vt scilicet mulier mulierem patiendo se cognosci à marito adultero, non censi illi remisisse adulterium, cuius decisionis ratio fuit, quia non censetur identitas rationis in vtroque casu, & proinde diuersum ius dici debet, & etiam quia conclusio supra enarrata procedit in viro se commiscente cum vxore adultera, vt censetur illi remisisse adulterium, sed non è contra, cum mulier sit in viri potestate, nec sit vxoris corrigere virum, *Graff. decis. aur. cas. conf. lib. 2. cap. 83. n. 6.* & Marceraten. *cit. decis. seu resol. 32. part. 1.* non obstant in contrarium aduersa, quoniam procedunt, vt loquuntur in casu diuerso, & proinde non esse faciendam extensionem argumento *glos. in cap. odia, de reg. iur. in 6.* Hucusque Riccius.

Nota hic obiter, in sequentibus virum non posse vxorem adulteram dimittere.

5. Primus, si vir quoque adulterium commiserit *cap. intelleximus cap. & fin. de adul.* Quia propria delicta mutua compensatione tolluntur.

6. Secundus si vxorem prostituerit, *c. Discretionem,* de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.

7. Tertius quando vxor bona fide existimans primum maritum esse mortuum, nupsit alteri, à primo dimitti non potest; *3. q. 2. can. cum per bellicam.*

8. Quartus, quando aliquis fraudulenter sub specie mariti illam cognouit, *can. in lectum. 3. q. 4. quest. 2.*

9. Quintus, si vxor vi & violentia opprimatur, *32. quest. 5. can. Proposito,* quia vbi non est culpa, pœna esse non debet.

10. Sextus, si post commissum adulterium, vir adulterij confcius eam cognouit, *32. q. 5. c. si quis vxorem.*

11. Septimus additur, quando repudiata fuerit vxor ante Baptismum, si ambo ad fidem conuertantur, licet fuerit à secundo viro ante baptismum cognita, priori nihilominus erit concilianda, *c. gaudeamus, de dinortis.* Et ita docent Authores citati, & præsertim Petrus Binsfeldius in *Euchirid. Theolog. Pastor. par. 1. cap. 18. §. 5. concl. 8.*

12. Nota secundò, licere diuortium ob alias causas præter adulterium, quas enumerat præter alios Dicastillus *vbi supr. dub. 5.* per totum, constat ex Trident. *sess. 24. can. 8. de Sacram. & ex cap. litteris 13. de restitut. spoliar.* hæc tamen separatio non debet in perpetuum fieri, sicut ea, quæ causa fornicationis, vt ex eodem Tridentino satis colligitur; Itaque in his casibus, & similibus separatio non perpetua fieri potest, quamdiu talia pericula durabunt, præterquam in casu hæresis, de quo ex iuris dispositione separatione esse posse perpetuam, sed subdit Dicastillus *vbi supra n. 69.* non possum non videre aliquas ex his causis vix tuto posse credi certasse omninò. Insanus & furiosus quam facillè solet iterum insanire? venesicium, præsertim venesicâ leuem sexu sermineo, quis tuto credit non redituram ad vesaniam? Qui ita crudelis est, vt subita ira abreptus aliquando periculosè vulnerauerit vxorem, sæpè solet ita corripì, quis credit in posterum fore pacificum? Qui coniugem nactus est energumentum, vel atreptitium, & sæpè huic miseræ obnoxium, quis credat penitus liberatum? Ille, cui semel vxor dedit venenum, vnde potest esse in posterum tutus si cibos comedat, quos ipsa parauit, & habitent simul? Itaque in praxi vix potest credi hæc, & similia penitus certasse. Præterea quis vult cogere coniugè innocentem honestissimæ & aut etiam illustrissimæ

conditionis cohabitare cū coniuge infame ob eius læsæ maiestatis, etiam humanæ, cui Princeps tantam vitam condonauit, reliquis bonis, & honoribus spoliato: Vnde quando Christus Dominus designauit imò frequenter contingenti, & omni celeberrima. Non idcò exclusit alias, quæ vel perpetue sint, vel tales esse posse prò denter credatur, aut timeatur. Hucusque Dicastillus.

RESOL. CCXXXII.

Aliqua notabilia, & sex casus circa diuortium maritum obseruantur: Ex part. 1. tit. 5. & M. 1. Ref. 17.

§. 1. Nota primò coniugem innocentem postea celebratum etiam sententia iudicis, dummodo ab alter ex facultate innocentis expressa, vel tuta non elegerit statum impossibilem cum vita maritali: Ratio est, quia, vt dicebam, sententia diuortij transiens statuta est in fauorem innocentis, vnde tunc ea separatio durabit, quamdiu innocenti placuerit. Doctores quos citat & sequitur Sanchez *lib. 10. disp. 1. n. 3.* quibus adde Reginald. *tom. 2. lib. 31. m. 61.* Gottierez, *de matrim. c. 120. n. 14.* & alij.

2. Nota secundò coniugem adulterum non posse post diuortium siue priuata auctoritate, siue iudicis sententia validè transire ad Religionem, vel licet ad Sacros Ordines inuito innocente, de licentia verò sacro coniugis innocentis, tacita vel expressa, poterit necesse transire ad professionem, vel Sacros Ordines, quod dem de expressa licentia, nulla est difficultas, non tamenque Doctores; de tacita verò dubitari potest, quando censetur facta ab innocente, & commissis illis mihi placet si post sententia diuortij adulter lapsus, & insisteret perat ab innocente per se, vel per idoneas interpositas personas reconciliationem, eamque innocentem constanter negligat censei tunc facta facultatem ingrediendi religionem, vel transiendi ad Sacros Ordines; imò quotiescumque ex signis aliquibus prudenter colligi potest obfirmatas animas innocentis nunquam admittendi reconciliationem poterit, iuxta citatos auctores, ad religionem vel Sacros Ordines transire: censetur enim concessisse prædictam licentiam, atque adeo postea omnia iam professionem, vel susceperit sacris Ordinibus, non poterit ab innocente reuocari.

3. De ipso verò innocente remanente in seculo, postquam adulter ingressus est religionem, vel Sacros Ordines susceperit, mihi placet non teneri vel religionem ingredi, vel votum castitatis emittere, id enim nullo iure probatur, nam in *cap. sane & c. signis alijs, de conuersione coniugatorum,* solum agitur, de voto sic emittendo, aut ingredienda religione, quando matrimonium est integrum, & illæsum, non verò quando factum est diuortium. Et hæc omnia docet Dicastillus *de Sacram. 1. 3. n. 10. disp. 10. dub. 8. n. 86.* quæ etiam subdit hoc ipsum locum habere in adultero: nam quando innocens ingreditur religionem, vel Sacros Ordines susceperit, non tenetur adulter manens in seculo votum castitatis emittere, aut ingrediendi religionem, quia non comprehenditur propter rationem dictam in casu prædictorum textuum.

4. Nota tertio, plures Doctores putare, maritum teneri dimittere vxorem adulteram que non vult per se emendari, esseque mortale, si hoc non faciat. Ita *Leo desma, de mar. q. 62. art. 2. concl. 2.* & alij. Mihi placet non teneri maritum (nisi fortè in rarissimo caso) vxorem dimittere, quantumuis in adulterio (etiam publicè) perisset. Ita Sanchez *1. disp. 13. dub. 3.* & Pererius *sup. sess. 4. n. 3. & 4.* Ratio est, quia vel reuocatur præcisè ratione adulterij, vel ratione scandalij, vel ratione

ANTON OPERA Tom. 1. & II E III

Sup. hoc primo supra in Ref. 224. §. Noranda sunt. Sup. hoc tertio, quarto, & quinto seqq. supra in §. 1. & 2. huius Ref. & in alio eius primæ nor. Sup. hoc superius in Ref. 14 §. Notandum tamen, cur sim ad lin. 5. veat. Patet.

tione correctionis fraternæ, cuius præcepto obligetur, ex nullo horum capite tenetur; aliud non apparet: ergo absolute nõ tenetur. Dixi in casu rarissimo, fieri enim potest aliquando, quando dimissio sit apta ad emendationem absque villo alio periculo, vel etiam sit apta ad vitandam prædictam suspensionem coniuventiæ & tolerantia; neque marito sit valde incommoda vxoris dimissio; nec aliud medium facile inueniatur, aut tentata alia non profuerint, in quo casu non negauerim, neque negant auctores nostræ sententiæ illam posse dimitti, imò debere.

5. Quæ dicta sunt de viro, à fortiori procedant in vxore, adeò stricta obligatio incumbit corrigendi virum in adulterio persistentem.

6. Nota quartò, quoad obligationem alimentandæ adulteræ sic asserere Martinum de San Ioseph in *monit. confess. to. 1. lib. 1. tr. 36. de matr. n. 7.* [Por el adulterio no està obligado el marido à negar alimentos à la muger adúltera, porque en esto ny ay escandalo, y sino tuuiesse ella padre, ò persona que la sustentasse, se le daría ocasion de ser peor. Sic Villalobos *tractat. 1. 5. diff. ult. 2. num. 5.* pero si quisere podrá negarfe los, pues puede priuarta de todo lo que le deve en quanto marido; Sanchez *lib. 10. disp. 8. n. 25.* cum aliis. Pero esto se entienda en el fuero oculto, que en el fuero exterior mientras no huuiere sententia de diuorcio, le obligatan à que le de alimentos. Sic ille.

7. Nota quintò, me alibi contra Sanchez & alios docuisse, teneri; Ita cum aliis etiam me citato docet, nouissimè Leander de *Sacr. 10. 2. tr. 9. disp. 26. g. 23.* cui adde Martinum de San Ioseph in *monit. confess. tom. 1. l. 1. tr. 58. de matr. n. 4.* Ioannem de Sotia in *Epilog. summar. p. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 10. §. circa diuortiu.* Dicastillum de *Sacr. tom. 3. tr. 10. disp. 10. dub. 3. n. 31.* Perez de *matrim. disp. 60. sect. 3. n. 5.* Remigium *vbi infra.* & alios. Et ratio est, quia iniuria ipsi, qui fuerat innocens, facta, compensatur per adulterium postea à se commissum contra alterum, quæ ratio locum habet, etiam si diuortium factum fuerit interueniente sententia iudicis, & transferit in rem iudicatam: nam quantumuis præcesserit sententia, & factum fuerit diuortium, adhuc innocens adulterando infert iniuriam coniugi prius dimisso. Vnde vna iniuria compensatur cum alia; ac proinde ius innocentis viuendi absque consortio alterius cessat, quia innocens per eam sententiam, aut diuortium semel seruatum non acquirit ius adulterandi, sed tantum declaratum fuit, & executioni mandatum ius illud, quod habebat diuertendi ab altero coniuge adultero.

8. Et tandem nota sextò, virum non habere ius petendi diuortium ab vxore propter adulterium etiã publicu, si ipse commississet adulterium licet occultum; vnde rectè Remigius in *prax. confess. 1. 5. c. 8. §. 28. n. 7.* sic ait; Pero aduertan à qui los penitèdes, y Confessores, que para que el vno de los casados pueda segura, y licitamente apartarse del compañero, hà de ser totalmente innocente, y libre del adulterio: de manere que si fãbien le huuiesse cometi do, aunque, secreta, y occultamente viene à perder el derecho que tenia de poder celebrar diuorcio, y pecar mortalmente, por ser cosa grauissima dissoluer el matrimonio quanto à la cohabitacion, sin suficiente cosa. Es de tanta verdad esta doctrina que enseñan graues Autores, que el casado que comete adulterio, antes, y aun despues de dada la sententia del diuorcio, que da con obligacion de reconciliarse con la adultera; quia sententia diuortij respicit statum presentem, iuxta quem lata est. Punto es este en que han de reparar muchos de los casados, que hallandose por causa de diuorcio libres de la mutua cohabitacion, no hazen escrupulo de seguir sus deprauados antojos, y de traspassar la lealdad que han prometido en celebrare esto Sacramento del

mattimonio; y les deve auisar el Confessor, que tratena de reconciliarse, pues han hecho igual iniuria al compañero separado. Ita ille. Et hæc omnia notentur, quia non infrequentèr possunt in praxi accidere.

RESOL. CCXXXIII.

An deat casus in quo mulier teneatur reuelare filium spurium cum periculo vite, & fame?

Et an huic mulieri non debeatur denegari absolutio, & penitentia, si nolit reuelare tale delictum? Ex part. 1. 1. tr. 2. Misc. 2. Res. 33.

§. 1. Respondeo, quod aliqui affirmant adulterã debere reuelare filiũ esse spurium, alij negant. Qui affirmant diuisi sunt. Alij enim dicunt adulteram hoc reuelare debere filio spurio, & inducere eum ad dimittendam hæreditatem vero hæredi, & hæc est opinio Richardi in *quolib. 2. diff. 14. art. 5. q. 4. ad 4.* Alij vero dixerunt adulteram debere reuelare hoc marito, vt assignet hæreditatem vero hæredi. Et hæc tribuitur Holtiensis in *summa, qua dicitur copiosa l. 5. tit. de penis, & remiss.* atque communiter Maior in *4. diff. 15. q. 17.* Andr. q. 1. de *rest. ad 5.* dicunt cum discrimine vite, & fame teneri ad reuelationem suæ culpæ. Alij dicunt quando hæreditas est ampla & copiosa, e.g. Marchionatus, Ducatus, Regnũ, Comitatus, & huiusmodi teneri ad reuelationem sui criminis, non obstante periculo vite & fame, hanc tenent Soto in *l. 4. de Inst. & Iure q. 7. art. 4.* ad secundum Couarruuias *regula peccatum p. 1. n. 6.*

2. Sed hæc opiniones mihi non placent, quia omnes conueniunt in hoc, quòd mulier huiusmodi adultera cum discrimine vite & fame teneatur ad reuelationem sui delicti, licet deinde in modo reuelandi, & causa discrepet. Scotus ergo has opiniones in particulari impugnat ex fundamento generali; Et primò modum dicendi, Henrici, qui dicebat reuelari debere hoc crimen filio spurio sic; aut filius credet matri, aut non; sic credet non est probabile, quòd propter hoc velit hæreditatem dimittere: quia pauci inueniuntur, qui ita perfecti sint, vt propter iustitiam seruandam in foro conscientie dimittant magnas possessiones, quas in foro exteriori tenere possant. Neque mater potest præsumere filium hoc facturum, nisi multum experta esset voluntatem filij. Cum ergo incertum sit ex hac reuelatione facta filio, sequuturam fore correctionem filij, & restitutionem habituram esse effectũ, non debet se exponere periculo certo diffamationis apud suum filium. Si verò filius non crederet, tunc sequeretur duo mala. Primum diffamatio ipsius mulieris. Secundũ quia ille filius teneret hæreditatẽ vt prius, & tamen haberet aliquam cognitionẽ quòd ad ipsũ nõ pertinet, & quòd est res aliena.

3. Contra secundum modum dicendi, scilicet quòd teneatur reuelare marito, arguit: quia ex hac reuelatione sequeretur. Primò, quòd mulier se diffamaret apud maritum; deinde ex hoc exponeret se periculo mortis propriæ; deinde exponeret maritum periculo vxoricidij: quia talis posset esse adeò zelator sui honoris, quòd illam occideret, vt multi faciunt, vel saltem illam perpetuo odio haberet, & à se, & ab actu coniugij expelleret. Præterea si maritus crederet vxori, non posset à spurio referre hæreditatẽ, nisi in foro publico probaret filiũ esse spurium, & tunc mulier diffamaretur etiam coram tota patria. Ad ista autem omnia mala, quæ probabiliter euentura essent (vt in pluribus eueniunt) non debet se mulier exponere propter incertum bonum hæreditatis restituendæ.

4. Contra omnes autem in generali tenentes illam opinionem, siue hæreditas sit magna, siue exigua, siue mulier sit valde nobilis, siue nõ, facit ratio ista. Quòd bona superioris ordinis plus valent, quàm bona

Sup. hoc in Ref. seq. & infr. in §. vir. huius Res. & in fine alterius Res. eius not.

Sup. hoc in Ref. not. præterea, §. Sed circa, & seq. & in aliis §. eius annot.

Sup. hoc in Ref. not. præterea, §. vir.

Alibi sup. in Ref. 127. la. re à princip. & coram in alio §. eius prima not.

Sup. hoc ibidem.

Sup. hoc supra in Ref. 224. §. Notanda sunt, coram ante medium.

na inferioris ordinis, vt supra, agendo de quando restitotio est faciēda, casu 4. ostendimus. Vita corporalis autē & fama sunt bona superioris ordinis, vt patet ergo vita & fama non sunt commutāda pro quantumque magnis bonis fortuna. Hęc est sententia communis, quā cum Scoto tenent Gabriel in 4. d. ff. 15. q. 2. art. 2. concl. 2. D. Antonius p. 2. tit. 2. cap. 7. § 4. Caietanus in summa verbo Adultera, Angel. Syl. eodē verbo q. 1. Medina de rest. q. 3. concl. 2. causa 4. Azor. lib. 5. c. 6. q. 2. & Canonista in c. offic. de pen. & remiss. Hęc assertio præter rationem efficacem adductam, confirmatur apertē c. officij citato: Nam ibi Papa decernit, quod mulieri quę supposuit partum marito nõ habenti filios, ne possessio aliõ deuolueretur, nolenti detegere hoc facinus marito, nõ debet denegari poenitentia, & absolutio, sicut nõ debet denegari, mulieri quę concepit ex adulterio, nec volenti detegere suum crimen, non est deneganda poenitentia, & absolutio. Est ergo hęc sententia absque dubio vera.

5. His tamen non obstantibus. Ego puto posse dari casum, in quo mulier teneatur manifestare filiũ spurium marito cum periculo famę & vitę, & casus est, vt optime obseruat Magister Marcus Serra in 2. 2. D. T. hom. q. 62. art. 6. dub. 1. Quando bonum commune periclitaretur, vt si filius adulterinus esset noxius Regno, compelleretur subditos à fide apostatate, se ipsam mater detegere teneretur; sed hęc obligatio non esset iustitię commutatiuę, sed legalis, vel charitatis; quia bonum commune præferri debet bono proprio. Ita ille, licet Hurtados de inst. di. p. 11. diff. 20. existimet in tali casu, non solum ratione charitatis, sed teneri ad id ex iustitiã commutatiua.

RESOL. CCXXXIV.

An teneatur adultera aliquando reuelare peccatum suum, vt impediatur damna legitimorum heredum?

Et asseritur filium non teneri aliquando credere matri attestanti in articulo mortis se esse adulterinum?

Et docetur non solum adulteram, sed etiam adulterum teneri ad restitutionem dñorum damnorum in hereditate?

Et datur Regula confessorio, quomodo se gerere debeat in supradicto primo casu?

Et tandem notatur, quod si duo cognouerunt eandem mulierem, ita vt plane incertum sit, quis eorum sit pater, an vterque ex aqno debeat concurrere ad proli sustentationem, & ad restitutionem faciendam marito, & filiis eius, si mulier fuit maritata, & cognoscitur certo, quod filius non sit legitimus, &c? Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Ref. 56. alias 55.

§. 1. Casus potest accidere, & in facti contingētia torqueret confessoriorum ingenia, ad illum certò sic respondet Doctissimus Pater Ioannes Pontius in suo curs. Theol. di. p. 52. q. 7. concl. 6. nam. 44. adultera si non possit ex suis aliter prouidere damno sequenti filiis veris, ex eo quo adulterinus putetur verus, quam reuelando peccatum suum, tenetur quandoque id facere, quandoque non tenetur. Hęc videtur communior re ipsa.

2. Probatur prima pars, quia si damnum sequens filii veris sit notabiliter maius, quàm sit damnum infamię quod solum sequeretur, in casu quo reuelaret peccatum, vt contingeret quando, qui putaretur primogenitus ad quem spectaret amplissima hereditas; esset adulterinus, & nisi mater reuelaret ipsi peccatum suum, secundus filius legitimus qui esset verè primogenitus Patris priuaretur illa hereditate; certè nemo est qui non existimet infamiã, quam incurreret apud filium, longè inferius malum esse, quàm iactura tanta hereditatis, & consequenter si per talē reuelationē efficeret, quod primogenitus putatiuus

ingrederetur religionem, & sic hereditas penitenti ad verum heredem, omnino apparet matri oblitesceret filium crediturum, & consequenter non profuturam reuelationē, non debet reuelare crimen ipsi. non enim debet se infamare absque veritate vlti.

Sed circa hoc dubitaretur, an filius debeat credere matri dicenti.

3. Sotus videtur tenere, quod non: sed intelligendus est, quando aliunde non constat moraliter, quod dicat verum, sicut existimatem constare eam, do in articulo mortis mater id diceret, & nõ constaret aliunde, quod duceretur affectu particulari erga alios filios; debet enim videri moraliter certū, quod in tali casu dicendo mendacium, & prauitudo filio, non exponeret se periculo aternę damnationis.

4. Probatur iam secunda pars, quia si reuelatio contingeret, apparet eam non teneri ad restitutionem, quia quodcumque detrimentum sequens alius filius non accedit ad iacturam vitę: vnde hęc non debet incurri, vt aliud videtur Hucyque Pontius.

5. Sed aliqua ex dictis apud me habent magnam difficultatē, & idē ad id quod dicit, Adultera, quando ageretur de successione maxime hereditatis, teneri cum iactura famę suam turpitudinem manifestare. Respondeo hoc non esse admittendum: nisi in casu, quo adultera esset suspecta conuictiorum, vt eam fame iudicio prudentum patet sit æstimatio, tunc posset habere locum sententia Pontij & quoniam aliorũ, qui dicunt damna obuentionis mariti, & legitimis heredibus aliquando posse iudicio prudenti præponderare, aut æqualia esse famę adulterę, vt si agatur de magna, & notabili hereditate, & tunc eam teneri cum periculo famę factum suum manifestare, si credat probabiliter quod sic damna impediatur. Quod tamen non videtur admittendum, quia mulier aboluta, & simpliciter possidet bonam famam, vt tenet Lessius lib. 2. c. 11. dub. 7. n. 57. cum Io. Wiggers de inst. tr. 2. c. 4. n. 31. & Gaspare Hurrado de inst. di. p. 11. diff. 20. qui tamen in vno casu sententiã admittit si forte manifestatio adulterij aliquando profutura sit ad impediendam successionem filij adulterini in aliquo Principatu, qui ob suos perditillos mores futurus est maxime nocuus Reipublicę loco heredis legitimi, qui non sit sic futurus nocuus, tunc adultera tenetur ad manifestationem veritatis, adhuc eam periculo vitę, & non solum ex misericordia erga Reipublicam ad vitandum magnum damnum filius, sed etiam ex iustitiã commutatiua erga legitimum heredem, quia tunc non sufficit dicitur periculum ad excusandam eam ab obligatione impediendi damnum, cui ipsa causam opponit.

6. Ad id verò quod Pontius supra asserit, filium non teneri aliquando credere matri attestanti in articulo mortis se esse adulterinum Respondeo hoc certò docere Hurradũ loc. cit. vbi sic asserit, Ad dñm filium non teneri credere matri manifestanti adulterinum (nisi ex circumstantiis conuincatur ad id, vt conuincatur, si mater iurata in articulo mortis, & post susceptam Eucharistiam id affirmat tanquam certum) quia confitentis suum delictum, seu suam turpitudinem, non est credendum in præiudicium aliorum distictorum ab ipso confitente, ex eo solum quod id manifestet, nisi id alias conuincat, eo tamen ipso quod filius absque suspitione prudenti credit matri, nequit hereditatem adire vt pater: nec iam possessionem retinere, nisi eam bona fide possederit tempore sufficente ad prescriptionem. Ita Hurrados, sed bene dixit hanc doctrinam multos non admittente.

7. Dico igitur quod ordinariè spurius non tenetur in conscientia credere matri dicenti illum esse spurium.

Sup hac poenitentia, & absolute legē §. Hinc, & seq. Ref. seq. Et pro contento in hoc §. vt. ibid. §. Sed aliqua, & in tom. 8. tr. 7. Ref. 65. in fine, & hic supra à principio huius Ref.

Sup. hoc latè in Ref. præcisa, & in tom. 8. tr. 7. Ref. 65. prope finē, vers. Ex his adultera.

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

spurius, etiam mediante quocumque iuramento id confirmaret, aut in mortis articulo assereret. Ita Mald. supra dub. 10. Syl. V. Adulterium n. 5. Bannes in 2. 2. q. 62. art. 6. Sarez tom. 5. de cens. disp. 50. sect. 4. Azor. 3. part. lib. 3. cap. 7. quest. 5. & alij. Et ratio in primis est quia iura indicant, matri non esse ea in re fide adhibendam, ut patet l. miles ff. ad leg. Juliam de adulteris & l. filium 6. de his que sunt sui vel alieni iuris. Deinde, quia alleganti suam turpitudinem nulla debetur fides, ut habet Regula iuris: quae maximè locum habet quando id cedit in alterius praediciam. Vide Gloss. ad cap. Officij de penitentia, & remiss.

Quoad hoc in Ref. praeterita lege doctrinam §. Contra, signanter in fine.

8. Hinc infertur Confessarium debere uti magna prudentia ne ultra modum urgeat adulteram in articulo mortis ad detegendum suum crimen: tum propter alia grania incommoda; quae inde sunt sequuta: tum quia raro ad quidquam profuit detectio adulterij. Quare sentio, ne quidem esse consulendum, nisi valde moraliter certum esset ex pluribus circumstantiis quod sine aliis grauioribus incommodis sic possent auerti damna, quae alioquin legitimis haereditibus sunt obuentura.

9. Adde ex Azorio, & Henriquez, neque consulendum esse ut adultera detegatur post mortem per confessarium de ipsius scilicet consensu dato: quia periculum erit quod vel proles adulterina: vel Confessarius ipse occidatur. Praeterea haberetur violator sigilli confessionis, & etiam iniquae diffamationis: nisi forsitan per scripturam, & signaturam defunctae se posset defendere.

10. Dixi ordinariè, quia si proferrentur eiusmodi argumenta conceptus adulterini, & quibus spurcius in conscientia conuinceretur, ita esse, puta quia paterfamilias tempore conceptus abfuisse satis ostenditur: vel quia ut habet citata l. filium interueniente infirmitate, aut alia de causa tunc demonstratur abstinuisse ab vxore, vel ea valetudine fuisse, ut generare non poterit, teneretur ab haereditate, & seruare veros haeredes indemnes, ut notant Bonacina supra, & alij DD. sed si paterfamilias vixerit tempore partus, non apparet quomodo Spurcius postea conuinci poterit, aliquid istorum subfuisse, cum haud dubie maritus ea facile animaduertisset & prolem ab initio tanquam illegitimam respiciisset. Et omnia superius dicta docet etiam Ioannes Vigiers loc. cit. quae quidem menti tenenda sunt à Confessariis, & casuum conscientiae Responsoribus, si quando casus in facti contingentia eis accideret.

Sup. hoc magis lae in Ref. seq.

11. Sed ad huius materiae complementum notandum est contra Sotum, & Henriquez, communiter Doctores asserere non solum Adulteram, sed etiam adulterum teneri ad restitutionem dictorum damnorum in haereditate. Verum est, quod Adulter tenetur ad restitutionem expensarum in sustentatione suae proles adulterinae, & dictorum damnorum in haereditate, & in collatione dotis, quando est moraliter certus absque prudenti ratione dubitandi, quod proles illa adulterina sit sua: quando verò est dubium ad quem adulterum ex duobus pertineat, existente certitudine morali, quod vnum, vel ad alterum pertinet, uterque tenetur ad dictam restitutionem, quilibet ad restitutionem medietatis, & altero nolente, ad restitutionem totius pertinentis ad Patrem.

Sup. hoc infra in §. vlt. huius Ref. & in aliis eius uot.

12. In casu autem dicto in quo tam adulter, quam adultera tenentur ad dictorum restitutionem, tenentur aequaliter, quia quilibet est causa principalis partialis damni, quia istud oritur ex adulterio, cuius uterque est causa principalis partialis, & quilibet tenetur ad restitutionem partis sibi correspondentis faciendam ei, qui totum damnum restituit, tenetur autè ipsam ex bonis, de quibus potest disponere, & si non habeat, vel non habeat sufficientiam, tenetur ad

suadendum marito, ut veros haeredes meliores, & etiam ad rem familiarem diligentius, quam alias tenebatur administrandum, & ad imminuendū sumptus sui corporis quantum conditio sui status, & valetudinis permittat, & si his, aut aliis modis satisfacere nequeat, tenetur quantum possit prolem adulterinam inducere, ut renuntiet haereditati, vel in totum, si ad id induci possit, vel saltem in partem, siue statū Religiosum eligendo, vel aliter; maximè si haereditas sit maioratus, & proles adulterina sit in eo successura, si ei non renuntiet, quia adultera, & adulter tenentur ad ea damna impedienda, vel resarcienda quacumque via commode possint. Vide Hurtadū loc. cit. & alios.

13. Et tandem pro curiosis hic nota, quod Pontius ubi supra, concl. 5. n. 43. docet, quod si duo cognouerint eandem mulierem, ita ut plane incertum sit, quis eorum sit eius Pater; vel uterque ex æquo debet concurrere ad eius sustentationem, & ad restitutionem faciendam marito, & filiis eius, si mulier fuit maritata, & cognoscitur certò quod filius non sit legitimus: quia aliquis debet, & neuter potius, quam alter: ergo uterque, vel, quod scio factum aliquando, debent fortes mittere, & ille, in quem cadit, debet solus nutrire, & restituere; vel alio aliquo simili modo debent conuenire. Si tamen mulier ipsa posset congruenter sustentare ex suo, fortassis neuter teneretur concurrere: sed illa sola, quia, cum dederit causam dubij iniuste, in poenam huius meriti ipsamet videri possit habere totam obligationem.

Sup. hoc supra in fine §. Sed ad huius Ref. & in tom. 8. tr. 2. Ref. 14. & 15. & in tom. 6. tr. 3. r. c. 138. §. At etiam.

RESOL. CCXXXV.

An adulter, qui filium suscepit ex adulterio, illumque relinquit inter filios mariti adultera, praeter alimenta teneatur etià occurrere damno haereditatis, quae legitimis admittitur, vel dano dotis, (& ex hoc casu olim interrogatus fuit) quam pater putatiuus tradidit puella spuria, credens eam esse propriam filiam?

Et nocent confessarij, quod in isto casu adulter tenetur restituere saltem alimenta proli impensa à tertio anno aetatis & deinceps, quando parens tenetur filium alere, etiam si non fuerit causa suppositionis? Ex part. 2. tr. & Misc. 3. Ref. 55.

§. 1. Communiter DD. respondent affirmatiuè. Ita Lessius de inst. lib. 2. c. 10. dub. 6. num. 46. Turrian. in 2. 2. tom. 2. disp. 30. dub. 2. Finell. de casib. refer. cas. 10. n. 18. Megala in 2. 2. lib. 1. c. 2. n. 13. Vazquez opus. de testam. cap. 5. §. 1. n. 22. Rebell. de oblig. inst. p. 1. lib. 3. q. 10. n. 11. Malder. in 2. 2. tr. 3. c. 4. dub. 9. Iac. de Graff. p. 2. lib. 2. c. 132. n. 36. Azor. p. 3. lib. 5. c. 6. & 7. Alphons. de Vega in sum. tom. 1. c. 13. cas. 8. Aragon. in 2. 2. q. 62. ar. 6. Rodriq. in sum. tom. 1. c. 188. n. 1. Nanarr. c. 16. n. 40. Armilla verb. adulterium, n. 7. Reginald. in praxi tom. 1. lib. 10. c. 19. q. 3. n. 278. & alij, asserunt enim, adulterum, ex quo susceptus est spurcius, teneri sicut adulteram ad resarciendum damna subsecuta. Ratio est, quia adulter, non minus quam adultera, est causa talis damni.

Sup. hoc in Ref. praeterita §. Sed ad sed lege cam per totam & non pigebit.

2. Verum Dominicus Sotus lib. 4. de inst. q. 7. art. 2. & Henriquez lib. 1. de matr. c. 11. n. 3. qui citat etiam Pennam, docent etiam si adulter agnoscat esse suam prolem, non teneri ad resarciendum damna legitimis filiis, modò ipse non fuerit author suppositionis. Ratio est, quia horum damnorum sola adultera est causa, quia ipsa filium adulterinum supponit tamquam filium legitimum, cum tamen adulter non supponat: sed solum tacendo permittat, ut filius adulterinus supponatur. Hanc opinionem, tamquam probabilem, amplectitur etiam Barthol. à S. Fausto in speculo confessionis, disp. 23. q. 8. n. 8. qui asserit hanc rationem, nam si adultera procuraret abortum, non diceretur adulter causa homicidij, quia ipse suppeditauit prolem, nisi

Sup. hoc in tom. 8. tr. 2. Ref. 15. in fine, à vers. Ex his.

nisi fuisset, vel adiunxisset. Ergo pari ratione non censetur causa suppositionis, ac proinde, nec damni ex suppositione sequuti; non enim videtur esse magis causa suppositionis, quam abortitionis, cum neutrum consulerit, & utrumque ex libera voluntate adulteræ securum est. Ergo nec ipse, sed mater tenebitur ad restitutionem. Hæc ille. Est igitur hæc sententia probabilis, licet opposita sit probabilior, & tuta in praxi, unde Pitigian in 4. sent. p. 2. dist. 15. q. 2. art. 5. contrariam opinionem tantum probabiliorē vocavit. Ergo secundum Pitigianum, sententia Soti erit probabilis, sicuti etiam visa est multis recentioribus, ut testatur Lessius de iust. lib. 2. c. 10. dub. 6. n. 43.

3. Restat modò respondere ad argumentum oppositæ sententiæ. Dico igitur, adulterum non esse causam proximam illorum damnorum, sed remotam, cum ipse non intenderit generare, sed solam explere suam libidinem; adulteram verò esse causam proximam, quia partum spurium, tanquam legitimum marito suo supposuit. Ergo ipsa sola tenetur ad restitutionem. Notent confessarij, quòd in isto casu adulter tenetur restituere saltem alimenta proli impensa, à tertio anno ætatis, & deinceps, quandiu patens tenetur sibi alere, etiamsi non fuerit causa suppositionis. Et ita etiam sentiunt aliqui viri docti de hac re consulti.

## RESOL. CCXXXVI.

Quadam mulier multas pecunias per adulterium acquisivit, queritur, an marito sint restituenda?

Et an prædicta pecunia restituenda sint saltem pauperibus, vel ei qui dedit?

Et quid, si tale pretium ab iis acceperit, qui potestatem alienandi non habent, ut Religiosi, filij familias, &c. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Rel. 7.

§. 1. **A**ntem sententiam affirmant non infimæ classis Theologi, quorum nomina accipe. Lud. Molina de iust. & iure, tom. 1. tr. 2. disp. 94. Reginald. in praxi, tom. 1. lib. 10. c. 13. n. 19. Pet. à Nauarr. lib. 3. de rest. cap. 1. num. 136. Bannez in 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 5. & nouissimè Couarr. in 2. 2. 10. 2. disp. 14. dub. 1. n. 5. Hi omnes asserunt, coniugatas omne pretiū per adulterium acquisitum debere reddere marito, ac si aliter laborando aliud acquisiuisset; volunt tamen occultè esse reddendū, ut propriæ famæ consulatur, & alia mala vitentur, nisi tamen tale pretium ab iis acceperint, qui potestatem alienandi non habent, ut Religiosi, filij familias, &c. Et ratio est, quia maritus est dominus corporis vxoris suæ quoad actus coniugales. Vide etiam Sotum de iust. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2. cum Bartholomæo à S. Fausto in speculo confess. disp. 27. quest. 11.

2. Et licet hæc opinio tantorum virorum autoritate sit fulcita, semper tamen tamquã probabiliorē, contrariam sententiam tenui, quam nouissimè tener etiam noster Megala in p. 2. lib. 2. c. 32. quest. ... n. 24. Bonac. de contract. disp. 1. q. 3. punct. 3. n. 12. & Grassius tom. 1. consiliorum, lib. 5. de furto. consil. 2.

Sed dices cum Rebello de obligat. iust. part. 1. lib. 3. q. 10. n. 1. & 2. saltem propter iniuriam adulterij faciendā est marito aliqua restitutio.

3. Respondeo cum Lessio lib. 2. cap. 10. dub. 5. ob adulterium non deberi aliquam restitutionem, quia non pro omni iniuria debetur restitutio pecuniaria, sed debetur pro iniuria, cum damno pecunia æstimabili.

4. Dices secundò, acceptum pro opere quod leges puniunt, est restituendū, ut est communis Iurifconsultorum, & Canonistarū opinio; sic Paulus, & Salicetus in l. idem si ob stuprum, ff. de condi. ob turpē

causam, & Alexander in l. generaliter de verb. obligat. & alij quos refert Couarr. ad reg. peccatum, part. 2. §. 2. Sed adulterium à lege puniunt. Ergo acceptum ob adulterium, si non marito, est saltem restituendum vel pauperibus, vel multi apud Couarr. aliter, vel ei qui dedit, ut vult Sotus, & Couarr. 5. Respondeo, hanc opinionem esse probabiliorem, ut ait Lessius li. 2. c. 14. dub. 8. n. 60. Sed contraria sententia tanquã probabilior est amplectenda, emque tenet Lessius loc. cit. Azot. p. 3. lib. 4. cap. 11. quest. 2. Vasq. opus. de rest. cap. 7. dub. 2. Syluester de rest. 2. §. 2. in fine. Nauarrus cap. 7. n. 134. & alij, Probatur ratione, nam leges, quas aduersarij citant, licet postea turpia rescindant, & tollant obligationem ciuilem, ob quam possit in iudicio peti promissam; non tamen reddunt irritam acquisitionem pecuniarum ex tali causa, nec faciunt inhabilem accipientem ad comparandum earum dominium. Dicendum est igitur ex dictis, posse mulieres coniugatas retinere sibi lucrum ex adulterio acceptum, neque restitutioni marito, vel aliis obnoxias esse. Salua, &c.

## RESOL. CCXXXVII.

Aliqua practica, & notabilia circa crim. in iust. Primo, an si quis habeat rem cum muliere in teris, &

quarto gradu cum sua vxore coniuncta, sibi que eodem gradu affine, impediatur à petitione debiti?

Secundo, si quis extraordinarie polluat feminam aliquam emittens semen post extractum è vase naturali membrum, quamvis postmodum casu illud habeat semen in naturale vas, an nullatenus affinitas?

Tertio, an si semen alicuius viri ope demonis deferatur in vxorem feminæ, contrahatur affinitas, quia illi non sunt facti vna caro, nec sibi adhaerent?

Quarto, an contrahatur affinitas, si vir feminæ, femina vero non seminante? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. Rel. 19.

§. 1. **A**N si quis habeat rem cum muliere in teris, & quarto gradu cum sua vxore coniuncta, sibi que eodem gradu affini impediatur à petitione debiti?

2. Affirmatiuè respondet Comitulus in respons. lib. 1. q. 138. n. 2. Sed tu tene contrariam sententiam, quia huiusmodi impedimenta sunt de iure Ecclesiastico, sed nullum ius Ecclesiasticum statuit incestum in tali casu à petitione debiti impedire; ergo. Et ita docet Nauarrus, quem sequitur Basilus Pontius de matrim. lib. 7. c. 33. n. 6. qui etiam n. 2. ait. Nota quòd si quis extraordinarie polluat feminam aliquam emittens semen post extractum è vase naturali membrum, quamvis postmodum casu illud habeat semen in naturale vas, nulla resultat affinitas, licet contrarium videatur docere Floronus de casib. refer. part. 2. cap. 1. num. 18. citans Grassium.

3. Nota etiam cum dicto Basilio Pontio contra Sanchez lib. 2. disp. 23. n. 2. quòd si semen alicuius viri ope demonis deferatur in vxorem feminæ, non contrahitur affinitas, quia illi non sunt facti vna caro, nec sibi adhaerent.

4. Difficultas est, an contrahatur affinitas si viri semen, femina verò non seminet. Affirmatiuè respondent Syluester infra, Floronus ubi supra de casib. n. 28. Finellius de casib. refer. cas. 10. n. 9. Pontius ubi supra, vbi sic asserit. Parum autem refert ad affinitatem contrahendam, quòd femina seminet, vel non eum eius semen ad generationem necessariam non esse sit constans opinio. Sed aliqui, ut notant Finellius, & Floronus ubi supra, contrariam sententiam docent, putantes ad contrahendam affinitatem requiri consuetum seminum, scilicet tam viri, quam mulieris.

& Syluester verb. Matrim. S. 9. 15. pro hac sententia citat Innocentium, Hostiensem, & Vgonem, quibus adde Caietanum in 2.2. quest. 154. art. 11. & hanc sententiam probabilem putat Sanchez de matrim. 10. 1. lib. 2. dist. 2. 1. num. 11. & Ioannes Suarez in Enchiridio casuum conscientia lib. 5. verb. affinitas, & ad contrahendam Ad rationem verò Basilij Pontij posset quis respondere, quòd non est ita constans opinio illa, vt semen foemineum non requiratur ad generationem, quin sententia contraria non sit probabilis, & illam acerrimè contra Aristotelem, non solum tuerentur medici, duce Hippocrate lib. de genitura, & Galeno lib. 6. de locis affectis, c. 5. Vallesio lib. 2. contr. Medic. cap. 6. Vega lib. 1. de arte medendi cap. 3. Petrus Meta, tr. de femine, §. iam verò, sed etiam præstantissimi Theologi, vt Scotus in 3. dist. 4. q. unica, Bonaventura q. 1. n. 3. 1. Maior quest. 3. art. 4. & alij, quos citant Conimbrienses de generat. lib. 1. cap. 4. §. 27. Sed tu tene communem sententiam.

RESOL. CCXXXVIII.

An ad contrahendam affinitatem necesse sit non solum virum, sed etiam feminam feminare? Et curissime inferatur ad consummationem matrimonij requiri etiam feminam feminare? Et deducitur etiam, quòd si viro seminante, mulier non seminauerit, idque partibus constet, an possint Religionem ingredi, sique probabile, quòd per professionem soluantur matrimonium, atque adeo pars in seculo relicta possit aliud matrimonium inire? Etiamque sequitur, quòd si vir in eadem circumstantia, mortua vxore, aliam accipiat, cum qua consummet matrimonium, an id circo impediatur Ordines sacros accipere, quia ex eo capite non erit bigamus? Et tandem queritur, an quando copula fornicaria est, iure naturali oriatur affinitas? Ex patr.; tr. addit. Ref. 21.

§. 1. P lausibilis erit lectoribus hæc resolutio. Dico igitur quòd in tali casu communiter asserunt DD. sufficere tantum semen viri. Ita Villalob. in summa. tom. 1. tr. 1. 4. diff. 1. 1. n. 8. Comitulos in respons. mor. lib. 1. q. 30. n. 2. & Doctores quos citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. 2. l. 7. dist. 64. n. 2. 1. & ego adduxi in 3. par. tr. 5. resol. 19. Et ratio est, quia copula sine emissione seminis foemina est copula perfecta, & sufficiens ad generationem; ergo per illam contrahitur affinitas; quòd autem ad generationem sufficit solum semen viri, tradit Aristoteles l. 2. de gener. c. 2. Auicenna l. 9. animal. c. 1. & D. Thom. in 3. part. q. 37. art. 5. ad 3. quem ferè omnes Theologi sequuntur. Rosella verb. impedimentum 14. num. 8. Tabiena eodem verb. 4. q. 2. n. 3. in fine. D. Antoninus par. 3. tit. 1. c. 1. 1. ante §. 1. Sotus in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. Henriquez l. 1. c. 8. num. 8. in glossa littera N. & alij. Vnde Ancharanus in cap. fraternitati, de eo qui cognoscit consanguineo post principium, ait ad affinitatem non requiri semen foeminae.

2. Sed his non obstantibus, ego cum Sanchez ubi supra n. 20. in fine in dicta resol. putavi contrariam sententiam esse probabilem, quam nouissimè præter DD. quos in d. resol. citavi, ex Theologis Societatis Iesu tenet Gaspar Hurtado tr. de matr. disp. 20. diff. 1. n. 4. ubi sic ait. Ad affinitatem non sufficit seminatio viri in matricem foeminae, in qua est sanguinis mensura ad generationem paratus, sed etiam requiritur seminatio foeminae, vt indicatur in can. lex diuina constitutionis 27. q. 2. dum in eo requiritur sanguinis (id est seminis) commixtio; quia Galenus docet quòd etiam seminatio foeminae est necessaria ad generationem. Et sanè semen foeminae non videtur ad aliud à natura institutum. Sic ille. Tenet etiam hanc sententiam ex Dominicanorum familia Lopez in instrum. part. 2. cap. 50. Grassius p. 1. l. 2. c. 70. num. 8. & ex veteribus Innocentius, Archidiaconus. Bellameta, Cardinalis Astensis, Nicolaus de O. bellis, Gaeta, & alij penes Sanchez loco citato.

tiam ex Dominicanorum familia Lopez in instrum. part. 2. cap. 50. Grassius p. 1. l. 2. c. 70. num. 8. & ex veteribus Innocentius, Archidiaconus. Bellameta, Cardinalis Astensis, Nicolaus de O. bellis, Gaeta, & alij penes Sanchez loco citato.

3. Et ideo non grauior hic apponere verba Ioannis Præpositi in addit. ad 3. part. D. Thomae, quæst. 5. de insolubili. matrim. dub. 9. n. 79. sic asserentis. Non est improbabile ad consummationem matrimonij requiri etiam seminationem foeminae. Primò, quia multorum est sententia, quòd semen foemineum per se etiam requiratur ad generationem, & quòd mater etiam per suum semen etiam actiue concurrat ad generationem tanquam materia. Secundò Benedictus Pontifex in can. lex diuina constitutionis, dicit osculù non parere propinquitatem, quòd nullam faciat sanguinis commixtionem; ergo ad affinitatem (de qua ibi loquitur) iuxta illum requiritur commixtio seminis virilis, & foemineae, cum non possit dici commixtio sanguinis si adsit solum semen virile. Ita Præpositus. Ex quibus rectè inferit primò, quòd si viro seminante mulier non seminauerit, idque partibus constet, possint religionem ingredi, sique probabile, quòd per professionem soluantur matrimonium, atque adeo pars in seculo relicta possit aliud matrimonium inire. Inferitur secundò, si vir in eadem circumstantia mortua vxore aliam accipiat, cum qua consummet matrimonium, non idcirco impediatur sacros Ordines accipere, quia ex eo capite non erit bigamus, vt satis est probatum in tr. de irregularitate, qui. Deo dante, videbit lucem in 4. parte breui edenda. Igitur ex supradictis dicendum est affirmatiuam sententiam circa præsentem questionem probabilem & tutam esse in praxi, vt ipsimet aduersarij fatentur, Sanchez, Villalob. Comitulos: & clarè hanc opinionem præter DD. citatos, docet etiam D. Thomas in 4. dist. 4. quest. 1. art. 1. quest. 4. ad 2. ubi sic ait. Vir & mulier efficiuntur vna caro per commixtionem seminum, vnde quantumcùque aliquis claustra pudoris frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur affinitas. Ita Sanctus Doctor, quod iidem verbis docet D. Bonaventura etiam in sent. dist. 4. 1. quest. 1. Vnde ex his sequitur stante probabilitate huius opinionis, eum qui habuit copulam cum forore, v. g. vxoris, si illa non seminauit, nullam contraxisse affinitatem, & ideo posse sine vlla dispensatione petere à sua vxore debitum.

4. Et pro coronide huius resolutionis non desinam hic inquirere, an quando copula fornicaria est, iure naturali oriatur affinitas. Affirmatiuam sententiam docet Hurtado de matrim. disp. 20. diff. 2. n. 7. Coninch de Sacram. disp. 32. dub. n. 49. quia etiam per dictam copulam fornicariam vir & foemina sicut vna caro, & vnus sanguis, non minus quam pec coniugalem, vt patet ex D. Paulo 1. Cor. 6. dum ait. Qui adhaeret meretrici, vnus corpus efficitur, & erunt duo in carne vna. Sed negatiuam sententiam tenet Sanchez de matrimonio, tom. 2. disp. 65. n. 9. Pontius de matrimonio, lib. 7. cap. 33. num. 4. Henriquez lib. 12. cap. 1. num. 2. quia nulla sunt nomina, quibus nomenem sic affines ex fornicatione, deinde in l. non faciles, §. affines, & §. sciendū est, ff. de gradibus affinitatis, dicitur neque cognationem, neque affinitatem esse posse, nisi nuptiae non inter dictas sint. Ex qua sententia, quam etiam tenet Villalobos in summa, tom. 1. tract. 14. diff. 17. n. 10. inferitur, vt ipse ait, [ que est que siendo infidel conocio illicitamente a vna muger, se puede despues de baptizado casar con su hermana, porque no nacio de alli afinidad, y assi no tiene impedimento. Y lo mismo seria, si vn Christiano tratasse illicitamente con vna muger infiel, que podria despues casarse con vna hermana suya, que

Sup. hoc ma-  
gis latè su-  
pra in Ref.  
114. & in  
aliis eius  
primæ not.

Sup. hoc in-  
fra in Ref.  
249. §. Secū-  
do, & in  
aliis eius  
annot.  
Sup. hoc ibi-  
dem §. Ter-  
tio.

Sup. hoc ibi-  
dem. in  
principio, &  
in §. Hinc  
&c.  
Sup. hoc  
ibidem, §.  
Apparet.

Sup. hoc in  
Ref. seq. pec-  
toram.

fuisse Christiana.] Sic ille. Unde dicendum est utramque sententiam esse probabilem.

## RESOL. CCXXXIX.

An affinitas ex copula fornicaria contracta impediatur matrimonium post Baptismum contractum?

Ex quo inferitur, quod si quis in infidelitate fornicatus est cum Titia, postea baptizatum non prohiberi, ut in uxorem non ducat filiam, vel sororem eiusdem Titie? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 261. aliis 262.

Sup. hoc prope finem Ref. præteritæ, à vers. Ex qua, sed lege præctatum §. per totum.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Coninch de Sacram. d. 32. dub. 4. num. 57. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. part. 4. c. 6. n. 6. cum aliis, quia tunc contrahentes subduntur legibus Ecclesiæ.

2. Sed ego probabilem etiam contrariam sententiam existimo, quam tuetur Henriquez lib. 12. c. 1. n. 2. & c. 3. n. 4. quem citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 65. num. 10. Et ratio est, quia cum illa affinitas non sit vinculum naturale, & subinde non contrahatur tempore infidelitatis, nil est quod post Baptismum impediatur matrimonium inter illum infidelem, & consanguineam mulieris ante Baptismum fornicariæ cognitæ.

Sup. hoc figuranter in vers. nor. Præteritæ.

3. Negant igitur hi Doctores, spectato iure naturali, ullam affinitatem ex copula fornicaria contrahi. Hinc inferitur, ut ego his diebus consultus respondi, quod si quis in infidelitate fornicatus fuit cum Titia, postea baptizatum non prohiberi, ut in uxorem non ducat filiam, vel sororem eiusdem Titie.

## RESOL. CCXL.

An ex matrimonio rato, & non consummato oriatur impedimentum affinitatis, vel tantum publicæ honestatis? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 25.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thome, quæst. 7. de impedimentis. Matrim. dub. 1. num. 88. Nam quamuis vir & femina ante consummationem matrimonij non sint vna caro per commixtionem sanguinis: possunt tamen dici vna caro, eò quod vnus habeat dominium corporis alterius in ordine ad generationem. Præterea etiam ante consummationem matrimonij consanguinei vnus coniugis vocantur alterum affinem. Tertio ratione contractus matrimonialis legitimi apud gentes oritur quædam necessitudo inter consanguineos vnus coniugis, & alterum coniugem, ut etiam docet Sanchez disp. 65. n. 6. & plures alij, quæ necessitudo non potest esse publicæ honestatis, cum ea sit introducta lege Ecclesiastica. Quarto Doctores, qui censent iure naturæ priuignum non posse recipere nouercam in uxorem, loquuntur in genere, & intelligunt etiam de ea, quæ non fuit cognita, & in eo sensu quæstio agitur à Doctoribus, ergo utriusque supponunt inter priuignum, & nouercam nondum cognitam oriri quandam propinquitatem iure naturæ: non est autem publicæ honestatis, cum ut dictum est, illa introducta sit lege Ecclesiastica, nec potest esse alia, quàm affinitatis. Ergo, &c. Vide etiam Ioannem VVigers in suppl. 3. part. quæst. 50. cap. 5. dub. 6. n. 15. Sed his non obstantibus ego adhæreo negatiuæ sententiæ, & puto in tali casu, ut in facti contingentia consului, oriri tantum impedimentum publicæ honestatis. Et ita tenent Doctores, quos citat & sequitur Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 64. num. 25. quibus ego addo Basilium Pontium lib. 7. cap. 35. num. 1. Bonacinam quæst. 3. punct. 1. num. 9. &

punct. 12. n. 18. Gutierrez. cap. 33. n. 23. Coninch de Sacram. disp. 32. dub. 3. n. 46. & dub. 5. n. 70. Cælestina in Compend. Theol. Moral. tr. 2. c. 25. dub. 3. Fillicium tom. 1. tr. 10. cap. 6. num. 210. & 221. Reginaldum de 2. tr. 4. cap. 10. num. 94. & 96. Balseum in Theol. præf. verb. Matrimonium 8. n. 66. Ioannem Petit in Theol. Sacram. tr. 8. lect. 112. & alios penes ipsos. Probatur ratio nondum consummato, sed tantum publicæ honestatis, quia affinitas sine copula carnali confluente non potest. Propinquitatis enim sanguinis verbus dicitur, non verbis efficitur, inquit Benedictus in cap. lex 27. q. 2. & nouissimè declarauit Pius V. in quodam Breue quod incipit, Ad Romanum: & Cardinalium Congregatio, quorum declarationes extant apud Rebellium n. 109. & apud Fatinacium de 44. de reformat. Matrim. cap. 3. in hæc verba. An ex matrimonio contracto per verba de presenti, non consummato oriatur affinitas, vel impedimentum publicæ honestatis? Responder Congregatio non esse impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, nec fortius ac maius vinculum, quàm impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro, & hoc Concilij decretum non loquitur de hoc impedimento, sed de illo tantum ex sponsalibus de futuro, ex quibus gradus istius impedimenti colligitur, non intelligit ad secundum gradum redactus, sed tantum illos qui contrahuntur ex sponsalibus de futuro, ut per Bullam felicis recordationis Pij V. sub dat. Romæ. Hæc ibi. Ex quibus patet ex matrimonio nondum consummato affinitatem non oriri, sed publicam honestatem.

2. Dices ad praxim nil deseruit hæc quæstio, cum sit tantum de nomine, nam utrumque impedimentum affinitatis, vel publicæ honestatis diuini matrimonij, & ad quartum vsque gradum protenditur. Respondeo hanc quæstionem satis deseruire pro praxi, primò in ordine ad Datariam, quæ maiorem pecuniam requirit pro dispensatione impedimenti oriri ex affinitate, quàm ex publicæ honestatis. Secundo deseruit hæc quæstio pro excommunicatione lata in Clement. vnicuique, de consanguinitate, ubi excommunicantur contrahentes cum affinitibus, & idè secundum nostram sententiam eam non incurreret qui contraheret cum consanguineis prioris sponsæ de præsentibus non cognitis, quia ut probauimus ex matrimonio rato non oritur affinitas.

## RESOL. CCXLI.

Quis scienter accessit ad consanguineam excois, si ignorabat tamen prohibitionem, & penam introductam an scilicet dicta ignorantia, exeat dispensatione ad petendum debitum?

Sed difficultas magis est, quando coniux habeat tantum ignorantiam solius pena impoite, videlicet, ne petatur debitum, scilicet tamen prohibitum esse in iure?

Et an ad incurrendam excommunicationem, suspensionem, interdictionem, irregularitatem, inhabilitatem, &c. non sufficiat, quod sciam opus esse prohibitum, sed ut sciam de pena, idque prohiberi sub pena excommunicationis, suspensionis, interdictionis, irregularitatis, inhabilitatis, &c. Ex part. 3. tr. 5. & Misc. Ref. 12.

§. 1. **I**n tali casu posse sine dispensatione petere debitum existimo contra Cordubam in 99. lib. 1. c. 12. art. 1. & Rodriguez in sum. tom. 1. c. 244. num. 11. & ita docet Portel. in addit. ad dubia regulari. l. 1. c. 2. rario, num. 29. Basilium Pontium de matr. lib. 10. c. 17. p. 10.



ter pro inhabilitate hic infra dicenda, ad medium §. vi. huius Ref.

Sup hoc in Ref. seq. §. Onero etiā, & in alius eius annot.

Sup. contento in hoc §. pro ignorantia excommunicationis in tom. 5. tr. 1. Ref. 32. & in alius eius primae not. Et pro ignorantia suspensionis & interdictionis in dicta Ref. §. Quae autem, & in alius eius annot. Et pro ignorantia irregularitatis in fine praecitari §. & in alius eius annot. & haec omnia intellige pro ignorantia inuincibilis Et si fecerit velis quid est sententiam in isto casu, si ignorantia esset vincibilis, & crassa, lege ibi Ref. 39. & 34. & omnes alias earum annotationum.

num. 10. & Sanchez de matr. tom. 3. lib. 9. disput. 32. num. 49. cum Henrici lib. 1. cap. 15. n. 11. vide etiam Suarez in 3. p. tom. 3. q. 67. art. 8. §. maius verò dubium. Syluest. ver. matrimonium 8. q. 7. d. 2. & Paludanum in 4. disp. 42. q. 1. art. 3. concl. 2. & haec opinio erit multū plausible Confessariis saecularibus, qui non habent privilegium Regularium, vt possint dispensare cum poenitentibus incestuos ad petendum debitum.

2. Sed difficultas magis est quando coniux habet tantum ignorantiam solum poenitentiae impositae, videlicet ne petatur debitum, scit tamen prohibitum esse à iure: & tunc etiam respondet Portel. vbi sup. non egerit dispensatione. Et ita tenet nouiss. Callrus Palauz tom. 1. str. 2. disp. 1. punct. 17. n. 8. in fin. & hanc sententiam probabilem vocat Sanchi. vbi sup. n. 20. licet contrarium doceat Basil. Pontius vbi sup. n. 12.

3. Notandum est etiam omnia supradicta maiori ratione procedere in poena excommunicationis, suspensionis, irregularitatis, Et idco asserit Portel vbi sup. n. 21. ad incurendam excommunicationem non sufficere, quod sciam opus esse prohibitum ab Ecclesia, sed vt sciam esse prohibitum sub poena suspensionis, irregularitatis, inhabilitatis, &c. Ita ille, qui citat pro hac sententia Nauar. & Rodrig. quibus adde Curiel in p. 2. q. 76. art. 4. dub. 5. Valentiam tom. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1. coroll. 9. Henrici lib. 13. cap. 23. n. 2. Suarez de cens. disp. 4. sect. 9. n. 19. Auilam de cens. p. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 7. Sayrum de cens. lib. 1. cap. 18. n. 37. ex quibus inferitur, quā frequenter Confessarios posse ab excommunicatione laicos excusate, quoniam saepe illam inuincibiliter ignorant. Sanchez verò putat hanc doctrinam procedere tantum in excommunicatione, non autem in aliis poenis. Sed tu tene nostram sententiam, quam ipse in n. 21. vocat probabilem, & illam amplectuntur Coninch de sacr. disp. 18. dub. 4. n. 31. Duardus in Bull. Coen. lib. 1. cap. 2. q. 5. n. 27. Bonacina de cens. disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 13. At de hoc infra latius dicemus. An tamen haec omnia vera sint, etiam quando operans laborat ignorantia vincibilis, dicendum est sequenti resolutione.

RESOL. CCXLII.

Quis gradus consanguinitatis per copulam priuati à iure petendi debitum?

Et an coniux consentiens incestui amittat ius petendi debitum à coniuge incestuoso, qui contraxit affinitatem?

Et an priuatur à iure petendi debitum, qui per metum cadentem in virum constantem cogitur ad copulam?

Et an qui contraxit affinitatem, vel cognationem cum scientia iuris, & facti, sed cum ignorantia poenae petendi debitum, illam incurrat? Ex part. 1. tract. 5. & Misc. §. Ref. 38.

Sup. hoc supra in Ref. 27. §. 1. & 2.

§. 1. Hæc difficultas procedit post Tridentinum, à quo affinitas dirimens matrimonium contrahendum restricta fuit ad secundum vsque gradum ex copula fornicaria; quæ olim extendebatur vsque ad quartum. Et illam tenet doctissimus Magister Ioannes de S. Thoma, olim Confessarius magni Regis nostri Philippi IV. & primarius Professor in Theologia celeberrimæ Academiæ Complutensis, in explicat. Doctr. Christianæ, fol. mibi 156. Et ratio est, quia Tridentinum affinitatem ortam ex copula fornicaria restrinxit ad primum, & secundum gradum; ad eum tantum effectum, vt non impediatur, neque di-

rimatur matrimonium, vt Pius V. declarauit; non autem vt non impediatur debiti petitionem, quia hæc distincta est à matrimonio, & matrimonij tantum fit mentio in Tridentino, & non petitionis debiti. Igitur tanquam casus omissus manet in dispositione iuris communis.

2. Verum his non obstantibus ego contrariæ sententiæ adhaereo. Dico igitur copulam habitam cum consanguineis alterius coniugis in tertio, & quarto gradu non impedit debiti exactionem: Ita Nau. lib. 4. c. 6. c. 6. c. 6. n. 2. 3. & 4. & alij quos refert, & sequitur Sanchez lib. 9. disp. 17. n. 14. Basil. Poncé lib. 7. c. 33. n. 6. Henrici lib. 11. cap. 15. Hurtado disp. 10. diff. 7. n. 30. & communiter DD. Ratio à priori est, quia affinitas non impedit, nec dirimit matrimonium, nisi ob copulam ad quam ordinatur, quia est indecens inter affines: ergo eo ipso, quod dicta affinitas restricta est post Tridentinum, vt non impediatur, neque dirimat matrimonium, nisi in primo, & secundo gradu, etiam censetur restricta, vt non impediatur petitionem copulae, nisi in eisdem gradibus. Vnde hæc de causa diximus fornicationem cum affine ex copula illicita in tertio, & quarto gradu non esse incestum, quia fornicatio cum affine in his gradibus non habet specialem malitiam irreuerentiæ, seu incestus iure naturali, vt liquet, neque iure Ecclesiastico, quia ius Ecclesiasticum prohibens hanc copulam intuitu reuerentiæ conferenda affinitibus, cessauit cessante prohibitione matrimonij, quod solum prohibebatur ob indecentiam copulae inter illos. Igitur quamuis petere debitum sit distinctum à contractu matrimonij, eo tamen ipso, quod affinitas non obstat contractui, neque obstat petitioni debiti. Firmo. Nam accessorium matrimonio est copula: ergo sequi debet naturam principalis, iuxta regulam illam 42. reg. iur. in 6. Ergo si matrimonium in tertio & quarto est licitum omnino, ac omni vacat impedimento, & copula etiam erit omnino licita.

3. Verum quid dicendum, an coniux consentiens incestui amittat ius petendi à coniuge incestuoso, qui contraxit affinitatem? Non consentiunt Doctores. Affirmat Sanchez supra, n. 3. & Basilus lib. 10. cap. 7. & alij apud citatos; idemque dicendum est de impedimento cognationis spiritualis.

4. Probat, quia affinitate ab altero iniquè contracta disponit ius, vt coniuges ad continentiam seruandam moueantur, quod si nolit innocens, iubet vt sibi debitum reddatur, ne absque culpa sua priuatur iure suo, cum iniquitatis particeps non fuerit. Hinc autem colligitur à contrario sensu, vt vbi alius coniux reus est culpa, ac particeps iniquæ contractionis affinitatis, amittat ius debiti exigendi. Nihilominus tamen standum nostro dicto, tum quia id nullo iure statuitur, vt est manifestum; tum quia argumentum à contrario sensu ex quo illud inferunt, est omnino efficax, saltem ad inferendam poenam, quæ cum sit odiosa, est strictè intelligenda, & non est extendenda. Nihilominus ego oppositum teneo, quod docet Ochagavia tom. 5. quest. 5. Hurtado disput. 10. difficult. 7. num. 22. d. 5. sect. 2. num. 5. Quia si textus expendantur, nullo iure certo statuitur expressè: quamuis enim dict. cap. discretionem, de eo qui cognouit consanguineam, dicatur coniugem innocentem non debere suo iure priuari, non licet à contrario sensu inferre, quod si nocens sit non quidem incestuosè adulterando, sed consentiendo in iure suo priuari, tale enim argumentum est à contrario sensu, quod non est efficax in iure, maxime ad inducendam poenam, & impedimentum. Accedit quod crimen commissum à consentiente, propriè loquendo non est ipsummet crimen primum, &

proprium incestus, sed reductiue, & secundariò habet malitiam incestus, quatenus non repugnat, sed consentit in alterius coniugium incestum

Sed hic obiter quæro, an priuatur iure petendi qui per metum cadentem in constantem virum cogitur ad copulam?

5. Affirmatiue responder Sanchez *lib. 9. disp. 31 n. 4.* & Reginal *lib. 3. n. 295.* & alij apud illos. Item Basil. *lib. 10. cap. 17. n. 6.* & ratio est, quia in eo euentu non cessauit culpa incestus; tenebatur enim vitam exponere, ne consentiret: ergo nec excusabitur ab illa pena. Quare sicut metus grauis non excusans participat eum excommunicato à culpa, neque etiam excusat à censura excommunicationis: ita cū vxor in casu non excusetur à culpa incestus, eam non excimet ab illa pena. Et ita hanè sententiam veram esse putat Perez *disp. 52. sect. 4. n. 6.*

6. Verum ego cum Dicastillo *de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 9. n. 96.* ex Nauarro assero, probabile esse in tali casu coactum per metum graue non priuari iure petendi. Ratio est, quia huiusmodi metus excusat ab incurrenda censura; ergo etiam excusat ab incurrenda pena priuationis debiti petendi: neque enim credibile est velle Ecclesiam cum tanto rigore tam graui pena punire eos qui metu graui compulsi non seruant suam legem, licet Sanchez *vbi sup.* pro virili contendat virtute aliquorum textuum, eum qui coactus est non excusari à pena, imo nec ab excommunicatione. Nihilominus oppositam sententiam appellat pietate plenam.

Quæro etiã secundò, an qui contraxit affinitatem, vel cognationem cum scientia iuris, & facti, sed cum ignorantia pœnæ petendi debitum, illam incurrat?

7. Affirmatiue responder Martinus Perez *disp. 52. sect. 6. num. 6.* Ratio est, quia tametsi in excommunicatione id speciale sit, quia est vltima, ac summa pœna Ecclesiastica, exigens specialiter ipsius notitiam, vt si deur in delinquente summa contumacia. Idemque dicendum videtur de omnibus aliis censuris, ac etiam de irregularitate, quando est mera delicti pœna, & habet rationem censuræ, quia est eadem ratio. Cæterum in aliis pœnis ordinariis, & proportionatis, qualis est pœna priuationis debiti exigendi imposita propter culpam incestuosam, non est hoc idem dicendum. Pater, quia communis est sententia Doctorum, ignorantiam solius pœnæ regulariter non excusare eiusdem pœnæ reatum, quia ignorantia pœnæ, quantumcumque si antecedens, non excusat culpam in transgressione legis, vt per se constat: vt enim lex obliget in conscientia, non oportet vt addat pœnam: ergo vt quisquam agat contra conscientiam violando legem, non oportet vt sciat pœnam: illa ergo ignorantia non excusat culpam: ergo nec pœnam, quia non cessante causa, non cessat effectus. Item quia illa ignorantia ad summum facit, vt illa pœna non sit voluntaria: hoc autem nihil refert, quia pœna potius postulat, vt inuoluntaria sit: vnde videmus seruari tam à Deo, quam ab hominibus; punit enim Deus æterna pœna etiam illos; qui ignorabant suis peccatis deberi talem pœnam, & ab hominibus suspenditur fur, etiam si pœnam ignorauerit.

8. Firmo, quia ex vi culpæ, ita homo subiicitur potestati Iudicis, vt possit ab illo puniri iusta pœna, vel iuxta leges, si in illis contineatur pœna, vel eius arbitrio, si ei commissum sit, siue pœna sit huius generis, siue alterius, & siue sit moderata, siue rigorosa, dummodo non excedat proportionem delicti: hoc enim solum requirit æquitas iustitiæ ex parte delinquentis; optio autem pœnæ legislatoris iudicio commissa est. Dixi regulariter, propter censuras, præsertim excommunicationem, ob

peculiarem naturam, & conditionem huius pœnæ, quæ est censura; quia requirit peculiarem modum, contumaciam, & inobedientiam, eo quod non ordinatur per se primò ad puniendum delictum committentem eius, vel ad cogendum peculiari modo ne committatur, scilicet sub illo peculiari, & rigoroso modo præcipiendi sub comminatione censuræ. Hoc vsque Perez.

9. Sed ego alibi contrariam sententiam tanquam probabilis admisi & nunc iterum admitto, & illam nouissimè docet Dicastillo *vbi sup. n. 105. vbi sic ait:* Qui factus est affinis, vel cognatus spiritualis cum ignorantia pœnæ, etiam si habeat scientiam iuris, & facti, probabilissimum est non priuari iure petendi. Ratio est, tum quia pœnæ ignorantia excusat ab incurrenda excommunicatione, aliusque censuris: ergo etiam excusat ab incurrenda pena priuationis huius iuris petendi debitum: tum quia pœnæ quantitas debet proportionari quantitati delicti, iuxta *cap. felicitis. de pœn. in 6.* minus delictum non censetur iuris dispositione puniendum eadem pena, quæ punitur maius, nisi id expresse dicatur: sed minus delictum est & minor contemptus legis, quando frangitur lex continens graues pœnas, pœnis ignoratis, quam iis cognitis: ergo æquum non est, quod transgressor subiciatur eidem pœnis pro minori delicto, atque pro maiori. Ita ille, sed vt dixi, à nobis alibi de hac quæstione petratatum est.

## RESOL. CCXLIII.

An opinio, quod affinitas non contrahatur, nisi femina etiam cum viro seminet, sit probabilis?

Ex quo tres casus valde notandi in sine huius resolutionis inferuntur.

Et etiam notatur ex penetratione vasis feminae absque seminatione; itemque ex seminatione extra vas femine naturalis affinitatem non nasci.

Vbi an seminatio feminae sit necessaria ad generationem: Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 26.

§. 1. Affirmatiue responder Basilius Pontius *de Sup. matr. lib. 9. cap. 10. n. 1.* vbi sic ait: Certum est effusione feminis extra naturale vas, non consummari, *cap. extracardinaris 35. q. 3.* deinde dico cum communi sententia, solam penetrationem vasis sine seminatione intra vas non esse sufficientem copulam, vt consummetur matrimonium in conscientia, & coram Deo, vt docet cum alijs Thom. Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 21. n. 5.* quia reuera non sunt effecti vna caro: nec enim efficiuntur vna caro, nisi per commixtionem seminum, vt colligitur ex *cap. lex 20. quest. 2. vbi. quod nullam facit sanguinis commixtionem.* At sine effusione feminis non est sanguinis commixtio: dicuntur enim vna caro ex ea copula, quæ ad generandum satis esset: ea autem sine feminis effusione non potest esse ad generandum sufficiens. Dixi coram Deo: nam in foro externo, si probetur penetrasse claustra puellæ, præsumetur etiam seminalis, & non audietur, cum puella deflorata maneat, & sine remedio fetè viuere cogatur, vt docet idem Thom. Sanchez *num. 8 & 9.* Neque verò in hoc expendendum est, an femina seminauerit, neque id vllam probabilitatem habet, quidquid contendat Thomas Sanchez *n. 8.* vide enim quot, quantumque scrupulis, & dubitationibus exponeretur consummatio matrimonij, si ea seminatio feminae attendenda esset. Nec refert an sit necessarium semen mulieris ad generationem, vel non: tantum enim hic attenditur ad consummationem seminatio intra vas

Sup. hoc in-  
Rel. præteri-  
ta. 2. & in  
tom. 5. tr. 5.  
Ref. 7. §. Sed  
ex his, & ibi  
in tr. 1. in re.  
61. §. Proba-  
tur, & in to.  
7. tr. 1. Ref.  
282. §. vlt. &  
ibi in tr. 4.  
Ref. 19. §. 2.  
& 3. & quæ-  
uis non ple-  
nè sup. hoc  
tamen non  
deseras ibi  
legere do-  
ctrinã §. vlt.  
Ref. 232. &  
si vides Ref.  
cius annot.  
primæ, &  
alias aliarum  
annotatio-  
num, caput  
tuum de tri-  
na repleue-  
ris, si prius  
legendo ca-  
put non do-  
ler, & tandè  
vide hic inf.  
doctrinam  
Ref. 244.

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

eius qui præcipuas partes in generatione habet. Ita ille.

2. Sed vide, amice Lector, quam varia sint iudicia hominum hanc sententiam, quam nullam habere probabiliter putat Pontius, & probabiliorem esse docet Martinus Perez de matr. disp. 3. 1. sect. 1. n. 5. sic enim asserit: Probabilis iudicio ad affinitatem inducendam non sufficere seminationem viri in matrice femine, in qua est sanguis menstruus ad generationem paratus, sed etiam requiri seminationem femine. Ita Ludou. Lopez 1. part. instr. cap. 50. Gaspar Hurtado disp. 10. diff. 1. n. 5. & alij Moucor tum quia id satis indicatur in Can. lex divina constitutionis 27. g. 2. vbi requiritur sanguinis, id est feminis cõmixtio. Tum etiam quia iuxta communem Medicorum sententiam, præsertim Galeni, & Auicennæ, etiam seminatio femine est necessaria ad generationem: non enim semen femine videtur ad aliud esse à natura institutum, cum etiam natura nihil faciat frustra, & videamus ex masculo & femina diuersæ naturæ, & speciei produci factum tertie speciei, quod se impediuntur feminibus. Adde etiam quod notauit Rebellus lib. 3. g. 15. n. 3. quod sequi potest suapte natura generatio, attrahente postea semine virili semen femineum, & materiã conceptui aptam; vnde sine coitus voluptate aliquæ feruntur conceptisse. Ita Perez, cui adde Martinum de San Ioseph in monit. Confessorum tom. 1. lib. 1. tract. 34. de matrim. n. 9. sic asserentem. [Lo mas probable es, que es necesario, que cum semine viri concurrat etiam semen mulieris, para que se contraya afinidad, porque es lo mas probable, que si la muger no concurre, no aurã generacion: y assi si succedere este caso, se podrã juzgar que no à huuo afinidad. Y tambien, que si el casado tuuo copula con parienta de si muger, si ella non feminauerit, no contraxo el impedimento aguno, y podrã sin dispensacion alguna pedir el debito. Ita ille.

3. Verùm ego nec Pontio, nec Perez assentior: non assentior Perez quatenus asserit suam sententiã esse probabiliorem: non assentior Pontio quatenus asserit hanc sententiam esse improbabilem. Dico itaque cum Doctoribus quos citat & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 20. g. 7. Ioann. de Soria in Epitologo summæ part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 10. §. affinitas, & alij, Pontij esse communior, & probabiliorem: sententiam verò Perez, & Martini de San Ioseph contra Pontium puto esse probabilem vt vocauit Sanchez à Pontio adductus, & ita me citato tanquam probabilem admittit Verrielli in 99. Legibus tract. 4. g. 27. n. 74. cui adde Suarez in 3. part. 9. 32. art. 1. disp. 10. sect. 1. Imò nouissimè Remigius in præf. Confess. tract. 2. cap. 6. §. 9. n. 6. sic ait. [Algunos defien den que los grados de la consanguinidad, y afinidad son de la misma especie, y que basta que diga el penitente auer cometido vn pecado de incesto, sin dezir que era con hermana, madre, de cõnada. Es tambien opinion muy recebida, que para que nazca de la copula afinidad, es menester que sea verdadera: Scilicet cum commixtione seminum maris, & femine.] Ita Remigius.

4. Sed non desinam hic apponere verba Dicastilli de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 34. n. 355. vbi me citato ait: Vtrum requiratur simul cum semine virili semen femineum ad contrahendam affinitatem, non est omnino certum, pendet enim ex alio principio, de quo egimus etiam cit. disp. 2. dub. 34. vbi diximus in quaestione positum esse apud Philosophos, & Medicos, an ad generationem sufficiat tantum semen virile, vel requiratur etiam femineum. Qui ergo docent sufficere virile ad generationem, consequenter docent sufficere ad affinitatem, docetque Sanchez cit. disp. 64. Qui verò negant suf-

ficere ad generationem, consequenter negabunt ad affinitatem. Atque ita docent Innocentius in cap. fraternitatis, de eo qui cognouit consanguineam, & Ludouic. Lopez 2. p. instr. c. 50. & alij apud Sanchez sup. n. 10. alijque multi apud Dianam 6. p. tr. 13. resol. 54. Item Perez sup. n. 5. Quamuis autem vtrumque probabile sit, nihilominus prior sententia, quod sufficiat semen virile, est multorum & grauissimorum, quos refert Sanchez ibid. n. 21. inter quos Syluester, qui contendit, Doctores qui ante ipsum scripserant de hac re, explicare, vt quando hi dicunt exigi semen femine, intelligant vel aliquid loco feminis, nempe sanguineum menstruum paratum à natura ad generationem prois. Huc vsque Dicastillus. Et tandem Castrus Palaus tom. 5. disp. 4. punct. 8. n. 3. sic asserit.

5. Hinc manifestè inferitur, ex penetratione vasis femine abque seminatione, itemque ex seminatione extra vas femineum naturale, affinitatem non nasci, vt probat textus in cap. extraordinaria 35. g. 5. Quinimò in probabili sententia, abque viri, & femine seminatione: quia pluribus placet non improbabiler vtriusque seminationem generationi necessariam esse, ac proinde matrimonij consummationi. Neque his obstat textus in cap. iuuenis de sponsal. & cap. fraternitati, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ, vbi decernitur separandum esse virum à coniuge, eo quod sororem eius nondum septem menses duxerit, & forsan cum ea tentauerit consummare, nec potuit, extraordinariè libidine polluit. Non inquam, obstat: nam eo casu non fit separatio ob impedimentum affinitatis, sed ob impedimentum publicæ honestatis, loquitur enim Pontifex de sponsalibus. Ita ille.

6. Restat modò respondere ad argumenta Basilij Pontij, quæ inferius adduxit. Et ad primum, quot quantisque scrupulis, ac dubitationibus exponetur ea consummatio matrimonij, si ea seminatio femine attendenda esset.

7. Responderetur nullum esse scrupulum, nullam prorsus dubitationem, vel enim certò sciunt coniuges femine non seminasse, vel dubitant. Si primum, matrimonium coram Deo non est consummatum: nam in conscientia non receditur à præsumptione fori externi, nisi constet euidenter de veritate opposita: forus autem externus præsumit vtramque seminationem probata copula.

8. Ad secundum, quòd non refert an sit necessarium semen mulieris ad generationem, vel non; tantum enim hic attenditur ad consummationem seminationis intra vas eius, qui præcipuas partes in generatione habet.

9. Responderetur gratis asseri à Pontio sufficere seminationem eius qui præcipuas partes in generatione habet: cum enim ex Medicorum sententia vtrumque semen sit necessarium, non dicitur perfecta copula, atque aded non consummata, si alterum semen ad generationem necessarium desit.

10. Apparet igitur ex superius dictis, excessisse Pontium in censura opinionis, asserentis affinitatem non contrahi si femina non seminet: ea enim sententia probabilis est, cuius probabilitate supposita, Mazuchellus de casib. reseruat. disp. 2. cap. 4. difficultate 4. num. 23. tria corollaria infert. Primò, cum qui habet copulam cum sorore vxoris suæ, si illa non seminavit, non contraxisse affinitatem; & sic posse absque vlla dispensatione petere debitum à sua vxore.

11. Secundò, si viro seminante non feminauerit femina, posse Religionem ingredi; & sic per professionem dissolui matrimonij vinculum, quod per copulam illam non fuit consummatum; & alterum coniugem in seculo manentem posse aliud matrimonium

Quæ hic est supra in ref. 114. & in aliis eius primæ an. nor.

Sup. duobus contentis in hoc §. sup. in princip. huius Res. Et pro parte primæ diff. cum D. Th. supra in ref. 238. §. Et ideo. prope fin. & in to. 3. tr. 2. ex doctrina Ref. 110. §. 2. in fine, vers. Quod etiã. & §. seq. & vt melius dissoluas hanc quaestionem in tom. 5. tr. 5. lege doctrinam Relol. 152.

Sup. hoc in Ref. nos. seq. §. Et ideo. in fin. & in fine huius Res.

Sup. hoc supra in Ref. 238. §. Et ideo. ante med. vers. Ex quibus, &

cum eodem Præposito hic citato supr. in Ref. 114. §. vi. & in aliis eius annot.  
Et pro primo contentio in hoc §. vi. supr. in Ref. 238. §. Et idem, ad medium, & vers. Infersecundo.

nium inire. Ita Ioann. Præpositus in addit. part. 3. D. Thom. 2. 5. de indissolubilit. matrim. sub. 9. num. 81. 12. Tertio, si maritus cum sua vxore copulam habuit, & seminavit vxore ipsa nunquam seminante, & vxore mortua aliam duxerit, cum qua matrimonium consummavit, hunc non esse bigamum, proindeque ex hoc capite non arceri à susceptione Sacrorum Ordinum. Ita Ioan. Præpositus cit. Quod idem existimat esse probabile Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 83. n. 6. in fin. Hucusque Mazuchellus, qui etiam poterat aliud corollarium inferre, videlicet ex copula femina non seminante, maritus non amittere ius petendi debitum vxori suæ. Verum quia ego adhaereo opinioni asserenti etiam femina non seminante affinitatem oriri; ideo supradicta corollaria non admitto; imò reiicienda esse puto.

## RESOL. CCXLIV.

An si penitens laboret ignorantia debeat confessarium illum admonere, si fructus non speratur?

Si matrimonium, v. g. ob latens impedimentum invalidum sit?

Si maritus ob castitatis votum ante nuptias editum, vel ob incestum post nuptias cum coniugis consanguinea commissum, facultate petendi debitum priuatus sit, &c?

Et aduertitur, quod cauere debet Confessarius ne in supradictis, & aliis similibus casibus interroget penitentem specialibus interrogationibus, seu contentus sit intelligere, an penitens in eis laboret inculpata ignorantia? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 80.

Sup. contentio in hac Ref. supr. ex ref. 141. leg. doctrinam §. Quarto etiam secundo & omni Ref. & 65. eius not.

§. 1. **H**æc sunt exempla. Si matrimonium, v. g. ob latens impedimentum invalidum sit. Si maritus ob castitatis votum ante nuptias editum, vel ob incestum post nuptias cum coniugis consanguinea commissum, facultate petendi debitum priuatus sit, si penitens per ignorantiam aliena bona possideat, &c. Dico igitur, quod si Confessarius intelligat penitentem laborare ignorantia inuincibili, vel saltem moraliter non culpabili, & arbitretur admonitione non securum esse fructum, sed potius animi inquietudinem, rixas, vel scandala, dissimulare debet, iuxta illud S. Augustini homil. 4. inter. 50. Si scirem tibi non prodesse, non te admonere, non te terrere. Et hæc docent ex Adriano, & Nauarro Paulus Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. cap. 13. n. 5. Suarez in 3. part. 10. 4. disp. 32. s. 5. n. 3. Sanch. de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 38. n. 6. Villalob. in sum. tom. 1. tra. 9. diff. 70. n. 4. & alij communiter quæ sunt valde notanda, quia facilius possunt accidere, & tunc discretus animarum Pastor omnia perpendens iuxta supradicta se gerat. Nā scio quendam imprudentem Confessarium dedisse occasionem multorum peccatorum, & quadam manifestatione vnus ex supradictis casibus. Vnde Villalobos ubi supra n. 13. sic optime asseruit. [En estos casos ha de estar muy cauto el Confessor, proque algunos ay tan imprudentes, qui sin reparar mas luego dizen al penitente, no estays casado, de lo qual se siguen despues grandes inconuenientes; y en este caso raxas vezes acontece que el Confessor tenga esta obligacion, proque se ha de alcançar dispensacion del Papa, y estal exos Roma, y por los menos ay gran peligro de la incontinencia mientras se facela dispensacion.] Ita Villalobos.

2. Notandum est etiam hic, quod cauere Confessarius debet si fructus non speretur, ne plus respondeat, quam à penitente interrogatur, v. g. vtrum matrimonium contractum ab eo, qui ante nuptias simplici castitatis voto obligatus erat, validum existat, & an vxori debitum reddere teneatur, & affirmet vtrumque Confessarius, interim tacens de obligatio-

ne non petendi debitum. Et ita contra Sotum in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. ad 2. docent Sanchez loc. cit. n. 8. & Layman n. 6. ubi etiam recte obseruat, quod vt intelligat Confessarius, vtrum in supradictis casibus penitens inculpata ignorantia laboret, necne, cauere licet existimet matrimonium validum esse, nam subito penitenti suspicionem commouebit. Sed solum in tali casu contentus sit interrogare penitentem, nihilne sit, quod animus eius grauet, conscientiam scrupulosam reddat? Et hæc omnia aduocare volui in gratiam Confessorum, quia in paxi sepe sepius aduenire solent.

## RESOL. CCXLV.

An incestuoso iniquè petenti debitum possit sine peccato coniux innocens illud reddere?

Et an in tali casu non solum coniux possit reddere, sed teneatur?

Et notatur in gratiam innocentis permitti aliquando posse incestuoso debiti tacitam petitionem?

Et aduertitur imperata dispensatione predicti impedimenti, integre incestuosum recuperare ius petendi debitum, ac si nunquam affinitatem contraxisset, nec ad hanc imperationem consensus innocentis requiritur, quam dispensationem concedere potest Episcopus saltem ex consuetudine, & ex privilegio Sedis Apostolicae, Superioris Religionum, & quibus ipsi commiserint, eamque concedere possunt?

Et tandem quaritur, an coniux, si adulterium committat, alter coniux, qui voto perpetua castitatis est obstrictus, teneatur ei debitum petenti reddere? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 32.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Pater Sanchez de matr. lib. 5. disp. 6. n. 12. Sed aduersus illum insurgit Texeda tom. 2. lib. 4. tr. 1. c. 2. n. 88. quia coniux incestuosus ob adulterium, & commissum incestum amittit ius petendi, & petendo peccat mortaliter: ergo coniux innocens, cum nulla in sit illi reddendi obligatio, cooperatur peccato incestuosi, & est particeps illius. Probatur consequentia: quia potest impedire peccatum adulteri, & non impedit, eum possit. Secundò quia idem coniux innocens dubitans de valore matrimonij, peccat mortaliter reddendo debitum adultero non dubitanti; quia reddendo debitum solum excusabatur à culpa ratione obligationis, qua tenebatur reddere; quæ tamen ratione adulteri contra ipsum commissi est. Ergo, cum in nostro casu coniux non teneatur reddere debitum adultero incestuoso petenti, reddendo peccat mortaliter, cooperando peccato eius. Tertio, quoniam quis potest remouere aliquem à peccato mortali, teneatur lege charitatis saltem id facere, cum habeat præceptum à Deo de proximo suo: sed coniux innocens, absolute loquendo, potest coniugem nocentem, & adulterum, & incestuosum remouere à peccato mortali, ei non reddendo debitum petenti: ergo ad id teneatur, atque si reddat, peccat mortaliter, cooperando peccato eius.

2. Obicit Sanchez: Coniux innocens ex eo, quod alter coniux adulterum commisit, & incestum, non peccat: ergo nulla potest assignari ratio, vt iniuste priuetur facultate reddendi, & petendi debitum: aliàs enim peccatum coniugis adulteri, & incestuosi noceret innocenti, cum ipsum prius tota sui iuris plenitudine. Sed responderetur, argumentum procedere ex praua intelligentia delicti perpetrati ab adultero incestuoso: nam per illud coniux innocens non priuatur aliquo iure petendi debitum, cum, si petat, teneatur coniux nocens, & adulter, & incestuosus reddere.

dere, sed solum priuatur potestate reddendi; & hoc quidem in pœnam, & supplicij adulterij incestuosi: unde illa potestatis priuatio debiti reddendi incestuoso, quæ manet in innocente coniuge; non est priuatio alicuius iuris, quo innocens ob incestum alterius priuatur, sed potius est sui iuris corroboratio; cû in sua potestate positus sit petere, quoties voluerit, absque vlla obligatione reddendi, & in adulterio maneat obligatio reddendi debitum coniugi, quoties petierit; & hæc doctrina in praxi, tanquam vera, & secuta, sequenda est. ] Ita Texeda

3. Verum sententiam Patris Sanchez ego satis probabilem existimo, quam, præter illum, tenent Layman lib. 5, tr. 10. p. 3. ca. 1. n. 15. Castr. Palau tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 6. n. 7. Quia in tali casu, si attentè cõsideretur, nulla est iniquæ actioni cooperatio quippe illa copula coniugalis secundum se illicita non est; sed solum quatenus petitur ab incestuoso: at petitioni incestuosi non cooperaris formaliter, si quidem illud ad petendam non incitasti; sed solum cooperaris copula petite: ergo nulla in malitiâ cooperatio adest. Ex alia autem parte delictum incestuosi te grauare non debet, vt dicitur cap. *Trãmissa*, cap. *Tua*, de eo, què cognouit cõanguin. Ergo æquè debes liber esse ad petendum & reddendum, ac si de istum commissum nõ esset. Et ideo hanc sententiã tenet etiam in clyturo Lumen Dominicanæ Familie, Martinius Ledesma, in 4. 10. 2. q. 60. n. 5, fol. mibi 507. qui plus addit, non solum vxorem in tali casu posse, sed teneri reddere debitum: sic itaque assertit: Si autem sequatur incestus, non dicitur matrimonium iam antea contractum; nempe, si quis cognouit forem suæ vxoris, vel eiusdem vxoris aliquam aliam consanguineam, nõ dicitur iam contractum matrimonium, sed priuatur, vt non possit exigere debitum ab vxore in pœnam; reddere autè tenetur: & si exigat debitum, peccat mortiferè, & probabile est, quòd vxor non tenetur reddere, etsi licitè possit: licet probabilius mihi videatur, quòd vxor tenetur reddere debitum marito petenti, esto sentens peccet. ] Ita ille. At quoad hoc vltimum distentio: puto enim contra Ledesma, in tali casu nullam obligationem adesse debitum reddendi: licet possit reddere, cõtra Texeda, si velit. Vide Gutierrez, in 99. Can. lib. 1. cap. 23, n. 6. Couar. in 4. Decret. part. 2. c. 7. §. 2. n. 5. & Sanchez *vbi supra*, n. 8.

4. Notandum est hic obiter, in gratiam coniugis innocentis, permitti aliquando posse incestuoso debiti tacitam petitionem, testantur Sotus in 4. dist. 37. q. 2. art. 2. post 2. conclus. Gutierrez lib. 1. canonic. 99. cap. 23, n. 9. Sanchez pluribus relatis lib. 9. disp. 7. n. 1. Si enim vxor cogretur semper debitum petere, onerosum illi matrimonium esset, & periculo incõtinentiæ exponeretur, crederetque possit, se minus à viro diligi. Illud verò est certum, impetrata dispensatione prædicti impedimenti integrè incestuosum recuperare ius petendi debitum, ac si nunquam affinitatè contraxisset; neque ad hanc impetrationem consensus innocentis requiritur, vt optimè aduertit Sanchez lib. 9. disp. 6. n. 10. Quam dispensationem concedere possit Episcopus, scilicet ex consuetudine, testantur Sanchez lib. 8. disp. 12. m. 4. Valentia disp. 10. q. 5. par. 5. Henriq. lib. 12. c. 2. n. 9. Layman lib. 5. tr. 10. part. 3. c. 1. n. 15 & alij plures apud ipsos. Ex priuilegio autem Sedis Apostolicæ, Superiores Religionum, & quibus ipsi commiserint, eam concedere possunt.

5. Sed hic obiter quæro, an, si coniux adulterium committat, alter coniux, qui voto perpetuæ castitatis est obstrictus, teneatur ei debitum petenti reddere? In qua difficultate partem affirmatiuã tenet Lessius de iust. l. 2. c. 4. n. 53. Sed obstat validum argumētum: quia coniux voto castitatis ligatus, tenetur perfectè seruare suum votum, in quantum potest sine iniuria

alterius coniugis, neque petendo debitum, neque reddendo: sed in casu posito coniux neque petere, neque reddere potest; ergo attenda vi, & obligatione ad id tenetur. Maior cõceditur ab omnib. sed probatur minor: quia coniux adulter ob adulterium, cuius est cõfcius coniux, qui voto castitatis est obstrictus, amittit ius petendi: ergo coniux voto castitatis obstrictus nõ tenetur ei petenti debitum reddere. Aded tu cogita

RESOL. CCXLVI.

An vxoratum impeditum petere debitum, possit absque dispensatione illud petere, ne periculo proximo exponatur labendi in peccata carnis?

Ex quo inferitur, quòd coniux non tenetur reddere debitum viro lepra, morbo Gallico, &c. infecto, etiam si in gratia peccata carnis labatur, debitum non reddendo? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 33.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Quintanadueñas in Theol. mor. 10. 1. tr. 9. singul. 12. ex eo, inquit, iuris principio, quod probant Cæsar Argel. de contradiçione legitimo, q. 19. n. 72. & Barbosa de princip. lit. L. n. 25. Lex non debet esse iniquitatis vinculum. Vinculum autem, scandalum, & occasio ruinæ, ac grauissimæ iniquitatis esset lex Ecclesiastica impediens debiti petitionem, in casu, in quo ex eius obseruatione, grauissimo, & proximo luxuriæ periculo quis exponeretur: ergo non est credibile, legislatorum obligare voluisse cum tanto detrimento.

2. Confirmatur hæc sententia ex Doctoribus assententibus, licere coniugi impedito exigere debitum ab altero, cû in seipso periculum incõtinentiæ sentit. Sic docent de coniuge, qui affinitatem contraxit, plurimi, quos citat, & sequitur Sanch. l. 9. disp. 9. disp. 7. n. 5. aditruens, tunc id habere locum, quando spes est, quòd ea copula periculo incõtinentiæ subueniat, vel vbi id prudenter dubitaretur. Rationem adhibet: quia votum non obligat ad non petendum cum dispendio ruinæ alterius coniugis: ergo nec etiam obligabit cum dispendio animæ illius, qui illud emisit: cû non minus, sed multò magis teneatur hic suæ salutis spirituali prospicere, quàm salutis vxoris suæ & matrimonij vius post lapsum ordinetur, vt huic incõtinentiæ subueniatur.

3. Limitanda verò est prædicta sententia, vt tutius procedat, vt ea vtatur coniux, cû cõmodè dispensatio ad petendum debitum haberi nequit, vel est periculum in mora ipsius petitionis. Vnde in oppidis, vbi nec Parochus, aut sæcularis Confessor potestatem delegatam habent ad hanc dispensationem concedendam; nec Religiosus adest, qui eam concedere valeat; aut noctu suboritur vehemens stimulorum tempestas cû præfato periculo, potest etiam hoc impedimento ligatus, ab vxore debitum petere. Consultius verò erit, quòd si potest, has occasiones præueniat, dispensationem ad cautelam antea impetrans, cum ad ciuitatem, vel locum diuertit, in quo sunt illi, qui eam possunt concedere. Sed ne scrupulis ansam præbeamus, adde, quòd, licet hoc tutius sit, valde probabile est, nullo modo dispensationem esse necessariam tunc, etiam si facillè obtineri possit; cû hæc sententia nitatur in eo, quòd tunc nec lex, nec votum obligant, seu ille casus non cadat sub lege, nec sub voto ob rationes assignatas. Eo modo, quo Doctores, apud Bonacinã, de leg. disp. 1. q. 1. punct. vlt. n. 8. docent, legis obligationem cessare in his casibus, qui per epischeiam, seu æquitatem, & prudentiam, non censentur comprehendendi in lege, etiam si verba legis illos comprehendere videantur. ] Hucusque Quintanadueñas.

4. Sed his omnibus non assentior, vt pote contra communem

Sup hoc in tom. 1. tr. 1. Ref. 103. §. vlt.

Sup hoc in tom. 7. tr. 1. late in Ref. 282. &c.

Et sup. conrento in hoc §. vlt. in to. 4. tr. 3. Ref. 109. §. 2. & in Ref. 110. §. etiam 2. cursum prope eius finem.

communem sententiam Doctorum, memor illorum verborum Baldi asserentis, quod qui loquitur contra omnes, non bene loquitur. Recte itaque dixit Texeda in *Theol. mor. to. 1. lib. 4. tr. 1. contron. 1. 2. n. 92*. Si roges, quid facere teneatur coniux, qui debiti petitione est priuatus ratione affinitatis contractæ per adulteriũ & incestum, aut ratione voti castitatis, si grauiſſimis carnis stimulis sit agitatus, ita ut illos vincere non possit: nam videtur eo casu licitum esse ei debiti petitionem, sicut licitum esse ei, quoties senserit in coniuge altero incontinentiæ periculum. Dico tamen in nullo casu licitum esse ei debitum petere: & ideo tenetur uti carnis macerationibus, ieiunando, orando, aut disciplinis vires à carne auferendo. Neque est similis ratio de huiusmodi impedito, quoties videt in altera coniuge periculum incontinentiæ; in quo casu licitum est ei ab ea debitum petere: quia tunc illa debiti petitio, non est formaliter petitio, sed redditio, & obligationis solutio; quod non euenit, quando incestuosus, adulter, aut voto castitatis ligatus ad vincendas carnis tentationes debitum petit. Vnde patet responſo ad argumenta contraria.

5. Hinc infertur, quod coniux non tenetur reddere debitum viro, lepra, morbo gallico, &c. infecto, etiam si in graui peccata carnis labatur, debitum non reddendo: quia patiens ad superandas tentationes carnis, ut ex Pontio, Coninch, Laymã, & aliis docet Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 11. n. 4.* alia plura remedia adhibere potest, quibus diuina gratia adiutus, illas vincat. Sic & in nostro casu. Ergo, &c.

## R E S O L. CCXLVI.

An sit probabilis opinio aliquorum asserentium non esse peccatum mortale copulam initam in Ecclesia ab uxoratis absque causa?

Et docetur, quando dicatur Ecclesia polluta ex effusione seminis in illa, & ad hoc quid requiratur?

Pro quibus in textu huius Resolutionis aliqui casus explanantur? Ex part. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 34.

§. I. **S**uppono copulam absque causa factam in Ecclesia à coniugatis, esse copulam lethalem secundum communem opinionem Doctorum, quos refert, & sequitur Leander *de Sacr. to. 2. tr. 9. disp. 25. q. 30.* difficultas est, an opinio contraria sit probabilis? Olim negatiuè respondebat Magister Decius Dominicanus, cui ego obſtiti, & tunc adduxi Hurtadum *de matr. disp. 10. diff. 4. n. 16.* Basilium Pont. *lib. 10. c. 10. n. 13.* & alios penes ipsos, quibus nunc addo Martin. de San Ioseph *in mon. confes. to. 1. lib. 1. tr. 50. de matr. n. 2.* vbi sic ait: Probabile sententia es la de los que afirman, que tener copula coniugal en la Iglesia sin necesidad es pecado mortal; dizen, que es sin necesidad el no ser compelidos à habitar mucho tiempo en la Iglesia, v. g. quando estam retraidos, Suarez *3. p. q. 83. ar. 3. disp. 81. sect. 4.* Henrig *lib. 9. de Missa, c. 27. n. 5.* & alij plures, quos citat, & sequitur Sanch. *vbi sup. n. 12.* Pero mas probable me parece, que no es pecado alguno tener la copula marital en la Iglesia, aun sin necesidad, porque no esta prohibida por Derecho natural, ni por el Diuino, in Ecclesiastico, ni quando en el *cap. fin. de consecrat.* Ecclesia se determina, que la efusion del semen humano; haze polluta la Iglesia, habla de la copula marital, sino de la fornicaria. Tienenlo assi la *glos. in cap. Ecclesiã, verb. semine, de consecrat. dist. 1.* & multi Auctores citati à Sanchez *lib. 9. disp. 15. n. 7.* Hucusque Martinus

2. Et ideo hanc sententiam nouissimè tanquam probabilem admittit Dicastillus *de Sacr. tom. 3. tr. 10. disp. 9. dub. 5. n. 57.* dico igitur probabiliter actum coniugalem in loco sacro, aut benedicto, non esse illicitum, nedum sacrilegum, quia in primis non est illicitus iure naturali, nec Diuino, ut patet. Deinde non bi enim reperitur Textus, in quo vel prohibetur, vel supponatur prohibitum, nam prædictum *cap. fin. de consecr. Eccles.* (qui solus Textus solet adduci) in iussumque fuerit semine, aut sanguinis effusione polluta, &c. non constat ibi esse sermonem de effusione nam ad eorum verborum veritatem sufficit seminis sine femina sit, siue viri, siue Clerici, siue non Clerici. Idque videtur indicari illis verbis, fuerit polluta, nam cum aliàs non constet satis actum coniugalem in Ecclesia esse prohibitum intuitu reuerentiæ Ecclesiæ, non est cur dicamus eo actu pollui Ecclesiam, maxime cum eodem tenore verborum ibi dicatur Ecclesiam pollui sanguinis effusione, & tamen non polluitur effusione sanguinis alioquin licite ergo licet non extenditur Ecclesiæ pollutio ad licitam effusionem sanguinis, ita non videtur extendi ad licitam effusionem seminis Ecclesia ergo iuxta probabilè huius discursum tantum polluitur sanguinis, aut seminis effusione illicita, & non coniugali. Et quidem probabilissimum etiam est, non quacunque illicita effusione seminis; sed tantum publica, id est, que constituta à reo facta in iudicio, aut facti euidentia veniet in multorum notitiam, ut contra Paludanum, Antoninũ, Rebell. Sanchez, Suar, & alios docent Valquez *1. 2. disp. 98. n. 6.* Tolerus *lib. 5. cap. 8. Azor. 1. 1. lib. 10. cap. 26. q. 13.* Basilium *supra, & alij Recentes*

3. Et tandem post hæc scripta inuenio hanc sententiam absolute docere Martinum Perez *de matrim. disp. 49. sect. 4. n. 7.* & probat nullum esse peccatum si coniuges copulentur in loco sacro, neque Ecclesiam violari; siue copulentur in casu necessitatis, siue non. Quod etiam à simili comprobatur, nam effusio sanguinis quando iusta est, non habet specie sacrilegij.

4. Et ex hæc sententia colligitur primò, sola effusione seminis ex se illicita, & que cum peccato mortali sit, pollui Ecclesiam, & illam solam committam in loco sacro habere speciem sacrilegij.

5. Colligitur secundò, neque etiam illa effusione seminis illicita pollui Ecclesiam, nisi id delictum sit publicum, atque adeo si effusio occulta sit, neque polluitur, neque speciem habet sacrilegij. Sic Tolerus *lib. 5. sum. cap. 8.* Coninch. *de Sacr. q. 83. ar. 3. dub. 1. n. 130.* Gabriel Valquez *in 1. 2. disp. 98. n. 6.* Basilium Ponce *citatus n. 15.* & alij. Probat manifestis rationibus. Primò, quia cum ea effusio seminis ideo tantam sacrilegium sit, quia ex constitutione Ecclesiastica locus sacer illa profanatur, & tollitur consecratio, aut benedictio; neque enim vlla est alia ratio, ob qua sit speciale peccatum; sit ut notoria tantum effusio speciale sacrilegij peccatum sit. Secundò, cum reuerentia loco sacro debita consistat in opinione hominum, non potest per prædictum illicitum tolli nisi hominibus innotescat, sicut homines non sunt de facto per crimina infames, nisi innotescant. Tertio, sicut ob occulta crimina non potest iniungi publica poenitentia, ne auctor iniuriose diffametur; ita nec Ecclesia ob similia potest pollui, quia eadem diffamatio sequeretur. Vltimò, quia aliàs res esset intolerabilis. Ponamus enim solum Parochum scire eiusmodi factum, hærebit perplexus, quia nec poterit sine turbatione omninò à celebrando in ea Ecclesia abstinere, nec poterit curare ut reconcilietur, quia non poterit probare factum, si rei negent, qui hoc non tenentur fateri, quando non est saltem semiplenè probatum. Nec etiam liberè in ea poterit sicut antea celebrare; quia semper dubitabit an hæc, & nunc sit sufficiens

Sup. hoc. quod hic supponitur in tom. 1. tr. 7. Refol. 83. §. vlt. Sed lege eam per totam & infra §. vlt. huius Ref.

sufficiens necessitas celebrandi in Ecclesia polluta.

6. Colligitur tertio, publicum in hac re dici, non quod iuridicè probari possit, sed quod vel ipsa confessione rei in iudicio, aut evidentiâ facti in multorum notitiam devenit, & est quasi diffamata Ecclesia, & denigrata eius reverentia, vt communiter docent Doctores. Vnde si duo, vel tres, aut pauci homines scirent pollutionem, vel emissionem seminis in loco sacro admittam, adhuc neque egeret reconciliatione, neque esset speciale sacrilegij peccatum.

Sup. conten-  
tis in hoc §.  
in tom. 1. tr.  
7. lege do-  
ctrinâ Ref.  
83. & 84.

7. Colligitur quarto, pollui Ecclesiam dicto actu publico facto tantum intra corpus Ecclesie, & non facto in turri, nec in cubiculis corpori Ecclesie adherentibus, nec in cellulis, seu tribunis, ex quibus Principes, qui domos Ecclesie coniunctas habent, audiunt sacrum, nec in Sacrificiis. Huc vsque Perez.

Sup. hoc su-  
pra in prin-  
cipio huius  
Ref. & in to-  
1. tr. 7. Ref.  
85. §. 1. & 2.  
& lege cam-  
pet totam.

8. Ex his à fortiori reprobando veniunt Paludanus 4. dist. 18. q. 8. art. 4. n. 20. D. Antoninus 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 2. Caiet. verbo, Matrimonium cap. ult. vers. 6. Nau. c. 16. n. 32. Viuald. de Mari. vbi de debito coniugali n. 62. Armilla verbo debiti n. 7. Valent. to. 4. disp. 10. generali q. 6. punct. 2. §. 7. Grassis in decis. cap. 48. n. 26. Toletus lib. 5. c. 8. n. 14. Quos omnes, & alios referit pro hac parte Sanchez n. 9. & Basilus n. 12. asserentes quod etiam sit morale peccatum, dictus coniugalis actus exercitus in Ecclesia in casu necessitatis, v. g. quando coniuges diu sunt intra illam inclusi.

9. Sed contrarium dicendum est, nempe non esse mortale in proposito casu talem actum in Ecclesia exerceri. Quia probabilis est, Ecclesiam in casu necessitatis nolle obligare coniuges ad abstinendum: sic Suarez 3. p. q. 83. art. 3. disp. 81. sect. 4. Henric. lib. 9. de Missa c. 27. n. 5. & l. 1. c. 16. n. 4. Petrus Ledefina de matr. q. 64. art. 7. concl. 1. & in sum. tra. de Eucl. a. cap. 10. diff. 1. Bartholomæus de Ledefina, Silvester, Castro Palaus, quos, & alios vsque ad 27. Doctores refert, & sequitur Sanchez loco citato n. 12.

RESOL. CCXLVIII.

An ex matrimonio nullo oriatur impedimentum publicæ honestatis? Ex part. 9. tr. 6. Ref. 49. aliâs 50.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, dummodo non sit ex defectu consensus: quidquid asserant Nauarrus, Couarruias, & Lopez, quorum opinio ante declarationem contrariam Sedis Apostolicæ, probabilis videbatur: hodie tamen minimè est vera, vel probabilis, nec tenenda vllò modo; sed contraria, nempe, id minimè esse correctum, sed adhuc stare, & idè oriri ex matrimonio rato irritò quacunq; ex causa, præterquam defectus consensus, hoc impedimentum, vt nuncupatim declarauit Pius V. Summus Pontifex in suo Motu proprio, incip. Ad Romanum spectat, &c. anno 1568. vbi quodd, cum multi dubitauerint, an Decretum Concilij Tridentini sess. 24. de matrim. c. 3 intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de præsentibus non consummato, sic ait: *Authoritate Apostolica tenore præsentis declaramus, & definimus, Decretum Concilij, huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio (sic vt præfertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum Decretum Concilij, introductum erat.* Ita obseruat Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. n. 57. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 10. n. 2. Gregorius de Valentia 4. part. disp. 10. quest. 5. punct. 3. Vbi de impedimento publicæ honestatis, & Thomas Sanchez lib. 7. disp. 70. n. 5. vbi addit, sibi non placere temperamentum, quod adhibet Emmanuel Sa verb. Matrim.

n. 12. vbi ait: [Si id matrimonium irritum sit occultum, aut manifestum sit, fuisse irritum, non oriri impedimentum.] & numeris seqq. Sanchez. vbi supra, alia declarat, & deducit in proposito vtilia apud ipsum videnda.

2. Sed, his non obstantibus, nouissimè Texeda in Theol. mor. to. 2. lib. 4. tr. 2. §. 7. contr. 2. 1. n. 24. nititur adhuc sententiam Couarruias defendere: sic enim ait: [Nihilominus existimo dicendū: ex matrimonio irritò adhuc non oriri impedimentū publicæ honestatis: quod tamen affirmo sub correctione, & saluo meliori iudicio: Et ratio mea est: quia Pontifex, quādo dixit: *Sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, &c.* nō loquitur de matrimonio valido absoluto. Et potest deduci non contēnenda ratio ad hoc affirmandū: quia Pontifex loquitur de matrimonio, secundum quod de illo agitur in iure veteri ante Decretum Trident. vt manifestant illa verba: *In omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante dictum Decretum, &c.* Ergo, cum in iure veteri solum agatur de sponsalibus irritis circa prædictum impedimentum, & non de matrimonio, vt constat ex d. cap. vnic. de spons. in 6. si Summus Pontifex loquitur secundum ius antiquum, ergo, cum ibi nihil agatur de matrimonio irritò, sed de matrimonio valido; imò nec de matrimonio, sed tantum de sponsalibus; iuxta Pontificis intentionem dicendum est, solum ex matrimonio valido oriri iustitiæ publicæ honestatis impedimentum.] Ita ille Verūm hanc sententiam Texeda nullatenus sustinendam esse puto; & præter Doctores citatos illam refellit Castro Palaus tom. 4. disp. 4. punct. 10. n. 5. & Pontius lib. 7. cap. 35. num. 3.

RESOL. CCXLIX.

An ex matrimonio clandestino oriatur impedimentum publicæ honestatis?  
Ex quo infertur hoc impedimentum publicæ honestatis non contrahi ab infidelibus, vnde si quis sponsalia in infidelitate cum aliqua contraxisset, eaque obisset ante matrimonium consummatum, conuersus posset eius sororem in uxorem accipere? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 52. alias 53.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet Ioan. Præpositus in 3. part. q. 7. de impedim. dirim. dub. 14. n. 123. ait enim: [Petes, an ex matrimonio clandestino oriatur hoc impedimentum, vbi Tridentinum receptum est: Rebilius 3. p. de oblig. post lib. 4. sect. 5. n. 102. ponit Congregationis declarationem in hæc verba: *Præsupposita declaratione per Constitutionē S. D. N. Pij V. super hoc decreto, censuit Congregatio oriri hoc impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de præsentibus etiam nulliter contractis, omiſsa forma Decreti Concilij Trid. c. 1. huius sessionis.* Respondetur, non videri oriri: & dico, hanc declarationem non videri ita certam, quam etiam plures alij Collectores non habent. Certè si tale matrimonium, ne quidem vim sponsalium de futuro fortitatur; non potest ex hoc capite impedimentum oriri. Non oritur etiam iure antiquo ex matrimonio inualido; cum nullo Canone, vel etiam consuetudine, de qua constet, hoc impedimentum oriatur ex matrimonio irritò. Nec etiam oritur iure Trident. quia nullibi in Tridentino extat huiusmodi constitutio.

2. Dices: Pius V. videtur declarasse hoc impedimentum oriri ex matrimonio inualido, vt patet ex Constitutione, Ad Romanum edita anno 1568. quæ refertur tit. 1. lib. 4. Septimi Decretalium cap. 2. Respondetur negatiuè: solum enim in genere statuit, & declarat, dispositionem e. 3. citati Concilij Trident. non intel-

ligi

ligi de matrimonio nondum consummato, sed solum de sponsalibus de futuro: impedimentum verò ex matrimonio rato ori iuxta dispositionem antiquorum Canonum.

3. Ex dictis patet, hoc impedimentum publicæ honestatis non contrahi ab infidelibus. Vnde, si quis sponsalia in infidelitate cum aliqua contraxisset, eaq; obiisset ante matrimonium consummatum, conuersus posset eius sororem in vxorem accipere. Hucusque Præpositus, cuius sententiam tenet etiam Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 70. n. 13.

4. Verùm contrariæ sententiæ adhaeret Pontius de matr. lib. 7. c. 35. ad fin. & Hurtado, tiff. 21. diffic. 2. n. 7. Quia matrimonium clandestinū non est nullum absolute ex defectu consensus; ille verò solum potest dici nõ esse legitimus; quia est inter personas inhabiles ex lege, & statuto Concilij Trident. ob defectum solemnitatis presentie Parochi, & testium. Vnde nõ est nullum matrimonium ex defectu consensus, sed ex defectu legitimisationis. Sicut ob eandẽ rationem oritur tale impedimentum ex matrimonio nullo ex defectu ætatis, quia non est nullum ex defectu consensus; sicut est matrimonium factum ex metu, aut errore personæ, aut in furia, in quo deficit omnino consensus planè voluntarius, ac liber. Et ideo hanc sententiam contra Sanchez, & Præpositum, tenet etiam nouissimè Castrus Palauus 10. 5. disp. 4. pñct. 10. n. 3. vbi ita asserit: [Non videtur audiendus Sanchez, asserens, ex matrimonio rato celebrato absq; Parocho, vel testibus nullum impedimentum nasci; quia neque speciè habet contractus. Quippe prædictus contractus nullus non est ex defectu consensus, sed ex defectu solemnitatis à Concilio requisitæ. At textus in cap. unico, de sponsalibus in 6. decidit, in sponsalibus, vel matrimonio nullis ex quacumque causa præter defectum consensus, hoc impedimentum publicæ honestatis oriri: ergo ex prædicto contractu nullo, necessario oritur. Referuntque Farinacius, Barbosa, & Rebellius decisum fuisse à Sacra Congregatione in hæc verba: Præsupposita declaratione per Constitutionẽ Pij V. super hoc Decreto (scilicet sess. 24. c. 3.) censuit Congregatio oriri impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de presenti etiam nulliter contractis, omisso forma Decreti Concilij, sess. 24. c. 1. & constat ex cap. Ad audientiam de sponsalib. vbi existente matrimonio nullo ob impedimentum consanguinitatis, oritur publica honestas.] Ita ille: cui adde doctum, & amicissimum Patrem Martinum Perez de matr. disp. 32. sect. 3. n. 3.

lius Pontius de matr. lib. 7. c. 41. n. 2. Villabos in sum. 10. 1. r. 14. diffic. 10. n. 8. Rebellius par. 1. li. 3. de matr. 9. 7. concl. 1. n. 5. Præpositus in 3. part. D. Thom. q. 7. de impedim. matrim. dub. 13. nu. 109. Gaspar Hurtado de matr. disp. 19. diffic. 2. n. 3. & alij penes ipsos quia intra rimens matrimonium, loquuntur de adoptione legalis absolute & absque distinctione aliqua: sed adoptio imperfecta quamvis sit imperfecta, est tamen absolute & verè & propriè adoptio ergo dicta iura non sunt restringenda ad cognationem legalem ex adoptione perfecta. Hæc opinio est probabilis.

2. Sed contrariæ tanquam probabiliori adhaeret, quam tuetur Coninch de Sacram. disp. 32. ad 3. n. 44. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 62. n. 8. Meratus in sum. D. Thom. 10. 3. de matr. disp. 9. sect. 10. nu. 8. Ludouicus de San Iuan in sum. de sacram. matr. 3. q. 6. ar. 11. dub. 2. concl. 4. Petrus de Ochagaia de Sacram. de impedi. matrim. qu. 58. n. 5. Syluius in 3. part. D. Thom. qu. 67. ar. 2. Filiucius 10. 1. r. 10. part. 2. c. 1. n. 199. Layman li. 5. r. 10. part. 4. c. 7. n. 3. Tannerus in 3. part. D. Thom. disp. 8. qu. 4. dub. 4. n. 74. Et ratio est, quia cum matrimonium sit res fauorabilis, iura illud dirimenda ob adoptionem restringi debent ad perfectam. Deinde cognatio legalis impedit matrimonium, quia filius adoptiuus debet habitare in domo adoptantis; sed hoc non est necessarium nisi sit adoptio perfecta, ergo ex ea sola oritur istud impedimentum: hinc vult esse mentem D. Thom. in 3. part. q. 57. ar. 2. patet eum ex corpore articuli, tũ ex respõsione ad 1. c. 4. ar. 3. vbi solũ loquitur de adoptione perfecta. Nec obstat quòd Canones loquantur indistinctè, ipsi enim Canonum ratio quam assignat D. Thom. scilicet quòd filius adoptatus conuertitur in domo adoptantis sicut filius naturalis, idè què facilis pateret locus concupiscentiæ, si adoptatio non esset impedimentum dirimens, clarè ostendit dictos Canones esse intelligendos de adoptione perfecta.

3. Non desinam etiam hinc obiter adnotare Ochagaian, Tannerum & alios penes ipsum probabiliter docere ex adoptione imperfecta, neque oriri impedimentum impediens, licet Ludouicus de San Iuan & alij etiam Doctores probabiliter contrarium asserant.

ANTON  
Opera  
Tom. I & II  
E III

RESOL. CCL.

An cognatio legalis orta ex adoptione imperfecta dirimat matrimonium?  
Et supponitur duplicem esse adoptionem, vna est perfecta, & altera imperfecta?  
Et notatur ex adoptione imperfecta neque oriri impedimentum impediens? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 120.

Sup. hoc recitauer in §. 1. Ref. not. seq.

Sup. hoc in Ref. seq. §. 2.

§. 1. **S**uppono duplicem esse adoptionem, vna est perfecta, quæ arrogatio dicitur, qua adoptatus transit in potestatem adoptantis, & fit hæres illius necessarius, etiã ex testamento, & tantum sit autoritate supremi Principis. Altera est imperfecta, seu simplex, quæ nomen adoptionis retinet, qua adoptatus non transit in potestatem adoptantis, quia per eam assumitur in filium ille, qui est sub potestate sui patris carnalis, & non est hæres necessarius ex testamento, sed tantum ab intestato, & fieri potest autoritate magistratus inferioris Principe. Hoc supposito ad propositam quæstionem affirmatiuè respondet Basi-

RESOL. CCL.

An ex adoptione imperfecta oriatur impedimentum cognationis legalis?  
Et notatur, quòd licet adoptio dirimat in linea recta vsque ad quartum gradum descendentiũ, non tamen ascendentiũ?  
Et an post Concilium Tridentinum hoc impedimentum solum dirimat vsque ad secundum gradum in obsequiã? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 13. alias 34.

§. 1. **N**otandum, adoptionem duplicem esse: Alia enim est perfecta, quæ arrogatio dicitur, qua adoptatus transit in potestatem adoptantis, idè què arrogari non potest, qui sui iuris non est, si què hæres necessarius adoptantis, etiã ex testamento, & tantum fit auctoritate supremi Principis. Altera verò est imperfecta, seu simplex, qua adoptatus non transit in potestatem adoptantis, quia per eam assumitur in filium ille, qui est sub potestate sui patris carnalis, & non est eius hæres necessarius ex testamento, sed tantum ab intestato, & fieri potest autoritate Magistratus inferioris Principe.  
2. Hoc supposito affirmatiuè respondet Toletus in sum. 10. 1. r. 14. diffic. 8. n. 8. Pontius lib. 7. c. 41. n. 2. Rebellius



medio eius  
§. 1. à verif.  
Hoc suppo-  
fito.

Rebellius *lib. 3. q. 7. n. 15.* Casrus Palau *tom. 6. disp. 4. punct. 9. n. 9.* & alij penes ipsos. Et ratio est: quia licet adoptio, ex qua adoptatus non transit in potestatem, & familiam adoptantis, vocetur imperfecta, id est, minus perfecta, quam arrogatio, atamen in se verè, propria, & perfecta adoptio est, sicque communiter appellatur, ut colligitur ex §. *Adoptio. Instit. de adoptionib. & l. Adoptium, ff. de ritu nuptiar.* At textus ex iure canonico, in quibus cognatio legalis impedimentum asseritur, de adoptione absolute loquuntur, ut videre est in cap. *Ita diligere. c. Per adoptivum 30. q. 3. & cap. vnico, de cognat. legali:* ergo absque fundamento firmo restringitur cognatio legalis, ut solum procedat in arrogatione. Lex namque absolute loquens, absolute intelligenda est; nec distinctionibus eius efficacia minuenda, ut inquit textus in l. *Non distinguemus. S. cum similib. ff. de recept. arbit.*

3. Verùm negantem sententiam satis etiam probabilem esse existimo, quã tueretur Sanchez *lib. 7. disp. 63. n. 9.* Coninch *disp. 32. n. 44.* Ochaguiag. 58. Layman *lib. 5. tr. 1. part. 4. c. 7. n. 3.* Perez *de matr. disp. 30. sect. 2. num. 6. & 7.* quibus omnibus adde Texedam *tom. 2. lib. 4. tr. 2. com. 21. n. 14.* Ratio est: quia adoptio ista imperfecta, est dispositio quaedã ad perfectam adoptionem, ut bene D. Thomas *in 4. dist. 4. art. 1. ad 2.* ergo ex illa non nascitur hæc cognatio. Probo consequentiã: quia cum huiusmodi impedimentum aduerteretur matrimonio, restringendũ est ut solum ex adoptione perfecta oriatur. Accedit etiam quia, ut dictum est, per imperfectam adoptionem non transit persona adoptata in potestatem adoptantis, nec succedit in eius bonis; imò nec persona adoptans tenetur ei quotam aliquam bonorum partem in testamento relinquere.

4. Nec obstat dicere, adoptionem imperfectam esse viam, & dispositionem ad perfectam, sicut & Catechismus ad Baptismum: ergo, sicut per Baptismi Catechismus contrahitur cognatio quaedam spiritualis imperfecta, quæ solum impedit matrimonium, ut constat ex cap. *Per Catechismum de cognat. spirit. in 6.* & per prædictam adoptionem imperfectam. Nam responderetur, esse disparẽ rationem: quia in Catechismo est expressus textus id decidens, non verò in adoptione imperfecta. Nec potest ex rationis similitudine induci matrimonij impedimentum: aliàs esset quoque dicendum, ex solo exorcismo oriri quoque impedimentum impediens, eò quod sit dispositio ad Baptismum. Displicet verò mihi id, quod asserit Texeda, hanc opinionem esse omnino veram: nam affirmatiuam existimo probabiliorẽ, & inter Iuristas, ut obseruat Villalobos, magis receptam.

5. Notandum est etiam hic, quod licet secundum communem sententiam, adoptio dirimat in linea recta, vsque ad quartum gradum descendentiũ; id est, inter adoptantem, & adoptatam, cuiusque adoptatæ posteror vsque ad quartum gradum; non tamen ascendentiũ: nihilominus nouissimè Lessius *in 3. par. D. Thom. ca. 10. de Sacram. matrim. dub. 9. n. 176.* existimat, probabile esse, post Concilium Tridentinũ hoc impedimentum solum dirimere vsque ad secundum gradum inclusiũ, sicut cognatio spiritualis. Ita quidã Doctores Salmanticenses, & Henrici. l. 2. de matr. c. 12. Quod confirmatur: quia, si cognatio spiritualis, quæ maius est vinculum, & insolubilius, dirimit solum vsque ad secundum gradum; cur non idem dici queat de cognatione legali, quæ similis est cognationi spirituali? præsertim cum non habeamus Canonem, quo contrarium exprimitur.

## RESOL. CCLII.

An inter filios adoptiuos possit esse matrimonium, ut

non obset impedimentum cognationis legalis?  
Et aduertitur impedimentum cognationis legalis non procedere inter adoptiuum, & filiam naturalem adoptantis, si sit illegitima: Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 121.

§. 1. DE hoc casu interrogatus fui à Serenissimo Principe Philiberto, & eius Confessarius Mag. Dominicus de los Reys negatiuè respondit, & adducebat Petrum Ledesnam *de matrim. q. 57. art. 3.* cui ego addebam Petrum Ochaguiam *de Sac. tr. 3. de impedim. matrim. quest. 58. n. 11.* & Ludouicum de San Iuan *in sum. tom. 1. de sacram. matrim. qu. 6. art. 11. dub. 5.* & nouissimè hanc negatiuam sententiam ex Theologis Societ. Iesv tenet Ludouicus Meratius *in sum. D. Thom. tom. 3. tr. de matrim. disp. 9. sect. 10. n. 3.*  
2. Sed ego tunc affirmatiuam sententiam consului, quam tueretur Rebellius *part. 2. lib. 3. quest. 7. com. cl. 3. num. 12.* Hurtado *de matrim. disp. 19. diff. 1. num. 3.* Præpos. in 3. part. 9. 7. *de impedim. matr. dub. 13. n. 11.* Sanchez *de matrim. lib. 7. cap. 4. n. 4.* & alij penes ipsos. Dicendum est igitur inter filios legales nullam esse impedimentum cognationis legalis, cum nullo iure statuatur, esto cerni possit ex conuictu aliquod periculum incontinentiæ; tamẽ cum raro plures adoptari soleant, & ius de eo sileat, non licet extendere, cum hæc pendeat ex iure Ecclesiastico. Imò aduertit Rebellius *loco cit.* ex Nauarro *cap. 22. n. 41.* impedimentum cognationis legalis non procedere inter adoptiuum & filiam naturalem adoptantis, si sit illegitima, quod est valde notandum. Possunt igitur supradicti sine vlla præuia dispensatione matrimoniu inire, cum nullo humano iure, ut dictum est, matrimonium inter eos irritum sit, quia quæ iura pronunciant irritum fratris adoptiui cum adoptiua sorore coniugium, loquuntur de adoptiua sorore quæ simul est patris adoptantis naturalis filia, vel si sit adoptiua tantum, de fratre adoptiui, qui sit adoptantis naturalis filius.

## RESOL. CCLIII.

An mater post transitum ad secundas nuptias priuetur educatione filiorum?

Et notatur, quod si maritus uxorem Tutricem filiorum relinquat, exprimens etiam, si ad secundas nuptias transeat, non amittere tutelam, neque iudicis officio ab ea expelli possit?

Sed superest difficultas, cum mater secundo nubens amittat filiorum tutelam ipso iure, etiam in conscientia, queritur, an sufficiat ad hanc penam incurrendam matrimonium ratum esse, tamen si consummatum non sit? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 12.

§. 1. DE hoc casu olim Panormi interrogatus fui, cum D. Ioanna Branciforti vidua Comitris Mazarini, iniret Matrimonium cum D. Francisco de Vigintimiliis Marchione Hieracensi. Et ad quæstionem negatiuè responder Sanchez *lib. 7. disp. 88. n. 17.* putat enim non excludi præcisè hanc matrem à proli pupillæ educatione, sed solum præsumptionem iuris esse contra illam, quod suspecta sit, atque aded in dubio standum esse hac præsumptione; & excludendum eam ab educatione, posse tamen iis coniecturis honestæ vitæ matris, ac vitrici, præsumptionẽ hanc infirmari, ut educatio matri non deneganda sit, quare arbitrio Iudicis committi, an mater in hac educatione præferenda aliis sit. Ducor ex leg. 1. *Ced. ubi Pupilli educari debeant,* vbi Textus prius tradit hanc regulam generalem. Pupilli educatio nulli potius quam matri committenda est. Vbi manifestum esse sermonẽ de matre vidua indicat limitatio statim ibi adiuncta:

adiuncta: *Si non vitricum ei induverit.* In qualimitatione iam est fermo de matre secundò nupta. Et statim subiicit Textus hæc verba: *Quando autem inter eam, & cognatos, & tutores, super hoc orta fuerit dubitatio, præses provincia inspecta personarum qualitate, & conditione pendet ubi puer educari debeat.* Et idèd lite mota in Granatensi pratorio ita Supremorum Iudicum sententia decisum esse testatur Sanchez loco cit. qui pro hac sententia adducit Francum, Surdum, Caldas, Baldum, Angelum, & plures alios. Hæc sententia est satis probabilis.

2. Sed ego affirmatiuæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo cum Glossa, Ruino, Menochio, Spino, Mattienzo, & alijs, quos citat Sanchez *ubi supra*. Et hanc sententiam contrà Sanchez mordicus tenet nouissimè Castrus Palaus, *to. 4. disp. 4. punct. 13. n. 14.* Quia tutela regulariter simul cum educatione coniungitur, si igitur mater ob secundas nuptias sic suspecta redditur ad bonorum pupilli administrationem, vt iure ipso ea administratione priuetur; à fortiori educatione censenda est priuata. Et confirmatur: nam vitrico permittitur, bonorum pupilli administratione *leg. fin. C. de contrario iudicio tutela*. Sed non illius educatio, secundum Gloss. *ibi verb. Proponis, & leg. 1. vers. Si non vitricum, C. ubi Pupilli educari debeant*, quia maiorem fiduciam postulat educatio personæ, quam illius bonorum administratio. Ergo si mater nubens ob suspicionem excluditur ab administratione bonorum Pupilli, ab eius educatione exclusã censetur. Deinde quoties lex ob præsumptionem aliquid certum statuit, omnem probationem censetur excludere, tamen si expressè eam non excludat, quia est præsumptio iuris, & de iure, vt tradit Abbas *in cap. Quanto, num. 2. de Præsumptionibus*. Et *ibi Felinus, num. 3. Covarruuias 4. decret. 1. part. cap. 4. §. 1. n. 2. Menochius lib. 1. præsumpt. q. 3. n. 12. Mascardus de probat. concl. 1218. n. 4.* At leges ob præsumptionem iniquæ educationis statuunt, ne matri, si ad secundas nuptias transeat, Pupilli educandi concedantur, sed ex eius potestate extrahantur. Ergo aduersus hanc præsumptionem nulla est admittenda probatio. Neque obstat præsumptionem iuris, & de iure, aduersus quam nulla admittitur probatio, ex actibus præteritis sumendam esse: teste Euerardo in suis locis topicis, loco à tempore ad tempus, *num. 2. Menochius de Præsumptionibus, lib. 1. quæst. 3. in fine, quominus hæc præsumptio (quidquid dicat Sanchez, d. disp. 88. n. 17.) sit iuris, & de iure, siquidem ex actu præterito, scilicet ex nouo Matrimonio, nouique viri, amore præsumit ius iniquitatem in educatione committendam, quod satis est, vt sit præsumptio iuris & de iure, vt colligitur manifestè ex Authent. sed iam necesse. Cod. Donationibus ante nuptias, iuncta Glossa Authent. de æqualitate doris, collat. 8. §. Aliud quoque, verb. Priuilegium. Et pluribus comprobatur idem Sanchez, *lib. 7. disp. 37. n. 8.* Illud verò censetio priori sententiæ concedendum hanc priuatio-*

nem educationis non iure induci, sed iudicis officio faciendam esse, eò quod Textus solum priuationem futuram indicent, & Doctores de hac materia loquentes id ipsum supponant, vt bene aduertit Sanchez *d. disp. 88. n. 21.* Quare dum Mater secundò nubens à Iudice non priuatur Pupillorum educatione, optimè illam retinere poterit. Hæc omnia Palaus, *ubi supra* qui respondet ad omnia argumenta Sanchez, Et idèd Iudices, vel Confessarij in facti contententia ne deferant illam recognoscere.

3. Nota etiam hic quod si Maritus Vxorem Tutricem filiorum relinquit, exprimens etiam ad secundas nuptias transeat, Sanchez, *ubi supra, n. 5.* cum multis alijs docere, non solum non amittere tutelam, sed neque Iudicis officio ab ea expelli potest, quia ea designatione qualificata omnem videtur matris susceptionem quæ esse poterat male administrationis exclusisse. Verùm mihi magis placet opinio contraria, quam aduersus Sanchez tenet Castrus Palaus *ubi supra n. 7.* cum Baunyo, Gomez, & alijs videlicet matrem secundò nubentem, saltem officio Iudicis à tutela expelli debere. Et ratio est, quæ leges in filiorum fauorem priuarunt Matrem secundò nubentem filiorum tutelam, eò quod præsumptum matres secundò nubentes, vt plurimum bona aliorum iniquè esse administraturas, quoniam ob æstimationem secundi Mariti eorum vitæ insidiaturas. At designationem à marito facta hæc suspicio frequenter contingens purgari non potest, tamen purgari singularis, & priuata suæ Vxoris suspicio: ergo non obstante ea designatione leges suam vim, & efficaciam retinent. Et confirmo: Nullibi est concessum posse matrem ad secundã vota transeuntem retinere tutelam ex mariti concessione, neque marito leges hanc priuationem indicentes abrogare, aut in illis dispensare: Ergo absque fundamento aliter ex concessione mariti, posse matrem transeuntem ad secundã vota tutelam filiorum retinere.

4. Verùm difficultas est, cum mater secundò nubens amittat filiorum tutelam ipso iure etiam in conscientia, an sufficiat ad hanc poenam incurrendam matrimonium ratum esse, tamen si consummatum non sit. Et affirmatiuè respondet Sanchez, *loc. cit. n. 6.* cum Baldo, Gabriele, Neuo, & alijs: Ego verò magis adhæreo opinioni negatiuæ Castri Palaus, *n. 4.* quia Textus de transitu ad secundas nuptias expressè locuti sunt nuptiæ autem proprie non sunt quouique matrimonium sit consummatum. Præterea hæc leges pœnales, & correctoriæ non debent extendi, sed potius restringi, ac proinde de Matrimonio in suo esse perfectò, quale est consummatum intelligi debent. Sicuti docuerunt Rom. *singul. 229. §. in habes quod mater, & c. Neuzianus lib. 2. Sylue nuptialis, n. 50. Doctus, q. 266. n. 5. Gozadinus consil. 18. n. 4. Menochius de arbitra. casu 151. num. 8.* Et hos casus adnotare volui in gratiam Dominorum Aduocatorum; & quia sæpius in praxi occurrere possunt.

L A V S D E O.